This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

3 3433 08157269 5

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

# ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ

ASTOR LIBRARY NEW-YORK.

# APPIANI

ALEXANDRINI

# ROMANARVM HISTORIARVM

QVÆ SVPERSVNT

NOVO STVDIO CONQVISIVIT DIGESSIT
AD FIDEM CODICVM MSSTORVM RECENSVIT
SVPPLEVIT EMACVLAVIT
VARIETATEM LECTIONVM ADIECIT
LATINAM VERSIONEM EMENDAVIT
ADNOTATIONIBVS VARIORVM SVISQVE ILLVSTRAVIT
COMMODIS INDICIBVS INSTRVXIT

IOHANNES SCHWEIGHÆUSER
*ARGENTORATENSIS*
GRAEC. ET ORIENT. LITER. IN VNIVERS. ARGENTOR. PROF.

*VOLVMEN II.*

HISTORIAM BELLORVM CIVILIVM
COMPLECTENS.

*LIPSIÆ*
APVD WEIDMANNI HÆREDES ET REICHIUM.
CIƆ IƆ CC LXXXV.

Digitized by Google

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

Digitized by Google

# LECTORI ÆQUO

## S.

*Subſidia, quæ ad expoliendam, quoad in præſens fieri potuit, emaculandamque hanc Hiſtoriam Bellorum Civilium adhibere mihi licuit, eadem ſunt fere, quibus ad perpoliendos pleroſque ex illis Hiſtoriarum Appiani Libris uſus eram, qui ſuperiori Volumine continentur. Quare poterit quidem explicatio compendiorum ſcripturæ, per quæ in* Notulis Criticis *Græco contextui ſubjectis indicata a nobis illa ſubſidia ſunt, ex Præfatione peti ſuperiori Volumini præmiſſa: ſed haud incommodum fore Lectoribus viſum eſt, ſi in fronte hujus etiam Voluminis in memoriam revocavero,* Aug. *denotare optimum illum* Codicem MStum Bibliothecæ Auguſtanæ; Ven. *Codicem MStum* Venetum Bibliothecæ S. Marci; Reg. A. *Codicem* Regium Pariſienſem, N°. MDCLXXXI; Reg. B. *Codicem* Regium N°. MDCLXXXII *ſignatum.*

*His in hoc Volumine acceſſit tertius* Codex MS. Regius, N°. *MDCXLII, nobis* Reg. C. *inſignitus; qui non niſi duas hujus ejuſdem Hiſtoriæ particulas continet: Comparationem inter Julium Cæſarem & Alexandrum M. inſtitutam, extremo Libro II. de Bell. Civil. inde a Cap. CXLIX uſque ad finem Libri; tum hiſtoriam Proſcriptionis a Triumviris editam, quam ab initio Libri IV. uſque ad Cap. XII ejuſdem Libri perſecutus Appianus eſt.*

*In minutula hujus Hiſtoriæ Bellorum Civilium parte, nempe Libro III. a Cap. LXVI uſque ad Cap. LXX extr. ductum:* Codicum *MSStorum* Bibliothecæ Mediceo-Florentinæ *Lectiones ante oculos habui.*

Editio I. *per totum hoc Volumen intelligitur ea, quæ, ex duobus Codicibus Regiis A. & B. cura* Caroli Stephani *confecta,*

*Lutetiæ Anno* MDLI *in form. maj. prodiit.* Editio 2. *eſt* Henr. Stephani, *Anno* MDXCII *in fol. edita; in qua paſſim bene multa emendata, alia mutata ſaltem ſunt, ſed nullis adhibitis MSStis Codicibus.* Editio 3. *eſt* Amſtelodamenſis, *quæ* Alex. Tollii *nomen præfert, & A.* MDCLXX *in form. minori ad exemplar editionis Henr. Stephani expreſſa eſt.*

*Haud raro etiam rurſus ad antiquam Verſionem Latinam* Petri Candidi *provocavi, medio Seculo* XV *confectam; ex qua ſæpe haud obſcure adparet, quam lectionem Interpres in Codice MSto, quo uſus eſt, invenerit.*

Samuelis *item* Muſgravii *Emendationes Conjecturaſque, quas margini exemplaris ſui Vir & Græce doctiſſimus & perſpicaciſſimus adleverat, perſæpe rurſus laudavi. Nec infrequens* Sigiſm. Gelenii *mentio, diſertioris illius & ſagacioris Interpretis, cujus Verſio Latina Hiſtoriarum Appiani Græco contextui in edit. 2. & 3. juncta eſt.*

*Si quos alios paſſim Viros doctos in Notulis Criticis laudavi, quorum Emendationes vel in ipſum contextum recepi, vel infra retuli, neque tamen Scripta eorumdem, quibus Emendationes eæ ab illis prolatæ ſunt, commemoravi; non ignota hæc Eruditis ſunt, ac de eiſdem locis, quatenus opus fuerit, in* Adnotationibus *Volumine III comprehenſis planius uberiuſque dicetur.*



Digitized by Google

# ΑΠΠΙΑΝΟΥ

**Α. U.**

## ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

## ΡΩΜΑΙΚΩΝ

## ΕΜΦΥΛΙΩΝ Α΄.

ΡΩΜΑΙΟΙΣ ὁ δῆμος καὶ ἡ βουλὴ πολλάκις ἐς ἀλλή-
λους περί τε νόμων θέσεως, καὶ χρεῶν ἀποκοπῆς,
ἢ γῆς διαδατουμένης, ἢ ἐν ἀρχαιρεσίαις, ἐστασίασαν.
οὐ μήν τι χειρῶν ἔργον ἔμφυλον ἦν, ἀλλὰ διαφοραὶ μό-
ναι, καὶ ἔριδες ἔννομοι. καὶ τάδε μετὰ πολλῆς αἰδοῦς
εἴκοντες ἀλλήλοις διετίθεντο. Ὁ δὲ δῆμος, ποτὲ καὶ στρα- 260.
τευόμενος ἐς τοιάνδε ἔριν ἐμπεσὼν, οὐκ ἐχρήσατο τοῖς
ὅπλοις παροῦσιν. ἀλλ᾽ ἐς τὸ ὄρος ἐκδραμὼν, τὸ ἀπὸ τοῦδε
κληζόμενον Ἱερὸν, οὐδὲν οὐδὲ τότε χειρῶν ἔργον, ἀλλ᾽ ἀρ-
χὴν ἑαυτοῦ προστάτην, ἀπέφηνε, καὶ ἐκάλεσε δημαρ-

*Lin. 6 ſq. pro* στρατευόμενος *dant* συνερχόμενος *editio 2. 3. ex Cand. invitis MSS. L. 9.* κλειζόμενον *Aug. ex* κληΐζομ. *deflexum.*

# APPIANI

## ALEXANDRINI

## ROMANARUM HISTORIARUM

## DE BELLIS CIVILIBUS

### LIBER PRIMUS.

SÆPENUMERO olim *Plebi Romanæ cum ſuo Senatu*, *de legibus ferendis*, *de novis tabulis*, *de agrorum diviſione*, *aut de magiſtratibus creandis*, inciderat *contentio*. Semper tamen manibus fuerat temperatum, & diſceptatum civiliter; & mutua quadam ordinum reverentia, cedendoque ſibique invicem, componere diſſenſiones ſuas conſueverant. Quin &, quum in id tempus aliquando, quo armati per occaſionem externi belli erant, incidiſſet ejuſdem generis contentio; ne tum quidem armis, quamquam ad manus erant, uſa plebs eſt. Sed in *Montem*, qui *Sacer* inde dictus eſt, ſeceſſione facta, nullam vim manuum adhibens, novum tantum Magiſtratum ad ſui tutelam creavit; qui *Tri-*

A. U. χίαν· ἐς κώλυσιν μάλιστα τῶν ὑπάτων, ἀπὸ τῆς βουλῆς αἱρουμένων, μὴ ἐντελὲς αὐτοῖς ἐπὶ τῇ πολιτείᾳ τὸ κράτος εἶναι. Ὅθεν δὴ καὶ μάλιστα δυσμενέστερον ἔτι καὶ φιλονεικότερον ἐς ἀλλήλους αἱ ἀρχαὶ διετίθεντο ἀπὸ τοῦδε, καὶ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐς αὐτὰς ἐμερίζετο· ὡς ἐν ταῖς τῶνδε πλεονεξίαις ἑκάτεροι τῶν ἑτέρων ἐπικρατοῦντες.
263 ſqq. Μάρκιός τε ὁ Κοριολάνος ἐν ταῖσδε ταῖς ἔρισιν ἐξελαθεὶς παρὰ δίκην, ἐς Οὐολούσκους ἔφυγέ τε, καὶ πόλεμον ἐπήγαγε τῇ πατρίδι.

II. Καὶ τοῦτο μόνον ἄν τις εὕροι τῶν πάλαι στάσεων ἔργον ἔνοπλον, καὶ τοῦθ' ὑπ' αὐτομόλου γενόμενον· ξίφος δὲ οὐδέν πω παρενεχθὲν ἐς ἐκκλησίαν, οὐδὲ
621. φόνον ἔμφυλον· πρίν γε Τιβέριος Γράκχος δημαρχῶν, καὶ νόμους ἐσφέρων, πρῶτος ὅδε ἐν στάσει ἀπώλετο, καὶ ἐπ' αὐτῷ πολλοὶ κατὰ τὸ Καπιτώλιον εἰλούμενοι, περὶ τὸν νεὼν ἀνῃρέθησαν. Καὶ οὐκ ἀνέσχον ἔτι αἱ στάσεις ἐπὶ

*Lin.* 18. ἐς ἀλλήλας *Edd. ex Reg. A. Prætuli Reg. B.* ἐς ἀλλήλαις *Aug. L.* 21. Κοριολανος *h. l. Edd. ex Reg. A.* Κοριολάνος (*ſic*) *Aug. Reg. B. L.* 26. οὐδὲν τῷ παρ. *Aug. L.* 27. *pro* Τιβέριος, *in Reg. B. a pr. man. eſt* Σεμπρώνιος. *Ibid.* Γράγχος *Aug. Reg. B. & ſic conſtanter. L.* 28. ὅδε *carent Edd. Dederunt Aug. & Ven. L.* 29. εἰλουμ. *Edd. Prætuli Aug.*

*buni plebis* vocati ſunt, conſulum maxime potentiam, qui a ſenatu tunc eligebantur, cohibituri, ne penes eos omnis in republica poteſtas eſſet. Ac inde quidem majora nata ſunt odia, & inter magiſtratus iſtos certamina: alteris ſenatus, alteris plebis favore ſubnixis; &, quidquid alteri partium accederet, id altera ſibi exiſtimante decedere. Per hujuſmodi contentiones & *Marcius Coriolanus* immerito patria ejectus, Volſcos exulatum abiit, moxque patriæ intulit bellum.

2. Atque ille ſolus ex omnibus priſcis tumultibus ad arma uſque proceſſit; quæ patriæ ab exule nimirum atque transfuga illata ſunt. Ceterum in comitium numquam telum importatum eſt, numquam civilis cædes edita; antequam *Tiberius Sempronius Gracchus* tribunus plebis, novas leges ferre conatus, omnium primus concitata ſeditione periit; cum eoque complures, in Capitolio oberrantes, circa ipſam ædem ſacram occiſi ſunt. Nec ceſſatum eſt poſt tale piaculum a ſeditionibus;

Digitized by Google

τῷδε τῷ μύσει, διαιρουμένων ἑκάστοτε σαφῶς ἐπ' ἀλλήλοις, καὶ ἐγχειρίδια πολλάκις φερόντων, κλινυμένης τε τινος ἀρχῆς ἐκ διαστήματος ἐν ἱεροῖς, ἢ ἐκκλησίαις, ἢ ἀγοραῖς, δημάρχων, ἢ στρατηγῶν, ἢ ὑπάτων, ἢ τῶν ἐς ταῦτα παραγγελλόντων, ἢ τῶν ἄλλων ἐπιφανῶν. ὕβρις τε ἄκοσμος ἐπεῖχεν αἰεὶ δι' ὀλίγου, καὶ νόμων καὶ δίκης αἰσχρὰ καταφρόνησις. Προϊόντος δὲ ἐς μέγα τοῦ κακοῦ, ἐπαναστάσεις ἐπὶ τὴν πολιτείαν φανεραί, καὶ στρατεῖαι μεγάλαι καὶ βίαιοι κατὰ τῆς πατρίδος ἐγίγνοντο, φυγάδων ἀνδρῶν, ἢ καταδίκων, ἢ ἐπὶ ἀρχῆς τινος ἢ στρατοπέδου φιλονεικούντων ἐς ἀλλήλους. δυναστεῖαί τε ἦσαν ἤδη κατὰ πολλά, καὶ στασίαρχοι μοναρχικοί· οἱ μέν, οὐ μεθιέντες ἔτι τὰ πιστευθέντα σφίσιν ὑπὸ τοῦ δήμου στρατόπεδα· οἱ δέ, καὶ κατὰ σφᾶς ἄνευ τοῦ κοινοῦ κατ' ἀλλήλων ξενολογοῦντες. ὁπότεροι δ' αὐτῶν τὴν πόλιν προλάβοιεν· τοῖς ἑτέροις ἦν ὁ ἀγών, λόγῳ μέν,

*A. U. 621.*

*Lin. 31.* μίσει *edit. 1. ex Reg. A.* *L. 32.* πολλάκι *Aug. ut ſæpe alibi.* *L. 35.* παραγγελλόντων *edit. 1.* *Ibid.* τῶν ἄλλως ἐπιφ. *Edd. Prætuli Aug. Ven.* *L. 40. aut* περὶ ἀρχῆς *videtur legendum, aut ante* ἐπὶ ἀρχῆς *cum Muſgr. inſerendus artic.* τῶν.

propalam ſubinde diſſidente populo, vagantibuſque ſicariis, atque idemtidem magiſtratu aliquo, ſive tribuno plebis, ſive prætore, ſive conſule, ſive horum munerum candidato, aut alio ex nobilitate viro, in templo aliquo, in comitio, in foro denique, cadente. Ac raro multum interceſſit temporis, quin tumultuoſarum injuriarum & turpis contemtus juris legumque exempla exſtiterint. Tandem ingraveſcente magis magiſque malo, conjurationes factæ ſunt in rempublicam manifeſtæ, & expeditiones validæ violentæque adverſus patriam ſuſceptæ, nunc ab exulibus damnatiſve, nunc ab his qui de civili aliquo magiſtratu aut de imperio militari inter ſe contendebant. Jamque paſſim exoriebantur factionum principes, quorum quiſque dominatum ſibi ac regium pæne arripiebat imperium; partim retinentes exercitus a populo fidei ipſorum creditos; partim abſque conſenſu publico in perniciem adverſariorum novas copias undecumque ſua auctoritate comparantes. Quodſi duarum factionum alteri contigiſſet urbem remque publi-

*A. U.* ἐπὶ τοὺς ἀντιστασιώτας, ἔργῳ δὲ, ἐπὶ τὴν πατρίδα.
ἐσέβαλλον γὰρ ὡς ἐς πολεμίαν, καὶ σφαγαὶ τῶν ἐν ποσὶν ἐγίγνοντο νηλεεῖς, καὶ ἄλλων ἐπὶ θανάτῳ προγραφαὶ καὶ φυγαὶ καὶ δημεύσεις, ἐνίων δὲ καὶ βάσανοι πάμπαν ἐπαχθεῖς.

672. III. Ἔργον τε οὐδὲν ἀηδὲς ἀπῆν· μέχρι τῶνδε τῶν στασιάρχων εἷς, ἔτει πεντηκοστῷ μάλιστα ἀπὸ Γράκχου, Κορνήλιος Σύλλας, κακῷ τὸ κακὸν ἰώμενος, μόναρχον αὑτὸν ἀπέφηνεν ἐπὶ πλεῖστον· οὓς δικτάτωρας ἐκάλουν τε, καὶ ἐπὶ ταῖς φοβερωτάταις χρείαις ἐξαμήνους τιθέμενοι, ἐκ πολλοῦ διελελοίπεσαν. Ὁ δὲ Σύλλας, βίᾳ μὲν καὶ ἀνάγκῃ, λόγῳ δὲ αἱρετὸς, ἐς αἰεὶ δικτάτωρ γενόμε-
675. νος, ὅμως ἐπεί τε ἐκορέσθη τῆς δυναστείας, πρῶτος ἀνδρῶν ὅδε μοι δοκεῖ θαρρῆσαι τυραννικὴν ἀρχὴν ἔχων ἀποθέσθαι· καὶ ἐπειπεῖν, ὅτι καὶ τοῖς μεμφομένοις εὐθύνας

*Lin.* 48. ἐσέβαλον *edit.* 1. *Aug. quod mutavit H. Steph.* *Ibid.* ὡς, *ante* ἐς, *inſerui ex Aug. Ven.* *L.* 53. στασιαρχῶν *Aug. Reg. B. quod perinde eſt.* *L.* 55. αὐτὸν ἀπεφ. *Edd. invit. MSS.* *Ibid.* ἐπιπλεῖστον *Reg. B.* *L.* 60. ἔχων *in* ἑκὼν *mutatum voluit Muſgrav.*

cam occupare; altera pars, ſpecie quidem & verbis, his ſuis adverſariis, revera autem ipſi patriæ, inferebat bellum. Nam, velut in hoſtilem regionem, impetum in eam faciebant: ſævæque cædes patrabantur civium, aliorum capita proſcribebantur, alii in exilium acti boniſque exuti, nonnulli etiam tormentis graviſſimis excruciati.

3. Ita quum ad ſummam calamitatem nihil defuiſſet; ad extremum *Sylla*, princeps unius ex hiſce factionibus, anno poſt Gracchi cædem ferme quinquageſimo, malum malo pellens, *monarcham* ſeſe ad infinitum tempus renunciavit: qui ſemeſtris alias magiſtratus fuerat, *dictatoris titulo* difficillimis temporibus adhiberi ſolitus, & jam pridem in uſu eſſe deſierat. Sed hunc quidem magiſtratum *Sylla*, quum ad vitæ tempus occupaſſet, (& quidem per vim, cui reſiſtere nemo poterat, quamquam ſuffragiis electus volebat videri) nihilominus, ſatur potentiæ, ſponte deinceps depoſuit: primus, quod ſciam, auſus privata vita mutare tyrannidem. Addidit facto dictum æque memorabile, *paratum ſe eſſe*,

Digitized by Google

ὑφέξει· ἰδιώτης τε, ὁρώντων ἁπάντων, ἐς πολὺ βαδίσαι κατ' ἀγορὰν, καὶ ἐπανελθεῖν ἀπαθὴς οἴκαδε. τοσοῦτον ἦν ἄρα τοῖς ὁρῶσιν ἔτι τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ δέος, ἢ τῆς ἀποθέσεως κατάπληξις, ἢ τῶν εὐθυνῶν τῆς ἐπαγγελίας αἰδὼς, ἢ ἄλλη φιλανθρωπία, καὶ λογισμὸς ἐπὶ συμφέροντι τὴν τυραννίδα γενέσθαι. Ὧδε μὲν ἐπὶ βραχὺ ἔληξαν αἱ στάσεις ἐπὶ Σύλλα· καὶ κακῶν ἀντίδοσις ἦν, ὧν ὁ Σύλλας εἰργάζετο. A. U. 675.

IV. Μετὰ δὲ Σύλλαν αὖθις ὅμοια ἀνερριπίζετο· μέχρι Γάϊος Καῖσαρ, αἱρετὴν ἀρχὴν ἐπὶ πολὺ δυναστεύων ἐν Γαλατίᾳ, τῆς βουλῆς αὐτὸν ἀποθέσθαι κελευούσης· αἰτιώμενος, οὐ τὴν βουλὴν, ἀλλὰ Πομπήϊον, ἐχθρὸν ὄντα οἱ, καὶ στρατοῦ περὶ τὴν Ἰταλίαν ἡγούμενον, ὡς τῆς ἀρχῆς αὐτὸν ἐπιβουλεύοντα παραλύειν· προὐτίθει προκλήσεις, ἢ ἄμφω τὰ στρατεύματα ἔχειν, ἐς τῆς ἔχθρας τὴν 705.

*Lin. 62. pro* ἐς πολὺ *dant* καὶ πολὺ *Edd. invit. MSS. Ibid.* βαδίσας *Regii & Venetus S. Pauli. L. 64.* τοῖς ἰσορῶσιν *Edd. invit. MSS. L. 65.* τῶν εὐθύνων *Edd. Melius Aug. L. 68. Cogitaveram* κακῶν ἔνδοσις, intermiſſio malorum. *Sed nihil temere innovandum. L. 70.* ὅμοια *carent Edd. L. 72.* βουλ. αὐτὴν ἀποθ. *Edd. L. 74.* ὡς, *ad* τῆς ἀρχῆς, *adjeci ex Aug.*

*cuivis accuſanti reddere rationem.* Ac mox in conſpectu populi, habitu privati civis, in foro diu obambulavit, & illæſus inde domum ſe contulit. Tantus omnibus inſpectantibus ſive terror ſupererat ſummi magiſtratus, quem geſſerat *Sylla;* ſive admiratio inerat abdicationis; ſive pudor exigendi rationem ab offerente ultro: ac multi fortaſſe etiam non male fuerant in eum adfecti, præſertim cum reputarent, ipſam ejus tyrannidem in commodum ceſſiſſe reipublicæ. Atque ita quidem, vivente adhuc Sylla, ceſſarunt paulisper turbæ, ipſo Sylla compenſante calamitates a ſe illatas.

4. At mortuo Sylla, aliæ rurſus ſimiles turbæ mox cooriebantur. Et incidit dein tempus illud, quo *C. Cæſar*, poſt continuatum populi ſuffragiis per complures annos imperium in Gallia, jubente ſenatu ut faſces deponeret; cauſatus, *non ſenatum id velle, ſed Pompeium, inimicum ſuum, qui tunc Italici exercitus imperator eſſet, imperium ſibi conari eripere:* propoſuit conditiones, ut aut ambo retinerent exercitus, quo



Digitized by Google

A. U. ἀφοβίαν, ἢ καὶ Πομπήϊον οὓς ἔχοι μεθέντα ἰδιωτεύειν
ὁμοίως ὑπὸ νόμοις. οὐ πείθων δὲ ἐς οὐδέτερα, ἐκ Γαλατίας ἤλαυνεν ἐπὶ τὸν Πομπήϊον ἐς τὴν πατρίδα. ἐσβαλὼν
706. τε ἐς αὐτὴν, καὶ διώκων ἐκφυγόντα, περὶ Θεσσαλίαν ἐνίκησε μεγάλῃ μάχῃ λαμπρῶς, καὶ ἐδίωκεν ἐς Αἴγυπτον ὑποφεύγοντα. ἀναιρεθέντος δὲ Πομπηΐου πρὸς ἀνδρῶν Αἰγυπτίων, ἐπανῆλθεν ἐς Ῥώμην, ἔστιν ἃ καὶ περὶ Αἴγυπτον ἐργασάμενός τε, καὶ ἐπιμείνας μέχρι καταστήσαιτο αὐτῇ τοὺς βασιλέας. Στασιώτην τε μέγιστον, ᾧ διὰ μεγαλουργίαν πολεμικὴν Μέγας ἐπώνυμον ἦν, οὗτος δὴ μάλιστα πολέμου κράτει σαφῶς καθελὼν, οὐδενὸς αὐτῷ θαῤῥοῦντος εἰς οὐδὲν ἔτι ἀντειπεῖν, δεύτερος ἐπὶ Σύλλᾳ δικτάτωρ ἐς τὸ διηνεκὲς ᾑρέθη· καὶ στάσεις αὖ-
710. θις κατεπαύοντο πᾶσαι. ἔστε καὶ τόνδε Βροῦτος καὶ Κάσσιος, ζήλῳ τε τῆς ἀρχῆς τοῦ μεγέθους, καὶ πόθῳ τῆς πατρίου πολιτείας, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κατέκανον, δημοτικώτατον καὶ ἐμπειρότατον ἀρχῆς γενόμενον. ὅγε

*Lin.* 77. ἔχοι & ἔχει *Ven.* & *malim equidem poſterius.* *L.* 78. ὁμοίως ὑπονόμιον *Edd.* *L.* 83. ἔστιν ἃ *inſerui ex Aug.* *L.* 84 *ſq.* κατεστήσετο *edit.* 1. κατεστήσατο *edit.* 2. 3. *Utrumque invitis MSS.* *L.* 89. ἐπὶ Σύλλα *Edd.* & *MSS.* *Subſcripſi Jota, quod ſemper negligere ſolet Aug.*

uterque tutus eſſet ab altero, aut *Pompejus* quoque decedens imperio privatus viveret ſub legibus. Neutro autem impetrato, e Gallia duxit contra Pompejum, & patriam: ingreſſuſque Urbem, & illum inde profugum inſecutus, in Theſſalia magno prælio egregie vicit, & Ægyptum uſque perſecutus eſt. Pompejo vero ab Ægyptiis interemto, *Cæſar* ordinatis Ægypti rebus, & confirmatis ibi regibus, Romam reverſus; ſecurus jam, ſublato tanto adverſario, cui ob magnitudinem rerum geſtarum Magno cognomen fuerat; nemine audente contradicere, ſecundus poſt Syllam *Dictator perpetuus* creatus eſt. Ac tum quoque ſeditiones rurſus omnes interquieverunt; donec eum *Brutus* & *Caſſius*, invidentes ejus dignitatis amplitudini, & priſtinæ reipublicæ formæ cupidi, in ipſa curia interfecerunt; virum gratioſiſſimum apud populum, & imperandi peritiſſi-

του δῆμος αὐτὸν μάλιστα πάντων ἐπόθησε· καὶ τοὺς σφαγέας ἐζήτουν περιϊόντες, καὶ τὸ σῶμα ἔθαψαν ἐν ἀγορᾷ μέσῃ, καὶ νεὼν ἐπῳκοδόμησαν τῇ πυρᾷ, καὶ θύουσιν ὡς θεῷ. A. U.

V. Αἱ δὲ στάσεις ἐπὶ τῷδε μάλιστα αὖθις ἐπανελθοῦσαί τε καὶ αὐξηθεῖσαι δυνατώτατα, ἐς μέγα προῆλθον. καὶ φόνοι, καὶ φυγαὶ, καὶ ἐπὶ θανάτῳ προγραφαὶ βουλευτῶν τε καὶ τῶν καλουμένων ἱππέων, κατὰ πλῆθος ἀθρόως ἑκατέρων, ἐγίγνοντο· τοὺς ἐχθροὺς ἀλλήλοις τῶν στασιωτῶν ἀντιπαρεχόντων, καὶ ἐς τοῦτο ἀμελούντων καὶ φίλων καὶ ἀδελφῶν. Τοσοῦτον ἐκράτει τῆς ἐς τὰ οἰκεῖα εὐνοίας ἡ ἐς τὰ ἀντίπαλα φιλονεικία. Προϊόντες τε, τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ὡς ἰδιωτικὸν σφῶν κτῆμα διενείμαντο ἐφ᾽ ἑαυτῶν τρεῖς οἵδε ἄνδρες, Ἀντώνιός τε, καὶ Λέπιδος, καὶ ὅτῳ πρότερον μὲν Ὀκταούϊος ὄνομα ἦν, Καίσαρι δὲ πρὸς γένους ὢν, καὶ θετὸς ἐν διαθήκαις ὑπ᾽ αὐτοῦ γενόμενος, Καῖσαρ ἐκ τοῦδε μετωνομάζετο. ἐπὶ δὲ τῇ διαιρέσει τῇδε, μετὰ βραχὺ συμπεσόντες (ὡς εἰκὸς ἦν) 711.

*Lin. 98. quatuor verbis* στάσεις ἐπὶ τῷδε μάλιστα *carent Edd.* *L. 7.* ἰδιωτικὸν σφῶν κτῆμα *edit. 1.* ἰδιωτ. (σφῶν) κτῆμα *edit. 2. 3.*

mum. Qui & tam vehementer deſideratus eſt a populo, ut percuſſores ſtatim per omnes Urbis partes quæſiti ſint, & corpus in medio foro ſepultum, & in loco ubi crematus eſt, templum exſtructum, in quo tamquam deo ſacra faciunt.

5. Quo facto maxime redintegratæ ſunt civiles diſcordiæ, & in immenſum auctæ; cædeſque, & exilia, & proſcriptiones cumulate plurimorum, tam ſenatorii quam equeſtris ordinis, inſecutæ; factioſis invicem ſibi ad necem tradentibus inimicos, ita ut in alterius gratiam nec amicis parceretur, nec fratribus: tanto plus valebat pervicax cum æmulis contentio, quam erga ſuos benevolentia. Eo dein ventum eſt, ut Romanum imperium, tamquam alicujus civis fundum, privatim inter ſe partirentur tres hi, *Antonius*, & *Lepidus*, & is qui primum *Octavius*, deinde, ab avunculo in nomen & hæreditatem adoptatus, *Cæſar* dictus eſt. Super qua diviſione quum paulo poſt (ſicuti conſentaneum erat) inter ſe ipſi conſli-



Digitized by Google

A. U. ἐς ἀλλήλους, ὁ Καῖσαρ, αὐτῶν συνέσει τε καὶ ἐμπειρίᾳ
718. προύχων, Λέπιδον μὲν πρότερον αὐτῶν, ἣν ἐκεκλήρωτο
723. Λιβύην, ἐπὶ δὲ τῷ Λεπίδῳ καὶ Ἀντώνιον, πολέμῳ περὶ Ἄκτιον, ἀφείλετο τὴν ἀπὸ Συρίας ἐπὶ κόλπον τὸν Ἰόνιον ἀρχήν. Ἐπί τε τούτοις, μεγίστοις δὴ φανεῖσι, καὶ ἐς ἔκπληξιν ἅπαντας ἐμβαλοῦσιν, εἷλε καὶ Αἴγυπτον ἐπιπλεύσας· ἣ χρονιωτάτη τε ἦν ἐς τότε καὶ δυνατωτάτη μετ' Ἀλέξανδρον ἀρχὴ, καὶ μόνη Ῥωμαίοις ἔλειπεν ἐς τὰ
727. νῦν ὄντα. ὥστε Σεβαστὸς εὐθὺς ἐπὶ τοῖς ἔργοις, ἔτι περιὼν, ὅδε πρῶτος ὀφθῆναί τε Ῥωμαίοις, καὶ κληθῆναι πρὸς αὐτῶν· αὐτός τε ἑαυτὸν, ὥσπερ Γάϊος, καὶ ἐς τὸ δυνατώτερον ἔτι Γαΐου, ἄρχοντα ἀποφῆναι τῇ τε πατρίδι, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὴν ἔθνεσιν ἅπασιν· οὐδὲν αἱρέσεως, ἢ χειροτονίας, ἢ προσποιήματος, ἔτι δεηθείς. Χρονίου δ' αὐτῷ καὶ ἐγκρατοῦς τῆς ἀρχῆς γενομένης, ἐπιτυχὴς ἐς πάντα
767. καὶ φοβερὸς ὢν, γένος ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ διαδοχὴν τὴν ἐπικρατοῦσαν ὁμοίως ἐπ' ἐκείνῳ κατέλιπεν.

*Lin.* 14. πρότερον αὐτὸν *Edd.* *L.* 20. ἔλιπεν *edit.* 1. *Ibid. ſq.* ἐς τανῦν ὄντα *Aug.* *L.* 26. χρον. δ' αὐτοῦ *Aug.*

ctarentur; *Cæſar*, ceteris prudentior ac peritior, exuto prius Lepido Africa, quam ſortitus fuerat, Antonium quoque, prælio ſuperatum apud Actium, provinciis, quæ a Syria Adriaticum uſque ſinum patent, expulit. Quo præclariſſimo rerum ſucceſſu quum admirationem omnium commoviſſet; Ægyptum quoque claſſe petiit, & in Romani populi redegit poteſtatem: quod quidem regnum, omnibus, quotquot Alexandri ſucceſſores tenuerant, diuturnius opulentiuſque, ſolum tunc deerat ad hodiernum Romani imperii ſtatum. Quibus factis, vivus videnſque conſecratus a populo Romano, quod nulli ante hunc contigit, & AUGUSTUS eſt adpellatus. Jamque non ſimilem modo, ſed majorem etiam, quam Cajus pater, *poteſtatem ſibi uſurpavit in patriam genteſque omnes ſubditas;* non amplius, ne in ſpeciem quidem, indigens populi ſuffragiis. Denique, confirmata longo tempore potentia, fortunatus per omnia reverenduſque, ſtirpem ſucceſſorum, qui poſt eum ſimili tenore imperium obtinuerunt, reliquit.

Digitized by Google

VI. Ὧδε μὲν ἐκ στάσεων ποικίλων ἡ πολιτεία Ῥωμαίοις ἐς ὁμόνοιαν καὶ μοναρχίαν περιέστη. Ταῦτα δ', ὅπως ἐγένετο, συνέγραψα καὶ συνήγαγον· ἀξιοθαύμαστα ὄντα τοῖς ἐθέλουσιν ἰδεῖν φιλοτιμίαν ἀνδρῶν ἄμετρον, καὶ φιλαρχίαν δεινὴν, καρτερίαν τε ἄτρυτον, καὶ κακῶν ἰδέας μυρίων. μάλιστα δ', ὅτι μοι τῆς Αἰγυπτίας συγγραφῆς τάδε προηγούμενα, καὶ τελευτήσαντα εἰς ἐκείνην, ἀναγκαῖον ἦν προαναγράψασθαι. ὧδε γὰρ Αἴγυπτος ἐλήφθη, διὰ τήνδε τὴν στάσιν, Ἀντωνίῳ Κλεοπάτρας συμμαχούσης. Διῄρηται δ' αὐτῶν, διὰ τὸ πλῆθος, ἐνθάδε μὲν ὅσα ἐπὶ Κορνήλιον Σύλλαν ἀπὸ Σεμπρωνίου Γράκχου· ἑξῆς δ', ὅσα μέχρι Γαΐου Καίσαρος τῆς τελευτῆς. αἱ δὲ λοιπαὶ τῶν Ἐμφυλίων βίβλοι δεικνύουσιν ὅσα οἱ Τρεῖς ἐς ἀλλήλους τε καὶ Ῥωμαίους ἔδρασαν. μέχρι τὸ τελευταῖον δὴ τῶν στάσεων καὶ μέγιστον ἔργον, τὸ περὶ Ἄκτιον Καί-

*Lin.* 34. ἄτρυγον *edit.* 1. *L.* 36. τελευτήσοντα *Aug.*

6. Sic tandem, *poſt* multifarias *contentiones* ſeditionesque, *concordia in Imperio Romano ſecuta* eſt; totius *imperii ſumma ad Unius arbitrium delata.* Quæ qua ratione geſta ſint, his libris expoſui atque complexus ſum. Et eſt ſane argumentum ſtudio dignum eorum, quos juvat, immenſam hominum ambitionem, dominandi vehementiſſimam cupiditatem, patientiamque nullo labore fatigandam, denique infinitas calamitatum formas, pernoſcere. Quæ mihi etiam, quoniam velut introitus ſunt ad rerum in Ægypto geſtarum Hiſtoriam, quum hæ res ex illis aptæ ſint, & ex eorumdem occaſione ſuſceptæ, ante haſce potiſſimum fuerunt perſcribenda. Sic enim Ægyptus ſubacta eſt, per harum contentionum occaſionem, dum Cleopatra partes fovit Antonii. Propter rerum autem multitudinem in *plures Libros* digeſſi narrationem: quorum *primus* quidquid *a Sempronii Gracchi temporibus* uſque *ad Cornelium Syllam* geſta ſunt, complectitur: *alter*, quæ ſecuta ſunt *uſque ad C. Cæſaris obitum. Reliqui bellorum Civilium Libri* continent *Triumvirorum inter ſe & cum populo Romano certamina.* Denique extrema illa, quæ civilibus bellis accidit, clariſſimaque pugna, quam *circa Acti-*

σαρι πρὸς Ἀντώνιον ὁμοῦ καὶ Κλεοπάτραν γενόμενον, ἀρχὴ καὶ τῆς Αἰγυπτιακῆς συγγραφῆς ἔσται.

VII. ΡΩΜΑΙΟΙ τὴν Ἰταλίαν πολέμῳ κατὰ μέρη χειρούμενοι, γῆς μέρος ἐλάμβανον, καὶ πόλεις ἐνῴκιζον, ἢ ἐς τὰς πρότερον οὔσας κληρούχους ἀπὸ σφῶν κατέλεγον· καὶ τάδε μὲν ἀντὶ φρουρίων ἐπενόουν. τῆς δὲ γῆς τῆς δορικτήτου σφίσιν ἑκάστοτε γιγνομένης, τὴν μὲν ἐξειργασμένην αὐτίκα τοῖς οἰκιζομένοις ἐπιδιῄρουν, ἢ ἐπίπρασκον, ἢ ἐξεμίσθουν· τὴν δ᾽ ἀργὸν ἐκ τοῦ πολέμου τότε οὖσαν, ἣ δὴ καὶ μάλιστα ἐπλήθυεν, οὐκ ἄγοντές πω σχολὴν διαλαχεῖν, ἐπεκήρυττον ἐν τοσῷδε τοῖς ἐθέλουσιν ἐκπονεῖν, ἐπὶ τέλει τῶν ἐτησίων καρπῶν, δεκάτῃ μὲν τῶν σπειρομένων, πέμπτῃ δὲ τῶν φυτευομένων. ὥριστο δὲ καὶ τοῖς προβατεύουσι τέλη μειζόνων τε καὶ ἐλαττόνων ζώων. Καὶ τάδε ἔπραττον ἐς πολυανδρίαν τοῦ Ἰταλικοῦ γένους, φερεπονωτάτου σφίσιν ὀφθέντος, ἵνα συμμάχους οἰκείους

*Lin.* 50 *ſq.* δορυκλήτου *Edd. Prætuli Aug. ut alibi.* *L.* 54. ἀγαγόντες πω *Edd. ex Reg. A.*

*um* adverſus Antonium Cleopatramque Octavius Cæſar pugnavit, *exordium* mihi ſimul erit *Hiſtoriæ Rerum Ægyptiacarum.*

7. ROMANI olim prout quemque Italiæ populum armis ſibi ſubjecerunt, parte agri eum mulctabant, & oppida in illo condebant, aut in jam ante condita oppida novos colonos ſui generis adſcribebant: quibus coloniis loco præſidiorum utebantur. *Agri* autem *bello parti* ſemper eam *portionem*, quæ culta eſſet, *novis colonis* ſtatim vel gratis *dividebant*, vel pretio vendebant, vel elocabant. Quod vero *incultum* eo tempore ex bello erat, cujus nimirum generis inprimis magna ſemper pars fuit, illud, quia jam nondum volebant ſub ſortem mittere, *edicebant* interim *ut colerent quibuſcumque libuiſſet*, excepta ſibi vectigalis nomine frugum parte decima, ex arbuſtorum vero proventu parte quinta. Præterea his quoque, qui greges alerent, vectigal indictum erat, tam minoris quam majoris pecoris. Ita *frequentiæ generis Italici*, quod laboris patientiſſimum eſt habitum, *volebant proſpicere*; ut auxiliorum domeſticorum copia ſemper ipſis præſto eſſet.

Digitized by Google

ἕχοιεν. Ες δὲ τοὐναντίον αὐτοῖς περιήει. Οἱ γὰρ πλούσιοι, τῆσδε τῆς ἀνεμήτου γῆς τὴν πολλὴν καταλαβόντες, καὶ χρόνῳ θαῤῥοῦντες, οὔ τινα σφᾶς ἔτι ἀφαιρήσεσθαι, τά τε ἀγχοῦ σφίσιν, ὅσα τε ἦν ἄλλα βραχέα πενήτων, τὰ μὲν ὠνούμενοι πειθοῖ, τὰ δὲ βίᾳ λαμβάνοντες, πεδία μακρὰ ἀντὶ χωρίων ἐγεώργουν· ὠνητοῖς ἐς αὐτὰ γεωργοῖς καὶ ποιμέσι χρώμενοι, τοῦ μὴ τοὺς ἐλευθέρους ἐς τὰς στρατείας ἀπὸ τῆς γεωργίας περισπᾷν· Φερούσης ἅμα καὶ τῆσδε τῆς κτήσεως αὐτοῖς πολὺ κέρδος ἐκ πολυπαιδίας θεραπόντων, ἀκινδύνως αὐξομένων διὰ τὰς ἀστρατείας. Απὸ δὲ τούτων οἱ μὲν δυνατοὶ πάμπαν ἐπλούτουν, καὶ τὸ τῶν θεραπόντων γένος ἀνὰ τὴν χώραν ἐπλήθυε. Τοὺς δ' Ιταλιώτας ὀλιγότης καὶ δυσανδρία κατελάμβανε, τρυχομένους πενίᾳ τε καὶ ἐσφοραῖς καὶ στρατείαις. εἰ δὲ καὶ σχολάσειαν ἀπὸ τούτων, ἐπὶ ἀργίας διετίθεντο, τῆς γῆς ὑπὸ τῶν πλουσίων ἐχομένης, καὶ γεωργοῖς χρωμένων θεράπουσιν ἀντὶ ἐλευθέρων.

*Lin.* 63. ἀφαιρεθήσεσθαι *Edd.* *L.* 68. ἐς τὰς στρατιάς *Edd. ex Reg. A.* *L.* 69. κτήσεως κέρδος αὐτοῖς *Edd. ex Reg. A.* & *carent* πολύ. *L.* 70 *ſq.* ἀστρατίας *Aug.*

Sed *res in contrarium*, quam putarant, eis *cecidit*. Nam divites, agri illius non diſpertiti majori parte occupata, lapſu temporis confiſi neminem ſibi eam erepturum, vicinis prædiis, & aliis minoribus pauperum portionibus, partim pretio coëmtis, partim vi occupatis, non jam rura, ſed ampla latifundia, colebant. Ad colendos autem agros paſcendaque pecora coemtis utebantur ſervitiis; ne, ingenui ſi eſſent, militiæ cauſa avocarentur ab opere. Atque hæc ipſa quoque poſſeſſio multum eis lucri adferebat, creſcente, ob numeroſam prolem & immunitatem a militia, ſervorum multitudine. Quo factum eſt, ut potentiores ſupra modum diteſcerent, & agri complerentur ſervitiis. Itali contra paucitate ſui generis laborabant; ſimulque gravabantur paupertate, exactionibus, crebraque militia. Quod ſi quando dabatur harum difficultatum intermiſſio, otio corrumpebantur; quod nec propriam terram haberent, quippe quæ a divitibus poſſidebatur, & in aliena nullus locus eſſet ipſorum operæ in tanta ſervorum copia.

Digitized by Google

A. U. VIII. Ἐφ' οἷς ὁ δῆμος ἐδυσφόρει μὲν, ὡς οὔτε συμμάχων ἐξ Ἰταλίας ἔτι εὐπορήσων, οὔτε τῆς ἡγεμονίας οἱ γενησομένης ἀκινδύνου, διὰ πλῆθος τοσόνδε θεραπόντων. Διόρθωσιν δ' οὐκ ἐπινοοῦντες, ὡς οὐδὲ ῥᾴδιον ὂν, οὐδὲ πάντη δίκαιον, ἄνδρας τοσούσδε ἐκ τοσοῦδε χρόνου κτῆσιν τοσήνδε ἀφελέσθαι φυτῶν τε ἰδίων καὶ οἰκοδομημάτων καὶ κατασκευῆς· μόλις ποτὲ, τῶν δημάρχων
390. εἰσηγουμένων, ἔκριναν, Μηδένα ἔχειν τῆσδε τῆς γῆς πλέθρα πεντακοσίων πλείονα, μηδὲ προβατεύειν ἑκατὸν πλείω τὰ μείζονα, καὶ πεντακοσίων τὰ ἐλάσσονα. καὶ ἐς ταῦτα δ' αὐτοῖς ἀριθμὸν ἐλευθέρων ἔχειν ἐπέταξαν, οἳ τὰ γιγνόμενα φυλάξειν τε καὶ μηνύσειν ἔμελλον. Οἱ μὲν δὴ τάδε νόμῳ περιλαβόντες, ἐπώμοσαν ἐπὶ τῷ νόμῳ, καὶ ζημίαν ὥρισαν· ἡγούμενοι, τὴν λοιπὴν γῆν αὐτίκα τοῖς πένησι κατ' ὀλίγον διαπεπράσεσθαι. Φροντὶς δ' οὐδεμία ἦν οὔτε τῶν νόμων οὔτε τῶν ὅρκων· ἀλλ' οἵ τινες

*Lin.* 80. τοσῶνδε *Edd. ex Reg. A.* *L.* 85. τῆσδε, *ante* τῆς γῆς, *carent Edd. Sed dedit Aug. Ven.* *L.* 91 *ſq.* ὥρισαν, ἡγούμενοι τὴν λοιπὴν γῆν· αὐτίκα γὰρ πένησι *&c. Edd.*

8. Quamobrem anxius erat populus, quum & vererentur, ne Italicorum auxiliorum copia deficeret, & ne imperium ipſum haud ſatis in tuto eſſet, propter ſervorum nimiam frequentiam. Sed huic incommodo quum nullum invenirent remedium, quoniam neque facile factu, nec æquum omnino, videbatur, tot viros dejici de tam diuturna poſſeſſione tot prædiorum, quæ ipſi conſeviſſent & ædificiis omnibuſque commoditatibus inſtruxiſſent; ægre aliquando, tribunis plebis rogantibus, *Lex perlata* eſt, *ne quis plus quingentis jugeribus ex illis agris poſſideret; neve paſceret plus centum capitibus majoris, pluſve quingentis minoris pecoris.* Decretum præterea eſt, ut ad curanda opera ruſtica certum numerum liberorum hominum aleret quiſque, qui ea, quæ agerentur, inſpicerent, dominoque renunciarent. Ea lex jurejurando ſacrata eſt, mulctaque decreta in eos qui contra feciſſent. Jamque arbitrabantur, mox quidquid agrorum ultra præſcriptum modum ſupereſſet, æquo pretio diſtributum iri in pauperes. Sed neque jusjurandum, nec lex, valuit: & ſi qui videbantur his permoti,

Digitized by Google

καὶ ἐδόκουν φροντίσαι, τὴν γῆν ἐς τοὺς οἰκείους ἐπὶ ὑποκρίσει διένεμον· οἱ δὲ πολλοὶ τέλεον κατεφρόνουν.

A. U. 621.

IX. Μέχρι Τιβέριος Σεμπρώνιος Γράκχος, ἀνὴρ ἐπιφανὴς, καὶ λαμπρὸς ἐς φιλοτιμίαν, εἰπεῖν τε δυνατώτατος, καὶ ἐκ τῶνδε ὁμοῦ πάντων γνωριμώτατος ἅπασι, δημαρχῶν, ἐσεμνολόγησε περὶ τοῦ Ἰταλικοῦ γένους, ὡς εὐπολεμωτάτου τε καὶ συγγενοῦς, φθειρομένου δὲ κατ' ὀλίγον ἐς ἀπορίαν καὶ ὀλιγανδρίαν, καὶ οὐδὲ ἐλπίδα ἔχοντος ἐς διόρθωσιν. ἐπὶ δὲ τῷ δουλικῷ δυσχεράνας, ὡς ἀστρατεύτῳ, καὶ οὔποτε ἐς δεσπότας πιστῷ, τὸ ἔναγχος ἐπήνεγκεν ἐν Σικελίᾳ δεσποτῶν πάθος ὑπὸ θεραπόντων γενόμενον, ηὐξημένων κἀκείνων ἀπὸ γεωργίας· καὶ τὸν ἐπ' αὐτοὺς Ῥωμαίων πόλεμον, οὐ ῥᾴδιον, οὐδὲ βραχὺν, ἀλλ' ἔς τε μῆκος χρόνου, καὶ τροπὰς κινδύνων ποικίλας ἐκτραπέντα. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ἀνεκαίνιζε τὸν νόμον· Μηδένα τῶν πεντακοσίων πλέθρων πλέον ἔχειν.

*Lin.* 1. φθειρομ. δὲ *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 2. ἐς ἀπονίαν καὶ ὀλιγ. *Aug.* *L.* 4 *ſq.* ἔναγχος *edit.* 2. 3. *L.* 7. ἐπ' αὐτοῖς *Aug. bene.* *L.* 9. ἐστραπέντα *Aug.*

hi in ſpeciem modo agros propinquis ſuis cedebant; alii propalam legem contemnebant.

9. Ad extremum TIB. SEMPRONIUS GRACCHUS, vir nobilis, & gloriæ mirifice cupidus, eloquentia inprimis pollens, hiſque de cauſis jam notus omnibus, poſtquam tribunatum eſt adeptus, graviter diſſeruit de Italici nominis hominibus: quod bellicoſiſſima gens, & conſanguinea populi Romani, paulatim ad paucitatem egeſtatemque redigeretur, & nulla ſpe reliqua ad interitum tenderet. Hinc invectus in ſervorum multitudinem, ut inutilem militiæ, nec umquam fidam dominis, recens tunc exemplum memoravit Siciliæ, per mancipiorum motum contra proprios heros inſurgentium adflictæ, in qua ſimiliter per occaſionem agriculturæ plus ſatis auctus fuerat ſervorum numerus: bellumque commemoravit a Romanis adverſus eoſdem geſtum, neque facile, neque breve; ſed in longum tempus protractum, & multiplicibus periculis cladibuſque funeſtum. Quibus dictis, *Legem agrariam inſtauravit* GRACCHUS: *Ne quis plus quingentis jugeribus*, ſicuti olim cautum fue-

Digitized by Google

A. U. 621. λονεικία δὲ ἑκατέροις προσέστιστο ἐπὶ τῇ χρείᾳ, καὶ ἐς τὴν κυρίαν ἡμέραν παρασκευὴ κατ' ἀλλήλων.

XI. Γράκχῳ δ' ὁ μὲν νοῦς τοῦ βουλεύματος ἦν οὐκ ἐς εὐπορίαν, ἀλλ' ἐς εὐανδρίαν. τοῦ δὲ ἔργου τῇ ὠφελείᾳ μάλιστα αἰωρούμενος, ὡς οὔ τι μεῖζον οὐδὲ λαμπρότερον δυναμένης ποτὲ παθεῖν τῆς Ιταλίας, τοῦ περὶ αὐτὸ δυσχεροῦς οὐδ' ἐνεθυμεῖτο. Ενστάσης δὲ τῆς χειροτονίας, πολλὰ μὲν ἄλλα προεῖπεν ἐπαγωγὰ καὶ μακρά. διηρώτα δ' ἐπ' ἐκείνοις· Εἰ δίκαιον, τὰ κοινὰ κοινῇ διανέμεσθαι, καὶ εἰ γνησιώτερος αἰεὶ θεράποντος ὁ πολίτης, καὶ χρησιμώτερος ὁ στρατιώτης ἀπολέμου, καὶ τοῖς δημοσίοις εὐνούστερος ὁ κοινωνός; οὐκ ἐς πολὺ δὲ τὴν σύγκρισιν, ὡς ἄδοξον, ἐπενεγκὼν, αὖθις ἐπῄει τὰς τῆς πατρίδος ἐλπίδας καὶ φόβους, διεξιών· Ὅτι, πλείστης γῆς ἐκ πολέμου βίᾳ κατέχοντες, καὶ τὴν λοιπὴν τῆς οἰκουμένης χώραν ἐν ἐλπίδι

*Lin. 44. μὲν ante νοῦς adj. ex Aug. Ven. L. 45. τοῦδε ἔργου Edd. & diſtinctionem poſt εὐανδρίαν omittunt 2. 3. L. 46. καὶ ὡς οὔ τι Edd. L. 48. οὐδὲ ἐνεχυμεῖτο edit. 1. (ſic) cum Regiis. οὐδὲν ἐνεθυμεῖτο Aug. Ven. L. 56. τῆς οἰκουμ. χώρας Aug. Reg. B.*

tis rationem, æmulatione etiam & ambitioſa contentione pro ſua quiſque factione incitabantur; & nullas non machinationes alteri adverſus alteros in comitiorum diem præparabant.

11. Ceterum *Gracchus* non tam hoc ſpectabat, ut divitiis virorum, quam ut frequentiæ, provideretur. Et ipſa *conſilii utilitate* maxime *elatus*; quod nullum umquam neque majus commodum, neque amplius, accidere civitati poſſe exiſtimaret, *de difficultate rei ne cogitaverat quidem.* Ubi vero ventum eſt ad comitia, quum diu multa ſuadendæ legis cauſa eſſet præfatus; rogabat tandem: *æquumne cenſerent, quæ populi ſint, ea populo dividi?* & utrum *civis ſervo ſit potior?* utrum *miles utilior ſit patriæ, quam homo militiæ inhabilis?* utrum *reipublicæ amantior alienus, an particeps?* Neque vero diu collationi huic immoratus, ut ignominioſæ; convertit orationem ad expendendum ſpes civitatis metuſque: „ Bello quæſiſſe Romanos terrarum plurimum: & ſperare, ſe occupaturos reliquas quoque terras, qua late habitetur orbis. Nunc vero

ἐν ἐλπίδι ἔχοντες, κινδυνεύουσιν ἐν τῷδε περὶ ἁπάντων, A.-U. ἢ κτήσασθαι καὶ τὰ λοιπὰ δι' εὐανδρίαν, ἢ καὶ τάδε δι' 621. ἀσθένειαν καὶ φθόνον ὑπ' ἐχθρῶν ἀφαιρεθῆναι. ὧν τοῦ μὲν τὴν δόξαν καὶ εὐπορίαν, τοῦ δὲ τὸν κίνδυνον καὶ φόβον ὑπερεπαίρων, ἐκέλευε τοὺς πλουσίους, ἐνθυμουμένους ταῦτα, ἐπιδόσιμον, εἰ δέοι, παρὰ σφῶν αὐτῶν τήνδε τὴν γῆν εἰς τὰς μελλούσας ἐλπίδας τοῖς παιδοτροφοῦσι χαρίσασθαι· καὶ μὴ, ἐν ᾧ περὶ μικρῶν διαφέρονται, τῶν πλεόνων ὑπεριδεῖν· μισθὸν ἅμα τῆς πεπονημένης ἐξεργασίας αὐτάρκη φερομένους, τὴν ἐξαίρετον ἄνευ τιμῆς κτῆσιν ἐς αἰεὶ βέβαιον ἑκάστῳ πεντακοσίων πλέθρων, καὶ παισὶν, οἷς εἰσὶ παῖδες, ἑκάστῳ καὶ τούτων τὰ ἡμίσεα. Τοιαῦτα πολλὰ ὁ Γράκχος εἰπὼν, τούς τε πένητας, καὶ ὅσοι ἄλλοι λογισμῷ μᾶλλον ἢ πόθῳ κτήσεως ἐχρῶντο, ἐρεθίσας, ἐκέλευε τῷ γραμματεῖ τὸν νόμον ἀναγνῶναι.

XII. Μάρκος δ' Ὀκταούϊος, δήμαρχος ἕτερος, ὑπὸ τῶν

*Lin. 60. δόξ. καὶ ἀπορίαν Reg. B. L. 65. πεπονημένοις Aug. Ibid. ſq. ἐργασίας Edd. Prætuli Aug. Ven. L. 69. τοὺς πένητας Edd. & carent conjunct. τε, quam dederunt Aug. Ven.*

vero rem in ſummo verti diſcrimine, paraturi-ne ſint reliqua, per virorum fortium frequentiam; an amiſſuri etiam ſua, per infirmitatem virium & inimicorum invidiam." Deinde, hinc gloriam & amplas fortunas, inde periculum & metum exaggerando, hortabatur divites: „ ipſi hæcce conſiderarent, & , in ſpem tantorum commodorum, gratuito potius, ſi opus eſſet, & ſua ſponte, hominibus qui liberos alerent in uſum reipublicæ, poſſeſſione cederent iſtorum agrorum: neque de rebus exiguis contendendo, majora negligerent; præſertim, quum laboris in culturam impenſi pretium haud ſpernendum accepturi ſint, exemtam quingentorum jugerum ſine pretio poſſeſſionem, firmam cuique in perpetuum futuram, & , qui filios haberent in poteſtate, inſuper aliorum in ſingulos filios ducentorum & quinquaginta jugerum." In hanc ſententiam prolixe locutus *Gracchus*; incenſis animis pauperum, & quotquot alii ratione magis, quam cupiditate, ducebantur; juſſit ſcribam legem recitare.

12. Ibi vero *M. Octavius*,

A. U. 621. κτηματικῶν διακωλύειν παρεσκευασμένος (καὶ ὧν αἰεὶ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ κωλύων δυνατώτερος) ἐκέλευε τὸν γραμματέα σιγᾶν. Καὶ τότε μὲν αὐτῷ πολλὰ μεμψάμενος ὁ Γράκχος, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἀγορὰν ἀνέθετο. Φυλακήν τε παραστησάμενος ἱκανὴν, ὡς καὶ ἄκοντα βιασόμενος Ὀκταουΐον, ἐκέλευε σὺν ἀπειλῇ τῷ γραμματεῖ τὸν νόμον ἐς τὸ πλῆθος ἀναγινώσκειν. καὶ ἀνεγίνωσκε· καὶ Ὀκταουΐου κωλύοντος ἐσιώπα. λοιδοριῶν δὲ τοῖς δημάρχοις ἐς ἀλλήλους γενομένων, καὶ τοῦ δήμου θορυβοῦντος ἱκανῶς, οἱ δυνατοὶ τοὺς δημάρχους ἠξίουν ἐπιτρέψαι τῇ βουλῇ περὶ ὧν διαφέρονται. καὶ ὁ Γράκχος, ἁρπάσας τὸ λεχθὲν, ὡς δὴ πᾶσι τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἀρέσοντος τοῦ νόμου, διέτρεχεν ἐς τὸ βουλευτήριον. ἐκεῖ δ', ὡς ἐν ὀλίγοις, ὑβριζόμενος ὑπὸ τῶν πλουσίων, αὖθις ἐκδραμὼν ἐς τὴν ἀγορὰν, ἔφη, διαψήφισιν προθήσειν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἀγορὰν περί τε τοῦ νόμου καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς Ὀκταουΐου, εἰ χρὴ δήμαρχον ἀντιπράττοντα τῷ δήμῳ τὴν ἀρχὴν ἐπέχειν. καὶ ἔπραξεν

Lin. 73 ſq. καὶ ὧν παρὰ Ῥωμ. ἀεὶ ὁ κωλύειν δυνατ. Edd. Rectius Aug.
L. 8[illegible]. καὶ τοῦ νόμου θορυβοῦντος Edd. Cand.

*Gracchi* in tribunatu *collega*, ad intercedendum a locupletibus ſubornatus, pro poteſtate, qua ſemper apud Romanos, qui VETAT, pollet, indixit ſcribæ ſilentium. *Gracchus*, multum de eo conqueſtus, comitia in ſequentem diem diſtulit. Jamque adpoſito idoneo præſidio, ut invitum etiam in ſuam ſententiam traduceret Octavium; minis adegit ſcribam, ut legem pro concione recitaret. Et recitavit: intercedente autem iterum *Octavio*, conticuit. Tum exorto inter collegas jurgio, multumque tumultuante populo, proceres egerunt precibus cum tribunis, ut ſenatus arbitrio eam controverſiam permitterent. Qua occaſione arrepta, *Gracchus*, ſperans nulli in remp. bene animato non placituram legem, adcurrit in curiam. Sed ibi quum ſtipatione plebis eſſet deſtitutus, petitus conviciis a divitibus, recurrit in forum; polliceturque, craſtinis comitiis ſe collecturum ſuffragia cum de agraria lege, tum de magiſtratu Octavii, *an tribunus*, *qui obſtaret populi commodis*, *in magiſtratu poſſit permanere*.

Digitized by Google

οὕτως. Ἐπεί τε γὰρ Ὀκταούϊος, οὐδὲν καταπλαγεὶς, αὖθις ἐνίσ͵τατο, ὅδε προτέραν τὴν περὶ αὐτοῦ ψῆφον ἀνεδίδου. καὶ τῆς πρώτης φυλῆς καταψηφισαμένης τὴν ἀρχὴν τὸν Ὀκταούϊον ἀποθέσθαι, ἐπιστραφεὶς πρὸς αὐτὸν ὁ Γράκχος, ἐδεῖτο μεταθέσθαι. οὐ πειθομένου δὲ, τὰς ἄλλας ψήφους ἐπῆγε. οὐσῶν δὲ τότε φυλῶν πέντε καὶ τριάκοντα, καὶ συνδραμουσῶν ἐς τὸ αὐτὸ σὺν ὀργῇ τῶν προτέρων ἑπτακαίδεκα· ἡ μὲν ὀκτωκαιδεκάτη τὸ κῦρος ἔμελλεν ἐπιθήσειν. ὁ δὲ Γράκχος αὖθις, ἐν ὄψει τοῦ δήμου, τότε μάλιστα κινδυνεύοντι τῷ Ὀκταουΐῳ λιπαρῶς ἐνέκειτο, μὴ ἔργον ὁσιώτατον καὶ χρησιμώτατον Ἰταλίᾳ πάσῃ συγχέαι, μηδὲ σπουδὴν τοῦ δήμου τοσήνδε ἀνατρέψαι, ᾧ τι καὶ παρενδοῦναι προθυμουμένῳ δήμαρχον ὄντα ἥρμοζε· καὶ μὴ αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν ἀφαιρουμένην περιϊδεῖν ἐπὶ καταγνώσει. Καὶ τάδε λέγων, καὶ θεοὺς μαρτυρόμενος, ἄκων ἄνδρα σύναρχον ἀτιμοῦν, ὡς οὐκ ἔπειθεν, ἐπῆγε A. U. 621.

*Lin. 91. ὁ δὲ πρότ. Edd. Correxi ex Aug. L. 94. πειθόμενος Edd. ex Reg. A. πειθομένους Aug. Reg. B. Verum dedit Ven. L. 9 . φυλακῶν πέντε mendoſe Aug. Ven. L. 97. τὸ, ante κῦρος, caret Aug. L. 3 an προθυμούμενον? L. 4. αὐτοῦ τὴν ἀρχ. edit. 2. ἑαυτοῦ edit. 3. invit. MSS. L. 5. καὶ τοιάδε λέγων Edd. Prætuli Aug.*

Atque ita fecit. Ubi enim *Octavius*, nihil territus, rurſus intercesſit; ille de hoc ipſo prius dedit populo calculos. Quumque prima tribus contra Octavium ſuffragia tuliſſet; converſus ad eum *Gracchus* orabat, ut ab incepto deſiſteret. Quo perſiſtente in propoſito, ceterarum colligebat ſuffragia. Erant tunc *Tribus* XXXV. Quarum quum jam ſeptemdecim priores irritatis animis in eamdem ſententiam tuliſſent ſuffragia; ſi his acceſſiſſet decima octava, ratam legem effeciſſet. Rurſum igitur *Gracchus* coram populo collegam, periculo tunc maxime proximum, obſecrat obteſtaturque, ne rem ad pietatem erga cives inprimis pertinentem, & Italis univerſis utiliſſimam, interturbare pergat; neve tanto plebis ſtudio, cui favere potius pro tribuni officio deberet, obſiſtat; denique ne ſibi abrogari populi ſuffragiis magiſtratum parvi pendat. His dictis, deos teſtatus eſt, invitum ſe contra collegæ honorem agere; &, quum nil eum flecteret, ad colligenda ſuffragia revertit.



Digitized by Google

A. U. 621. τὴν ψῆφον. καὶ ὁ μὲν Ὀκταούϊος, αὐτίκα ἰδιώτης γενόμενος, διαλαθὼν ἀπεδίδρασκε.

XIII. Κόϊντος δὲ Μούμμιος ἀντ' αὐτοῦ δήμαρχος ᾑρεῖτο, καὶ ὁ νόμος ὁ περὶ τῆς γῆς ἐκυροῦτο. διανέμειν τε αὐτὴν ἐκεχειροτόνηντο πρῶτοι, Γράκχος αὐτὸς, ὁ νομοθέτης, καὶ ἀδελφὸς ὁμώνυμος ἐκείνου, καὶ ὃς ἐκήδευε τῷ νομοθέτῃ Κλαύδιος Ἄππιος· πάνυ τοῦ δήμου καὶ ὡς δεδιότος, μὴ τὸ ἔργον ἐκλειφθείη τοῦ νόμου, εἰ μὴ Γράκχος αὐτοῦ σὺν ὅλῃ τῇ οἰκίᾳ κατάρχοιτο. Γράκχος δὲ, μεγαλαυχούμενος ἐπὶ τῷ νόμῳ, ὑπὸ τοῦ πλήθους, οἷα δὴ κτίστης οὐ μιᾶς πόλεως, οὐδ' ἑνὸς γένους, ἀλλὰ πάντων ὅσα ἐν Ἰταλίᾳ ἔθνη, ἐς τὴν οἰκίαν παρεπέμπετο. καὶ μετὰ ταῦθ', οἱ μὲν κεκρατηκότες, ἐς τοὺς ἀγροὺς ἀπεχώρουν, ὅθεν ἐπὶ ταῦτα ἐληλύθεσαν. οἱ δ' ἡσσημένοι, δυσφοροῦντες, ἔτι παρέμενον, καὶ ἐλογοποίουν· οὐ χαιρήσειν Γράκχον αὐτίκα ὅτε γένοιτο ἰδιώτης, ἀρχήν τε ἱερὰν καὶ ἄσυλον, καὶ στάσεως τοσήνδε ἀφορμὴν ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐμβαλόντα.

*Lin.* 9. Q. Mumius *Cand.* Μούκιος *Plutarch.* Minucius *Oroſ.* *L.* 16. καὶ ὑπὸ τοῦ πλ. *Edd.* *L.* 18. μετ' αὐθ' *Aug. Reg. A.* μεταῦθ' *Reg. B.* *L.* 20. ἐληλύθησαν *edit.* 1. *ex Reg. A.* ἐληλύθεισαν *edit.* 2. 3. *Ibid.* δυσφρονοῦντες *Edd. ex Reg. A.* *L.* 21. οὐχ αἱρήσειν *Edd. Cand.* *L.* 22. ἱδρύσαντα *Edd. Cand.*

Ita *Octavio abrogatur magiſtratus;* qui ſtatim privatus clam e medio ſe ſubduxit.

13. Subrogatus *Q. Mummius*, & *lex agraria perlata* eſt; primique *triumviri agris dividendis* creati, *Gracchus ipſe*, *Cajus frater* ejus, & *ſocer Appius Claudius:* ſic quoque metuente plebe, ne lex careret executione, niſi lator ejus cum omnibus ſuis præficeretur operi. Ille vero, ea lege ſibi vehementer placens, a plebe, veluti conditor non unius oppidi gentiſve, ſed omnium Italiæ populorum, domum deductus eſt. Poſt hæc victrix pars in agros ſeceſſit, propter quos ad eam contentionem advenerant. Altera vero pars, victam ſe ægre paſſa, permanſit in Urbe; verbis jactans, non impune id fore *Graccho*, quamprimum magiſtratu abierit, auſo & ſacroſanctam poteſtatem tribunitiam violare, & tantam ſeditionum materiam per omnem ſpargere Italiam.

Digitized by Google

XIV. Θέρος δ᾽ ἦν ἤδη, καὶ προγραφαὶ δημάρχων ἐς τὸ μέλλον· καὶ οἱ πλούσιοι, τῆς χειροτονίας πλησιαζούσης, ἔνδηλοι σαφῶς ἦσαν ἐσπουδακότες ἐς τὴν ἀρχὴν τοῖς μάλιστα Γράκχῳ πολεμίοις. ὁ δ᾽, ἐγγὺς τοῦ κακοῦ γιγνομένου, δείσας, μὴ οὐ καὶ ἐς τὸ μέλλον ἔσοιτο δήμαρχος, συνεκάλει τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐπὶ τὴν χειροτονίαν. ἀσχολουμένων δ᾽ ἐκείνων ὡς ἐν θέρει, συνελαυνόμενος ὑπὸ τῆς προθεσμίας ὀλίγης ἐς τὴν χειροτονίαν ἔτι οὔσης, ἐπὶ τὸν ἐν τῷ ἄστει δῆμον κατέφευγε· καὶ περιϊὼν κατὰ μέρος ἕκαστον ἐδεῖτο, δήμαρχον αὐτὸν ἐς τὸ μέλλον ἑλέσθαι, κινδυνεύοντα δι᾽ ἐκείνους. Γιγνομένης δὲ τῆς χειροτονίας, δύο μὲν ἔφθασαν αἱ πρῶται φυλαὶ Γράκχον ἀποφῆναι. τῶν δὲ πλουσίων ἐνισταμένων, οὐκ ἔννομον εἶναι δὶς ἐφεξῆς τὸν αὐτὸν ἄρχειν· καὶ Ρουβρίου δημάρχου, τοῦ προεστάναι τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης διειληχότος, ἐνδοιάζοντος ἐπὶ τῷδε· Μούμμιος αὐτὸν, ὁ ἐπὶ τῷ Ὀκταουΐῳ δημαρχεῖν ᾑρημένος, ἐκέλευεν ἑαυτῷ τὴν ἐκκλησίαν ἐπι- A. U. 621.

*Lin.* 28. ἐγγὺς τοῦ καλοῦ *iidem.* *L.* 29. δείσας εἰ μὴ καὶ *Edd.* *L.* 32. ὀλίγοις *Aug.* *L.* 33. κατέφυγε *Aug.* *L.* 38. Ρομβίου δημάρχου *Edd. & MSS. noſtri; & ſic mox iterum. Sed* Rubrio *Cand. utrobique.*

14. Jam meſſis tempus advenerat, & comitia tribunis plebis creandis inſtabant: adparebatque, divites daturos operam, ut is magiſtratus ad eos perveniret, qui præ ceteris inimici eſſent *Gracchi.* At ille propinquo periculo territus, ne forte futuris comitiis in ſequentem annum non reficeretur, revocabat ex agris plebem ad ſuffragia. Illis vero meſſe occupatis, quum dies præfinitus jam immineret, coactus eſt ad urbanam plebem confugere: & ambiens, prehenſanſque ſingulos, poſtulabat ſibi continuari tribunatum, referrique gratiam pro periculis quibus propter eos ſe objeciſſet. Quumque plebs ferret ſuffragia, mox duarum primarum tribuum *Gracchus* tulit calculos. Reclamantibus vero divitibus, *non licere per leges eumdem magiſtratum continuari;* & *Rubrio*, tribuno plebis, qui tunc ſortito comitiis præerat, eam ob rem ambigente; *Mummius*, Octavii ſucceſſor, perſuaſit collegæ, ut ſe vicarium pro



Digitized by Google

A. U. 621. τρέψαι. καὶ ὁ μὲν ἐπέτρεψεν. οἱ δὲ λοιποὶ δήμαρχοι περὶ τῆς ἐπιστασίας ἠξίουν ἀνακληροῦσθαι· Ρουβρίου γὰρ, τοῦ λαχόντος, ἐκστάντος, αὖθις ἐς ἅπαντας τὴν διακλήρωσιν περιϊέναι. ἔριδος δὲ καὶ ἐπὶ τῷδε πολλῆς γενομένης, ὁ Γράκχος ἐλαττούμενος, τὴν μὲν χειροτονίαν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἀνέθετο. πάντα δ᾽ ἀπογνοὺς, ἐμελανειμόνει τε ἔτι ὢν ἔναρχος, καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας ἐν ἀγορᾷ τὸν υἱὸν ἐπάγων ἑκάστοις συνίστη καὶ παρετίθετο, ὡς αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτίκα ἀπολούμενος.

XV. Οἴκτου δὲ πολλοῦ σὺν λογισμῷ τοὺς πένητας ἐπιλαμβάνοντος, ὑπέρ τε σφῶν αὐτῶν, ὡς οὐκ ἐν ἰσονόμῳ πολιτευσόντων ἔτι, ἀλλὰ δουλευσόντων κατὰ κράτος τοῖς πλουσίοις, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ Γράκχου, τοιαῦτα δεδιότος τε καὶ πάσχοντος ὑπὲρ αὐτῶν· σύν τε οἰμωγῇ προπεμπόντων αὐτὸν ἁπάντων ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἑσπέρας, καὶ θαῤῥεῖν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐπικελευόντων· ἀναθαῤῥήσας ὁ Γράκχος, ἔτι νυκτὸς τοὺς στασιώτας συναγαγὼν, καὶ σημεῖον εἰ καὶ μάχης δεήσειεν ὑποδείξας, κατέλαβε

*Lin.* 44 *ſq.* διακλήρωσιν περιιηκέναι *Aug. Ven.* *L.* 51. πολλοῦ συλλογισμῷ *Edd.* συνλογισμῷ (*ſic*) *Aug.* σὺν λογισμῷ *ſuſpicatus erat Muſgr.* *quod & Gelenius in animo habuiſſe videtur.* *L.* 52. ἐν ἴσῳ νόμῳ *Edd.* *ex Reg. A.* *L.* 59. σημεῖον *Aug.* *Ibid.* ἀποδείξας *Edd.* *ex Reg. A.*

ipſo ſineret præeſſe. At reliqui tribuni ſorti id negotium committendum contendebant: cedente enim ſortem ſuam *Rubrio*, novam ſortitionem ad totum tribunorum collegium pertinere. Qua contentione gliſcente, *Gracchus*, quum ſuam factionem ſuperari videret, in ſequentem diem comitia diſtulit: deſperatiſque rebus ſuis, reliquum diei atratus, cum adhuc fungeretur magiſtratu, verſabatur in foro, cum filio, commendans eum ſingulis, quaſi mox periturus inimicorum violentia.

15. Tum plebem magna ſubiit miſeratio viri, tali in timore verſantis, & ipſorum cauſa pericula hæc ſubeuntis; ſimulque reputatio, non amplius ſe æquo jure cum ceteris civibus victuram, ferendamque fore impotentem divitum dominationem. Itaque cum fletu eum omnes domum deducunt veſpere, jubentque bono animo eſſe in craſtinum. Et *Gracchus* reſumta audacia, ante lucem factionem ſuam congregat; ſignoque, ſi pugna

τοῦ Καπιτωλίου τὸν νεὼν ἔνθα χειροτονήσειν ἔμελλον, καὶ τὰ μέσα τῆς ἐκκλησίας. ἐνοχλούμενος δὲ ὑπὸ τῶν δημάρχων καὶ τῶν πλουσίων, οὐκ ἐώντων ἀναδοθῆναι περὶ αὐτοῦ χειροτονίαν, ἀνέσχε τὸ σημεῖον. καὶ βοῆς ἄφνω παρὰ τῶν συνειδότων γενομένης, χεῖρές τε ἦσαν ἤδη τὸ ἀπὸ τοῦδε. καὶ τῶν Γρακχείων οἱ μὲν αὐτὸν ἐφύλαττον, οἷά τινες δορυφόροι, οἱ δὲ, τὰ ἱμάτια διαζωσάμενοι, ῥάβδους καὶ ξύλα τὰ ἐν χερσὶ τῶν ὑπηρετῶν ἁρπάσαντές τε καὶ διακλάσαντες ἐς πολλὰ, τοὺς πλουσίους ἐξήλαυνον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, σὺν τοσῷδε ταράχῳ καὶ τραύμασιν, ὡς τούς τε δημάρχους δείσαντας διαφυγεῖν ἐκ μέσου, καὶ τὸν νεὼν τοὺς ἱερέας ἐπικλεῖσαι· δρόμον τε πολλῶν ἄκοσμον εἶναι, καὶ φυγὴν, καὶ λόγον οὐκ ἀκριβῆ· τῶν μὲν, ὅτι καὶ τοὺς ἄλλους δημάρχους ὁ Γράκχος παραλύει τῆς ἀρχῆς· (οὐ γὰρ ὁρωμένων αὐτῶν, εἴκαζον οὕτω·) τῶν δὲ, ὅτι αὐτὸς ἑαυτὸν ἐς τὸ μέλλον δήμαρχον ἄνευ χειροτονίας ἀποφαίνει. A. U. 621.

*Lin.* 63. ἀνέσχετο σημεῖον *edit.* 1. *L.* 64 *ſq.* τοαποτοῦδε *Reg. B.* τὸ ἀποτοῦδε *Aug.* *L.* 66. περιζωσάμενοι *Edd.* *L.* 71. ἐπικλῆσαι *Reg. B.* *L.* 73. παραλύσει *Edd.* & *ſtatim Aug. in quo tamen ab ead. manu videtur in* παραλύει *mutatum; quod & legiſſe videtur Cand. & repoſitum voluit Muſgrav.* *L.* 76. ἀποφαίνοι *Aug.*

opus eſſet, conſtituto, Capitolii templum, ubi comitium erat futurum, atque ipſam mediam concionem occupat. Quumque iterum inſtarent tribuni diviteſque, impedirentque, quo minus de illo ferentur ſuffragia; ſignum ſuis dat *Gracchus* ex compoſito. Quibus mox magno cum clamore coortis, ad manus ventum eſt: aliis Gracchum pro ſatellitio ſtipantibus, aliis accincta veſte faſces & baculos lictorum direptos confringentibus, & magno cum tumultu, nec ſine vulneribus, divites exturbantibus e comitio; ita ut tribuni metu perciti diffugerent, & ſacerdotes templum clauderent. Dumque ſic præpropera & incondita fuga feruntur multi; varii ſimul ſparguntur incerti rumores: aliis, *Gracchum*, dicentibus, in eo eſſe, ut reliquis quoque collegis abroget magiſtratum; (quod eo credibilius erat, quoniam eorum nemo conſpiciebatur:) aliis vero, illum, non exſpectatis populi ſuffragiis, tribunum ſe ipſum renunciare.



Digitized by Google

674. CIII. Τοῦ δ᾽ ἐπιόντος ἔτους Σύλλας, καίπερ ὢν δικτάτωρ, ἐς ὑπόκρισιν ὅμως καὶ σχῆμα δημοκρατικῆς ἀρχῆς, ὑπέστη καὶ ὕπατος αὖθις γενέσθαι σὺν Μετέλλῳ τῷ Εὐσεβεῖ. καὶ ἀπὸ τοῦδε ἴσως ἔτι νῦν οἱ Ῥωμαίων βασιλέες, ὑπάτους ἀποφαίνοντες τῇ πατρίδι, ἔστιν ὅτε καὶ ἑαυτοὺς ἀποδεικνύουσιν· ἐν καλῷ τιθέμενοι, μετὰ τῆς μεγίστης
675. ἀρχῆς καὶ ὑπατεῦσαι. Τῷ δ᾽ ἑξῆς ἔτει, ὁ μὲν δῆμος καὶ τότε τὸν Σύλλαν θεραπεύων ᾑρεῖτο ὑπατεύειν· ὁ δέ, οὐκ ἀνασχόμενος, ὑπάτους μὲν αὐτοῖς ἀπέφηνε Σερουΐλιον Ἰσαυρικὸν καὶ ΚλαύδιονΠοῦλχρον· αὐτὸς δὲ τὴν μεγάλην ἀρχήν, οὐδενὸς ἐνοχλοῦντος, ἑκὼν ἀπέθετο. Καί μοι θαῦμα μὲν καὶ τόδε αὐτοῦ καταφαίνεται, τοσήνδε ἀρχὴν πρῶτον ἀνδρῶν καὶ μόνον ἐς τότε Σύλλαν, οὐδενὸς ἐπείγοντος, ἀποθέσθαι, οὐ παισίν, (ὡς Πτολεμαῖς ἐν

*Lin.* 63. Cornelium Iſauricum *mend. Cand.* *L.* 66. κατεφαίνετο *Edd. prætuli Aug. Ven.*

um, *peremerunt.* Tam parum a potentia Romanorum ſibi timebant, ſive ob domeſticarum opum magnitudinem, ſive quod externas calamitates nondum fuerint eo tempore experti.

103. Inſequenti anno *Sylla*, *quamvis dictator*, tamen, ad repræſentandam aliquam reipublicæ formam, ſuſtinuit *conſul iterum* fieri, *collega Metello Pio.* Et hinc forte mos natus eſt, ut nunc quoque Romani Cæſares, penes quos eſt creatio conſulum, ipſimet nonnumquam eum honorem adſumant; non indecorum ducentes, ſummum imperium cum conſulatu conjungere. Proximo deinceps anno, denuo quidem *Sylla* a populo, promerituro virum iſto obſequio, Conſul eſt deſignatus: ſed idem, recuſato eo magiſtratu, & *Servilio Iſaurico Appioque Claudio Conſulibus* nominatis, mox ipſe *poteſtatem ſummam*, nemine interpellante, *ſponte depoſuit.* Qua in re mihi & hoc quidem ſatis *dignum admiratione* videtur, quod primus ad eam ætatem atque unus ex omnibus hominibus *Sylla* tantum imperium, quum nulla neceſſitate cogente deponere vellet, non filio ceſſerit, ſicut

Digitized by Google

Αἰγύπτῳ, καὶ Ἀριοβαρζάνης ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ Σέλευκος ἐν Συρίᾳ·) ἀλλ᾽ αὐτοῖς τοῖς τυραννουμένοις. ἄλογον δ᾽ ἤδη καὶ τὸ, βιασάμενον ἐς τὴν ἀρχὴν ῥιψοκινδύνως, ἐπείτε ἐγκρατὴς ἐγένετο, ἑκόντα ἀποθέσθαι. καὶ παράδοξον, οἷον οὔπω τι ἕτερον, τὸ μὴ δεῖσαι, νεότητος ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πλέον μυριάδων δέκα ἀνῃρημένης, καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτὸν ἀνελόντα βουλευτὰς μὲν ἐννενήκοντα, ὑπάτους δ᾽ ἐς πεντεκαίδεκα, ἀπὸ δὲ τῶν καλουμένων ἱππέων δισχιλίους καὶ ἑξακοσίους, σὺν τοῖς ἐξεληλαμένοις· ὧν τῆς τε περιουσίας δεδημευμένης, καὶ πολλῶν ἀτάφων ἐκριφέντων, οὔτε τοὺς οἴκοι Σύλλας, οὔτε τοὺς φεύγοντας καταπλαγεὶς, οὐδὲ τὰς πόλεις, ὧν ἀκροπόλεις τε καὶ τείχη καὶ γῆν καὶ χρήματα καὶ ἀτελείας ἀφῄρητο· ἑαυτὸν ἀπέφηνεν ἰδιώτην. A. U. 675.

CIV. Τοσοῦτον ἦν ἐν τῷδε τῷ ἀνδρὶ τόλμης καὶ τύχης· ὅν γε φασὶν ἐπειπεῖν ἐν ἀγορᾷ, τὴν ἀρχὴν ἀποτιθέμενον,

*Lin.* 73. εἶεν *post* παραδοξ. *carent Edd. Dederunt Aug. Ven.* *L.* 75. αὐτῶν ἀνελόντα *Edd. Rectius Aug. Ib.* ἐννενήκοντα *Edd. prætuli Aug. L.* 79. ὁ Σύλλας *Edd. Delevi artic. cum Aug. L.* 80. κατεκπλαγεὶς *Edd. Rectius Aug. Ven.* *L.* 84. ἐν τῇ ἀγορᾷ *Edd. Prætuli Aug. Ven.*

Ptolemæus in Ægypto, aut Ariobarzanes in Cappadocia, aut Seleucus in Syria, ſed his ipſis quos tyrannide preſſerat. At id ipſum pæne incredibile, quod dominationem tanto conatu per totque pericula quæſitam, poſtquam adeptus eſt, ſua ſponte depoſuerit. Denique, quod nihil ne veritus quidem ſit, quum in eo bello amplius C. M. juventutis Romanæ Italicæque perierint; & ex inimicis ejus Senatores XC, Conſules & Conſulares XV, Equites Romani MMDC, ipſius juſſu partim occiſi fuerint, partim in exilium ejecti: id vero magis etiam, quam quidvis aliud, fidem omnem ſuperare fatendum eſt. Atqui, quamquam & exulum bona publicata, & mortui magnam partem ſine ſepultura etiam fuerant abjecti; tamen neque a familiaribus horum domi relictis, neque ab illis ipſis qui in exilio vivebant, neque a civitatibus, quarum arces, mœnia, pecunias, immunitates, ſuſtulerat, quidquam metuens *Sylla*, ultro ad privatam vitam rediit.

104. Tanta erat in eo viro & audacia & felicitas. Ferturque, quum magiſtratum deponeret, dixiſſe pro concione,



Digitized by Google

A. U. 675. ὅτι καὶ λόγον, εἴ τις αἰτοίη, τῶν γεγονότων ὑφέξει· καὶ τὰς ῥάβδους καθελόντα καὶ τοὺς πελέκεας, τὴν φρουρὰν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπώσασθαι, καὶ μόνον μετὰ τῶν φίλων ἐς πολὺ ἐν μέσῳ βαδίσαι, θεωμένου τοῦ πλήθους καὶ καταπεπληγότος αὐτὸν καὶ τότε. Ἀναχωροῦντα δ' ἐπὶ τὴν οἰκίαν μόλις ποτὲ μειράκιον ἐπεμέμφετο· καὶ οὐδενὸς αὐτὸ ἀπερύκοντος, ἐθάῤῥησε καὶ λοιδορούμενον αὐτῷ μέχρι τῆς οἰκίας ἐλθεῖν. ὁ δὲ, κατὰ τῶν μεγίστων ἀνδρῶν τε καὶ πόλεων ἄκρος ὀργὴν γενόμενος, εὐστaθῶς τὸ μειράκιον ἤνεγκε· καὶ τοσοῦτον, ἐσιὼν ἐς τὴν οἰκίαν, εἴτε ἀπὸ ξυνέσεως, εἴτε καὶ τύχῃ, καταμαντευόμενος τῶν ἐσομένων, ἀπεκρίνατο, ὅτι, Κωλύσει τὸ μειράκιον τόδε ἕτερον ἄνδρα ἀρχὴν, τοιάνδε ἔχοντα ἀποθέσθαι. καὶ Ῥωμαίοις μὲν οὕτω γενέσθαι συνηνέχθη μετ' ὀλίγον, Γαΐου Καίσαρος τὴν ἀρχὴν οὐκέτι μεθέντος. Ὁ δὲ Σύλλας μοι δοκεῖ, ἐς πάντα σφοδρὸς ὁμοῦ καὶ δυνατὸς γενόμενος, ἐπιθυμῆσαι τύραννος ἐξ ἰδιώτου γενέσθαι, καὶ ἰδιώτης ἐκ

*Lin. 91. οὐδ. αὐτῷ ἀπερυκ. Edd. Correxi ex Aug. L. 1. verba μοι δοκεῖ ponunt poſt ἐς πάντα Edd. Prætuli Aug.*

*paratum ſe, rationem etiam actorum ſuorum reddere, ſi quis expetat;* ſimulque lictores cum ſecuribus atque ſatellites abegiſſe, atque ita cum ſolis amicis in medio foro obambulaſſe diu, ſpectante & metuente eum etiam tunc multitudine. Tandem domum repetentem, *qui incuſaret* vix *unus* exſtitit *adoleſcentulus:* qui quum a nemine compeſceretur, auſus eſt etiam conviciis eum domum uſque proſequi. Et *Sylla*, qui in ſummos viros integraſque civitates bilem ferociter effuderat, tunc unum adoleſcentulum æquo tulit animo; hoc tantum in limine domus, ſive providenter, ſive divinitus, prolocutus: *adoleſcens hic efficiet, ne quis poſthac talem magiſtratum, ubi fuerit conſecutus, deponat.* Quod dictum eventus adprobavit haud multo poſt; quandoquidem *C. Cæſar*, eumdem magiſtratum adeptus, deponere numquam voluit. Mihi vero *Sylla*, quum cogito, eumdem & ex privata vita regiam concupiſſe poteſtatem, & regiam poteſtatem rurſus cum privata vita ſponte mutaſſe,

τυράννου, καὶ μετὰ τοῦτ' ἐπ' ἐρημίας ἀγροίκου διαγενέσθαι. διῆλθε γὰρ ἐς χωρία ἴδια ἐς Κύμην τῆς Ἰταλίας, καὶ ἐνταῦθα ἐπ' ἐρημίας θαλάσσῃ τε καὶ κυνηγεσίοις ἐχρῆτο· οὐ φυλασσόμενος ἄρα τὸν κατὰ ἄστυ ἰδιώτην βίον, οὐδ' ἀσθενὴς ὢν αὖθις ἐς ὅ τι ὁρμήσειεν· ᾧ δυνατὴ μὲν ἔτι ἡ ἡλικία, καὶ τὸ σῶμα εὔρωστον, ἀμφὶ δὲ τὴν Ἰταλίαν δυώδεκα μυριάδες ἀνδρῶν ἦσαν ἔναγχος ὑπεστρατευμένων, καὶ δωρεὰς μεγάλας καὶ γῆν πολλὴν παρ' αὐτοῦ λαβόντων· ἕτοιμοι δ' οἱ κατὰ τὸ ἄστυ μύριοι Κορνήλιοι, καὶ ὁ ἄλλος αὐτοῦ στασιώτης λεὼς, εὔνους αὐτῷ καὶ φοβερὸς ὢν ἔτι τοῖς ἑτέροις, καὶ τὸ σφέτερον ἀδεὲς ὧν τῷ Σύλλᾳ συνεπεπράχεσαν, ἐν τῷ Σύλλαν περιεῖναι τιθέμενοι. ἀλλά μοι δοκεῖ κόρον τε πολέμων καὶ κόρον ἀρχῆς καὶ κόρον ἄστεος λαβὼν, ἐπὶ τέλει καὶ ἀγροικίας ἐρασθῆναι. A. U. 675.

CV. Ἄρτι δ' ἀποστάντος αὐτοῦ, Ῥωμαῖοι φόνου καὶ τυραννίδος ἀπαλλαγέντες, ἡσυχῇ πάλιν ἐπὶ στάσεις ὑπερ- 676.

*Lin.* 8. *δὲ poſt ἀμφὶ, caret Aug. male.* *L.* 9. *δυώδεκα Edd. διώδεκα Aug. pro quo repoſui id, ex quo hoc corruptum eſt.*

atque in receſſu rurali exegiſſe vitam, *acri* ſimul *ingenio fortique animo omnibus modis* fuiſſe videtur. Nam quod in prædia ſua prope Cumas receſſit, ibique in ſolitudine piſcationibus vacavit & venationibus; id ſane non eo fecit, quod vel vereretur privatus in Urbe vivere, aut quod vires eum ad quidquam efficiendum, quod libuiſſet, deficerent. Quippe valente adhuc erat ætate & firmo corpore; præſtoque erant per Italiam virorum circiter millia centum & viginti, qui ſub eo militaverant, multoſque agros, & ſplendida munera ab eo acceperant; & in ipſa Urbe aderant decem millia *Corneliorum*, & alia magna multitudo hominum partibus ipſius addictorum, illique faventium, adverſariis vero etiam tunc formidabilium, qui iidem facinorum cum *Sylla* patratorum impunitatem in incolumitate ejuſdem reponebant. Verum ille, ſatur, ut opinor, & bellorum, & imperii, rerumque omnino urbanarum, ruſticam poſtremo vitam adamavit.

105. Vix *Sylla abdicaverat imperium*, quum populus Romanus, jam liber a cædibus ac tyrannide, paulatim ad no-

A. U. 676. ρεπίζοντο ἑτέρας.. καὶ ὕπατοι αὐτοῖς καθίςανται, Κόϊντός τε Κάτλος, ἀπὸ τῶν Συλλείων, καὶ Λέπιδος Αἰμίλιος, ἀπὸ τῶν ἐναντίων, ἐχθίςω τε ἀλλήλοιν, καὶ εὐθὺς ἀρξαμένω διαφέρεσθαι. δῆλόν τε ἦν τι κακὸν ἕτερον ἐκ τοῦδε γενησόμενον. Σύλλας δ᾽ ἐν τοῖς ἀγροῖς ἐνύπνιον ἔδοξεν ἰδεῖν, ὅτι αὐτὸν ὁ δαίμων ἤδη καλοίη· καὶ ὁ μὲν αὐτίκα μεθ᾽ ἡμέραν τοῖς φίλοις τὸ ὄναρ ἐξειπὼν, διαθήκας συνέγραφεν ἐπειγόμενος, καὶ αὐτῆς ἡμέρας συνετέλει. σφραγισαμένῳ δ᾽ αὐτὰς, περὶ ἑσπέραν πυρετὸς ἐμπίπτει· καὶ νυκτὸς ἐτελεύτησεν, ἑξήκοντα μὲν ἔτη βιώσας, εὐτυχέςατος δ᾽ ἀνδρῶν ἔς τε τὸ τέλος αὐτὸ, καὶ ἐς τἄλλα πάντα, ὥσπερ καὶ ὠνομάζετο, γενέσθαι δοκῶν· εἰ δή τις εὐτυχίαν ἡγοῖτο, τυχεῖν ὅσων ἂν ἐθέλοι. Γίγνεται δ᾽ εὐθὺς ἐν ἄςει ςάσις ἐπ᾽ αὐτῷ, τῶν μὲν ἄγειν ἀξιούντων τὸ σῶμα διὰ τῆς Ἰταλίας ἐπὶ πομπῇ, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἐν ἀγορᾷ προτιθέναι, καὶ ταφῆς δημοσίας ἀξιοῦν· Λεπίδου δὲ καὶ τῶν ἀμφὶ Λέπιδον ἐνιςαμένων. ἐξενίκα δ᾽

*Lin. 20 ſq.* Γάϊός τε Κάτλος *Edd. cum MSS. noſtris & Cand. Verum nomen, in quo ceteri omnes Scriptores conſentiunt, reſtituendum Noſtro duxi.* *L.* 24. Ὁ Σύλλας *Reg. B.* *L.* 32. ἰθέλῃ *Aug.*

vas rurſus vergebat ſeditiones. Creatique *Conſules*, *C. Catulus*, Syllanæ factionis, *Æmilius Lepidus*, diverſarum partium, exoſi invicem infeſtique, mox inito magiſtratu diſſentire cœperunt; ut nemini non adpareret, novam cladem illaturos reipublicæ. *Sylla*, quum in ruſtico receſſu per inſomnium ſibi viſus eſſet a fato jam vocari, mox ut illuxit, enarrato amicis ſomnio, teſtamenti tabulas ſcribere cœpit eodemque die confecit. Quibus obſignatis, ſub veſperam febri correptus, ea nocte *e vita exceſſit*, quum annum exegiſſet ſexageſimum: vir, prouti cognomen ejus ferebat, & ceteris rebus omnibus, & ipſo vitæ exitu, *feliciſſimus mortalium*; ſi quidem felicitas eſt, conſequi quidquid volueris. Confeſtim autem *obitus Syllæ diſſenſionis* in Urbe *materia* fuit; aliis cenſentibus, *corpus defuncti funebri pompa deducendum* per Italiam, & Romæ in foro exponendum, *publiciſ*que *exequiis* efferendum; reclamante cum ſua factione *Lepido*. Vicit tamen *Catulus* & Sylla-

Digitized by Google

ὁ Κάτλος καὶ οἱ Σύλλειοι. Καὶ ἐφέρετο ὁ νέκυς ὁ τοῦ Σύλλα διὰ τῆς Ἰταλίας ἐς τὸ ἄστυ ἐπὶ κλίνης χρυσηλάτου, καὶ κόσμου βασιλικοῦ. σαλπιγκταί τε πολλοὶ καὶ ἱππεῖς, καὶ ἄλλος ὅμιλος ἐκ ποδὸς ὡπλισμένος εἵπετο. οἵ τε ὑποστρατευσάμενοι αὐτῷ, πανταχόθεν ἐπὶ τὴν παραπομπὴν ὡπλισμένοι συνέθεον, καὶ, ὡς ἕκαστος ἀφικνοῖτο, εὐθὺς ἐς κόσμον καθίσταντο. ἄλλο τε πλῆθος, ὅσον ἐπ' οὐδενὶ ἔργῳ, συνέτρεχεν. ἡγεῖτο δ' αὐτοῦ σημεῖα καὶ πελέκεις, ὅσοις περιὼν ἔτι καὶ ἄρχων ἐκοσμεῖτο. A. U. 676.

CVI. Ὡς δ' ἐπὶ τὸ ἄστυ ἠνέχθη, ἐσεφέρετο μετὰ πομπῆς ἐνταῦθα δὴ μάλιστα ὑπερόγκου. στέφανοί τε γὰρ δισχιλίων πλείους ἀπὸ χρυσοῦ κατὰ σπουδὴν γενόμενοι παρεφέροντο, δῶρα τῶν πόλεων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ στρατευσαμένων τελῶν, καὶ καθ' ἕνα τῶν φίλων· ἄλλη τε τῶν ἐς τὴν ταφὴν πεμφθέντων οὐ δυνατὴ φράσαι πολυτέλεια. Καὶ τὸ σῶμα, δέει τοῦ συνδραμόντος στρατοῦ, παρέπεμπον ἱερεῖς τε ἅμα πάντες καὶ ἱέρειαι, κατὰ σφᾶς αὐτῶν

*Lin. 37. Σύλλειοι edit. 1. L. 40. ὡπλισμένων Edd. Prætuli Aug. ὡπλισμένοι Regii: ſed in Reg. A. οι ab ead. man. in ος mutatum; in Reg. B. ſuperſcriptum ων. L. 51. artic. τὴν ad ταφὴν adjeci ex Aug.*

na factio. Itaque in Urbem defertur cadaver aurea lectica, ceteroque ornatu regio; præcinentibus tubis, & equitatu deducente: aliaque hos proxime ſequebatur armatorum multitudo; undique cum armis ad celebrandum funus confluentibus qui ſub eo militaverant, &, ut quiſque advenisset, in ordinem pompæ ſtatim ſeſe conferentibus. Comitabatur autem & alia hominum multitudo, quanta vix umquam ad ullam pompam confluxerat. Præferebanturque ſecures ceteraque inſignia, quibus vivens & dictaturam adhuc gerens fuerat uſus.

106. Jam ad Urbem ubi delatum eſt *Syllæ funus*, per ipſamque Urbem ductum, tum vero inprimis *plurimum ſplendoris pompæ* acceſſit. Coronæ enim aureæ præferebantur amplius bis mille, magna celeritate confectæ; dona civitatum, legionumque quibus præfuerat, & amicorum ſingulorum: aliarumque rerum ad celebrandas exequias miſſarum ineffabilis aderat magnificentia. Metu autem armatorum, qui tanto numero confluxerant, ducebant funus ſacerdotum omnium collegia,



Digitized by Google

A. U. 676.

ἑκάτεροι· καὶ ἡ βουλὴ πᾶσα, καὶ αἱ ἀρχαὶ, τὰ σφέτερα σημεῖα ἐπικείμενοι. κόσμῳ δ᾽ ἄλλῳ τὸ τῶν καλουμένων ἱππέων πλῆθος εἵπετο· καὶ ὁ στρατὸς ἐν μέρει πᾶς, ὅσος ὑπεστράτευτο αὐτῷ. συνέδραμον γὰρ σπουδῇ, τὸ ἔργον ἅπαντες ἐπειγόμενοι καταλαβεῖν, σημεῖά τε φέροντες ἐπίχρυσα, καὶ ὅπλα ἐπὶ σφίσι περιάργυρα, οἷς ἔτι νῦν ἐς τὰς πομπὰς εἰώθασι χρῆσθαι. σαλπιγκτῶν τε ἄπειρον ἦν πλῆθος, παρὰ μέρος ὑγρότατα καὶ πένθιμα μελῳδούντων. βοῇ δ᾽ ἐπευφήμουν, ἥ τε βουλὴ πρώτη, καὶ οἱ ἱππέες ἐν μέρει, εἶθ᾽ ὁ στρατὸς, εἶθ᾽ ὁ δῆμος· οἱ μὲν, τῷ ὄντι Σύλλαν ἐπιποθοῦντες, οἱ δὲ, δειμαίνοντες αὐτοῦ καὶ τότε τὸν στρατὸν καὶ τὸν νέκυν, οὐχ ἧττον ἢ περιόντος. ἔς τε γὰρ τὴν ὄψιν τῶν γιγνομένων ἀποβλέποντες, καὶ ἐς τὴν μνήμην ὧν ἔδρασεν ὁ ἀνὴρ, ἐξεπλήττοντο· καὶ ὡμολόγουν τοῖς ἐναντίοις, εὐτυχέστατον αὐτὸν ἐκείνοις γενέσθαι, καὶ σφίσι καὶ τεθνεῶτα φοβερώτατον. Ὡς δ᾽ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἔνθα δημηγοροῦσιν, ἐν ἀγορᾷ

*Lin. 55. ἄλλῳ τῷ τῶν καλουμ. Edd. Correxi ex Aug. L. 68. ἐκείνοις γεγονέναι Edd. ex Reg. A. Expreſſi Reg. B. Aug. Ven.*

ſuo quodque ornatu, Veſtaleſque; tum ſenatus univerſus & magiſtratus omnes, cum ſuis quiſque inſignibus: deinde alio ornatu equitum Romanorum ſequebatur agmen; tum ſuo ordine legiones omnes, quotquot ſub *Sylla* auſpiciis militaverant: ſummo enim ſtudio milites ſinguli, ut præſto forent, adproperaverant, ſigna geſtantes aurata, ſcutaque argento bracteata, quorum nunc quoque in pompis uſus eſt. Aderat & tubicinum infinita multitudo, per vices molliſſima carmina lugubriaque concinentium. Nec deerant fauſtæ adclamationes a Senatu exortæ, mox ab equitibus, deinde a militibus, poſtremo a plebe repetitæ: quorum alii ſerio *Syllam* deſiderabant; alii copias ejus, ipſumque mortuum non minus quam vivum, timebant: quippe quos tam præſens ſpectaculum terrebat, quam præteritorum facinorum memoria; ut facile in hoc adſentirentur adverſariis, fuiſſe eum & illis feliciſſimum, & ipſis poſt obitum etiam nunc terribilem. Pro roſtris deinde, unde ad populum orationes

Digitized by Google

προὐτέθη, τοὺς μὲν ἐπιταφίους λόγους εἶπεν ὁ κράτιστος εἰπεῖν τῶν τότε· ἐπεὶ Φαῦστος, ὁ παῖς ὁ τοῦ Σύλλα, νεώτατος ἦν ἔτι. τὸ δὲ λέχος ὑποδύντες ἀπὸ τῆς βουλῆς ἄνδρες εὔρωστοι, διεκόμιζον ἐς τὸ πεδίον τὸ Ἄρειον, ἔνθα βασιλεῖς θάπτονται μόνοι· καὶ τὸ πῦρ οἵ τε ἱππεῖς καὶ ἡ στρατιὰ περιέδραμον. Καὶ Σύλλα μὲν τοῦτο τέλος ἦν. A. U. 676.

CVII. Ἀπὸ δὲ τῆς πυρᾶς χωροῦντες εὐθὺς οἱ ὕπατοι λόγοις βλασφήμοις ἐς ἀλλήλους διεφέροντο, καὶ τὸ ἀστυκὸν ἐς αὐτοὺς διῄρητο. Λέπιδος δὲ καὶ τοὺς Ἰταλικοὺς προσποιούμενος, ἔλεγεν, ὅτι τὴν γῆν αὐτοῖς, ἣν ὁ Σύλλας ἀφῄρητο, ἀποδώσει. ἄμφω μὲν οὖν ἡ βουλὴ δείσασα, ὥρκωσε μὴ πολέμῳ διακριθῆναι. κληρωσάμενος δὲ ὁ Λέπιδος τὴν ὑπὲρ Ἄλπεις Γαλατίαν, ἐπὶ τὰ ἀρχαιρέσια οὐ κατῄει, ὡς πολεμήσων τοῖς Συλλείοις τοῦ ἐπιόντος ἔτους ὑπὲρ τὸν ὅρκον ἀδεῶς· ἐδόκουν γὰρ ἐς τὸ τῆς ἀρχῆς ἔτος ὡρκῶσθαι. οὐ λανθάνων δὲ ἐφ' οἷς ἐβούλευεν, ἐκα-

*Lin. 76. Sex verba* Καὶ Σ. μ. τ. τ. ἦν *abſunt ab Aug. & Veni nec admodum deſiderantur. L. 78 ſq.* ἀστικὸν *Edd. Correxi, ut alibi, ex Aug. L. 81. pro* ἄμφω, *dant* ἅμα *Edd. ex Reg. A.*

habentur, expoſito cadavere, laudavit *Syllam* conſcenſo ſuggeſtu vir ætatis illius eloquentiſſimus, quod *Fauſtus* filius nondum maturus eſſet. Inde robuſti aliquot ſenatores ſublatam in humeros lecticam tranſtulerunt in campum Martium, ubi ſolos reges ſepeliri moris fuerat: & circa rogum decurrerunt cum equites tum reliquus exercitus. Hujuſmodi *Sylla exitus* fuit.

107. Sed *ab exequiis* revertentes *Conſules*, confeſtim mutuis conviciis *altercati* ſunt; diviſa in eorum favorem urbana multitudine. *Lepidus* vero Italiæ etiam populos ſibi conciliaturus, ait, redditurum ſe illis agros quos Sylla ademerat. Senatus autem, ab utroque metuens reipublicæ, ambos Conſules jurejurando obſtrinxit, ne bello res controverſas decernerent. Ceterum *Lepidus*, Tranſalpinam Galliam ſortitus, non rediit ad comitia, quaſi anno ſequenti jam jurejurando ſolutus *bellum* libere *geſturus contra Syllanos*: ſic enim interpretabatur, eo ſacramento ſe non ultra tempus magiſtratus teneri. Sed quum non laterent ejus conſilia, revocatus a patribus,



Digitized by Google

A. U. 676. λεῖτο ὑπὸ τῆς βουλῆς· καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοῶν ἐφ' οἷς ἐκαλεῖτο, ᾔει μετὰ τοῦ στρατοῦ παντὸς, ὡς ἐς τὴν πόλιν εἰσελευσόμενος σὺν αὐτῷ. κωλυόμενος δὲ, ἐκήρυξεν ἐς τὰ ὅπλα χωρεῖν, καὶ ἀντεκήρυττε Κάτλος. μικρόν τε πρὸ τοῦ Αρείου πεδίου μάχης αὐτοῖς γενομένης, ἡττώμενος ὁ Λέπιδος, καὶ οὐκ ἐς πολὺ ἔτι ἀντισχὼν, ἐς Σαρδὼ διέπλευσεν, ἔνθα νόσῳ τηκεδόνι χρώμενος ἀπέθανε. καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ, μικρὰ κατὰ μέρος ἐνοχλήσας, διελύθη· τὸ δὲ κράτιστον Περπέννας ἐς Ἰβηρίαν ἤγαγε Σερτωρίῳ.

CVIII. Λοιπὸν δ' ἐστὶ τῶν Συλλείων ἔργων τὸ Σερτωρίου, γενόμενον μὲν ὀκταέτες, οὐκ εὐμαρὲς δὲ οὐδ' ἅμα Ῥωμαίοις, ἅτε μὴ πρὸς Ἴβηρας αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τόδε ἐπ' ἀλλήλους καὶ πρὸς Σερτώριον· ὃς ᾕρητο μὲν Ἰβηρίας ἄρχειν, Κάρβωνι δ' ἐπὶ Σύλλᾳ συμμαχῶν, Σύεσσαν πόλιν ἐν σπονδαῖς κατέλαβε, καὶ φεύγων, ἐπὶ τὴν 672 ſqq. στρατηγίαν ᾤχετο. καὶ στρατὸν ἔχων ἔκ τε Ἰταλίας αὐτῆς, καί τινα ἄλλον ἐκ Κελτιβήρων ἀγείρας, τούς τε πρὸ

*Lin.* 89. ἐπελευσόμενος *Aug. Ven.* *L.* 94. στρατηγὸς αὐτοῦ *mend. Reg. B. Sic Cand.* prætor ejus. *L.* 98. Ἴβηρας αὐτοῦ *Edd.* *L.* 3. ἔκ τε τῆς Ἰταλ. *Edd. ex Reg. A.* *L.* 4. καί τινα ἄλλην *Edd.*

nec ignarus cur revocaretur, adventabat cum omnibus copiis, volens in Urbem eas introducere. Verum prohibitus, ſuos per præconem jubet arma capere: idemque e diverſo facit *Catulus.* Confligitur non longe a campo Martio. *Lepidus victus*, & cedere coactus, trajecit in Sardiniam, ubi *tabe periit. Exercitus ejus*, paulisper aliis atque aliis locis infeſtus, tandem diſperſus eſt: præcipua tamen pars, *ductu Perpennæ, ad Sertorium* pervenit in Hiſpaniam.

108. Jamque ex Syllanis calamitatibus reliquum erat BELLUM SERTORIANUM: neque breve illud, per VIII quippe annos continuatum, neque vero facile aut leve Romanis, quod non tam cum Hiſpanis negotium haberent, quam rurſus cum civibus & cum ipſo Sertorio. *Sertorius*, poſt occupatam per inducias Sueſſam, quo tempore Carbonis contra Syllam fuit ſocius; *in Hiſpaniam*, quam provinciam erat ſortitus, *prætor* abierat. Ubi adjunctis ad Italicas copias Celtiberorum auxiliis, expulſiſque ſuperioribus præto-

Digitized by Google

ἑαυτοῦ στρατηγοὺς, οὐ παραδιδόντας οἱ τὴν ἀρχὴν ἐς χά- A. U.
ριν Σύλλα, τῆς Ἰβηρίας ἐξέβαλε, καὶ πρὸς Μέτελλον ἐπι-
πεμφθέντα ὑπὸ Σύλλα ἀπεμάχετο γενναίως. περιώνυμος
δὲ ὢν ἐπὶ τόλμῃ, βουλὴν κατέλεξεν ἐκ τῶν συνόντων οἱ
φίλων, τριακοσίους· καὶ τήνδε ἔλεγεν εἶναι τὴν Ῥωμαίων
βουλὴν, καὶ ἐς ὕβριν ἐκείνης, Σύγκλητον ἐκάλει. Σύλλα
δ᾽ ἀποθανόντος, καὶ Λεπίδου μετὰ Σύλλαν· στρατὸν ἔχων 677.
ἄλλον Ἰταλῶν, ὅσον αὐτῷ Περπέννας ὁ τοῦ Λεπίδου στρα-
τηγὸς ἤγαγεν, ἐπίδοξος ἦν στρατεύσειν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν·
εἰ μὴ δείσασα ἡ βουλὴ, στρατόν τε ἄλλον καὶ στρατηγὸν
ἕτερον ἐπὶ τῷ προτέρῳ Πομπήϊον ἔπεμψεν ἐς Ἰβηρίαν, νέον
μὲν ἔτι ὄντα, περιφανῆ δ᾽ ἐξ ὧν ἐπὶ Σύλλα περί τε Λι-
βύην καὶ ἐν αὐτῇ Ἰταλίᾳ κατείργαστο.

CIX. Ὁ δὲ ἐς τὰ Ἄλπεια ὄρη μετὰ φρονήματος ἀνήει,
οὐ κατὰ τὴν Ἀννίβου μεγαλουργίαν, ἑτέραν δ᾽ ἐχάρασ-
σεν ἀμφὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ τε Ῥοδανοῦ καὶ Ἠριδανοῦ· αἳ
ἀνίσχουσι μὲν ἐκ τῶν Ἀλπείων ὀρῶν οὐ μακρὰν ἀπ᾽ ἀλ-

*Lin. 6.* ἐξέβαλλε *iidem. Prætuli Aug. L.* 8. συνιόντων οἱ *Aug. non male. L.* 19. *conjunct.* δ᾽ *carent Edd. cum Reg. A. L.* 19. *Particnlam negat.* οὐ *delendam cenſuit Gelen. L.* 21. Ἀλπίων *h. l. Aug. ſed paulo ante, & deinceps, per diphthongum effert.*

ribus, qui ut Syllani nolebant provincia decedere, *Metello* quoque *a Sylla contra ſe miſſo repugnaverat* ſtrenue. Inclytum deinde nomen ex audacia conſecutus, trecentos ex amicis in conſilium adſcivit; quos, in Romanorum patrum contumeliam, *Senatum Romanum vocavit.* Tum vero defuncto Sylla, pauloque poſt Lepido, *Sertorius*, novo auctus copiarum ſupplemento, quas ex Italia *Perpenna* adduxerat, in ipſam Italiam expeditionem facturus videbatur; ni ſenatus, id veritus, in Hiſpaniam ad priorem exercitum ſubmiſiſſet cum novis copiis *Pompejum*, juvenem quidem, ſed jam clarum rebus Syllæ auſpiciis tam in Africa quam in Italia geſtis.

109. *Pompejus* magno animo Alpes transſcendit, non tanto quidem molimine, quanto uſus olim Annibal erat, ſed aliam aperiens viam, circa Rhodani Eridanique fontes; qua uterque fluvius non longo ab invicem intervallo ex Alpibus oritur, & alter qui-

Digitized by Google

A. U. λήλων, ῥεῖ δ᾽ ὁ μὲν διὰ Κελτῶν τῶν ὑπὲρ Ἄλπεις εἰς τὴν
Τυῤῥηνικὴν θάλασσαν, ὁ δὲ ἔνδοθεν τῶν Ἀλπείων, ἐπὶ
τὸν Ἰόνιον, Πάδος ἀντὶ Ἠριδανοῦ μετονομασθείς. Ἀφικο-
678. μένου δ᾽ ἐς Ἰβηρίαν, αὐτίκα ὁ Σερτώριος τέλος ὅλον, ἐπὶ
χορτολογίαν ἐξιὸν, αὐτοῖς ὑποζυγίοις καὶ θεράπουσι
συνέκοψε· καὶ Λαύρωνα πόλιν, ἐφορῶντος αὐτοῦ Πομ-
πηΐου, διήρπασε καὶ κατέσκαψεν. ἐκ δὲ τῆς πολιορκίας
γυνή τις ἐνυβρίζοντος αὐτῇ τοῦ λαβόντος παρὰ φύσιν,
τοῖς δακτύλοις ἐξέτεμε τὰς ὄψεις. καὶ ὁ Σερτώριος, τοῦ
πάθους πυθόμενος, τὴν σπεῖραν ὅλην ἀγέρωχον ἐς τὰ
τοιαῦτ᾽ εἶναι νομιζομένην, καίπερ οὖσαν Ῥωμαϊκὴν, κα-
τέκανεν. καὶ τότε μὲν χειμῶνος ἐπιόντος διέστησαν.
679. CX. Ἀρχομένου δ᾽ ἦρος ἐπῄεσαν ἀλλήλοις, Μέτελλος
μὲν καὶ Πομπήϊος, ἀπὸ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν, ἔνθα διε-
χείμαζον· Σερτώριος δὲ καὶ Περπέννας, ἐκ Λυσιτανίας.
καὶ συμβάλλουσιν ἀλλήλοις περὶ πόλιν, ᾗ ὄνομα Σού-
κρων. κτύπου δ᾽ ἐν αἰθρίᾳ φοβεροῦ καὶ ἀστραπῶν πα-

*Lin.* 26. ἐπὶ χορτολογίᾳ *Aug.* *L.* 27. Λαύρων ἀνὰ πόλιν *edit.* 1. *cum Regiis.* *L.* 37 *ſq.* Σούρων *Edd. & MSS.* Surum *Cand. Correxi mendam.*

dem per Tranſalpinam Galliam in Tuſcum effunditur mare, alter per Galliam Citeriorem in mare Superum evolvitur, *Padus* Latinis pro *Eridano* dictus. Poſtquàm autem *in Hiſpaniam Pompejus* pervenit, confeſtim ei *legionem* unam, ad pabulandum emiſſam, ſimul cum jumentis calonibuſque *Sertorius concidit*; idemque *Lauronem* urbem, inſpectante *Pompejo*, diripuit diruitque. In qua expugnatione mulier militi, vim ei contra naturam inferre conanti, oculos digitis effodit. Quo cognito, *Sertorius* integram cohortem, quamvis Romanam, id genus flagitiis infamem, morte adfecit. Et tunc quidem interventu hiemis diremti ſunt exercitus.

110. Sed ineunte vere utrimque rurſus moverunt; *Metellus et Pompejus* a Pyrenæis montibus, ubi hiemaverant; *Sertorius et Perpenna* ex Luſitania. Et *ad Sucronem* oppidum ſigna contulerunt: ubi quum ſereno cælo, inſolito more, crebra fulgura micarent cum tonitru, nihil tamen territi, ut veterani, peregerunt

ραλόγων γενομένων, τάδε μὲν ὡς ἐμπειροπόλεμοι διέφερον ἀκαταπλήκτως, πολὺν δ' ἀλλήλων φόνον ἐξειργάζοντο· μέχρι Μέτελλος μὲν Περπένναν ἐτρέψατο, καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ διήρπαζεν· ὁ δὲ Σερτώριος ἐνίκα Πομπήϊον, καὶ ἐτρώθη δόρατι ἐς τὸν μηρὸν ἐπικινδύνως ὁ Πομπήϊος. καὶ τοῦτο τέλος ἐγένετο τῆς τότε μάχης. Ἔλαφος δ' ἦν λευκὴ χειροήθης τῷ Σερτωρίῳ καὶ ἄνετος· ἧς ἀφανοῦς γενομένης, ὁ Σερτώριος οὐκ αἴσιον ἑαυτῷ τιθέμενος, ἐβαρυθύμει τε καὶ ἐπ' ἀργίας ἦν, καὶ ταῦτ' ἐπιτωθαζόμενος ἐς τὴν ἔλαφον ὑπὸ τῶν πολεμίων. ὡς δ' ὤφθη διὰ δρυμῶν δρόμῳ φερομένη, ἀνά τε ἔδραμεν ὁ Σερτώριος, καὶ εὐθὺς, ὥσπερ αὐτῇ προκαταρχόμενος, ἠκροβολίσατο ἐς τοὺς πολεμίους. οὐ πολὺ δὲ ὕστερον ἀγῶνα μέγαν ἠγωνίσατο περὶ Σαγουντίαν, ἐκ μεσημβρίας ἐπὶ ἄστρα. καὶ αὐτὸς μὲν ἱππομαχῶν ἐκράτει τοῦ Πομπηΐου, καὶ ἔκτεινεν ἐς ἑξακισχιλίους, ἀποβαλὼν ἐς ἡμίσεας· Μέτελλος δὲ καὶ τότε Περπέννα περὶ πεντακισχιλίους διέφθειρε. καὶ ὁ Σερτώριος μετὰ τὴν μάχην τῆς ἐπιούσης

A. U. 679.

*Lin. 44.* τέλος γέγονε *Edd. Secutus ſum Aug. Ven. L. 52.* Μογοντίαν *mend. Regii, Aug. Ven.* circa Saguntum *Cand. Rectius fortaſſe fuerit* Σεγοντίαν. *L. 54.* ἐς *ante* ἑξακισχιλ. *caret Aug.*

rem, magnamque cædem utrimque ediderunt: donec *Metellus Perpennam in fugam vertit* caſtriſque exuit; in altero vero cornu *Sertorius Pompejum* haſta in femore periculoſe ſauciatum profligavit, eventu totius pugnæ ancipiti. Erat *Sertorio candida cerva*, manſueta & libere vagari ſolita: quæ quum nuſquam compareret, imperator, ominoſum id ratus, æger animi, ceſſabat ab armis, neque ipſorum hoſtium ſuper *cerva* cavillationes curabat. Ut vero animadvertit adcurrentem e nemoribus, ipſe quoque proſiliit; &, velut cervæ auſpicia ſecutus, cœpit hoſtem velitatione laceſſere. Nec multo poſt magno prælio certatum eſt *ad Seguntiam*, a meridie in noctem uſque. Ubi ex equo pugnans *Sertorius vicit Pompejum*, cæſis hoſtium ſex millibus, deſiderato ſuorum dimidio fere numero. *Metellus* vero tunc quoque ex *Perpennæ* militibus ad quinque millia ſtravit. Poſtridie ejus diei *Sertorius*, adſumtis multis barbaris, ver-

Digitized by Google

A. U. ἡμέρας πολλοὺς βαρβάρους προσλαβὼν, ἐπέδραμεν ἀδο-
679. κήτως τῷ Μετέλλου στρατοπέδῳ περὶ δείλην ἑσπέραν, ὡς ἀποταφρεύσων αὐτὸ σὺν τόλμῃ· Πομπηΐου δὲ ἐπιδραμόντος, ἐπαύσατο τῆς καταφρονήσεως. καὶ τάδε μὲν αὐτοῖς ἦν τοῦδε τοῦ θέρους ἔργα, καὶ πάλιν ἐς χειμασίαν διεκρίθησαν.

680. CXI. Τοῦ δὲ ἐπιόντος ἔτους, ἕκτης ἑβδομηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος οὔσης, δύο μὲν ἐκ διαθηκῶν ἔθνη Ῥωμαίοις προσεγίγνετο· Βιθυνία τε, Νικομήδους ἀπολιπόντος· καὶ Κυρήνη, Πτολεμαίου τοῦ Λαγίδου βασιλέως, ὃς ἐπίκλησιν ἦν Ἀπίων. Πόλεμοι δὲ ἤκμαζον, οὗτός τε ὁ Σερτωρίου περὶ Ἰβηρίαν, καὶ ὁ Μιθριδάτου περὶ τὴν ἀνατολήν· καὶ ὁ τῶν λῃστῶν, ἐν ὅλῃ τῇ θαλάσσῃ· καὶ περὶ Κρήτην, πρὸς αὐτοὺς Κρῆτας, ἕτερος· καὶ ὁ τῶν μονομάχων ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν, αἰφνίδιος αὐτοῖς καὶ ὅδε καὶ σφοδρὸς ὁμοῦ γενόμενος. Διαιρούμενοι δὲ ἐς τοσαῦτα, ὅμως καὶ ἐς Ἰβηρίαν ἔπεμψαν ἄλλα στρατοῦ δύο τέλη· μεθ' ὧν ἅμα τῷ ἄλλῳ παντὶ Μέτελλός τε καὶ Πομπήϊος αὖθις ἀπὸ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν ἐπὶ τὸν Ἴβηρα κατέβαινον· Σερ-

*Lin.* 59. ἀπεταφρ. αὐτῷ *Edd. Correxi ex Aug.* *L.* 61. μὲν ἦν αὐτοῖς *Edd. ex Reg. A.* *L.* 63. ἐκ τῆς ἑβδομ. *Edd. ex Reg. A.*

gente jam in veſperam die, ex improviſo in caſtra *Metelli* fecit impetum, foſſa valloque ea cincturus, ni *Pompejus* ſuccurrens fregiſſet ejus audaciam. Inter hos conatus elapſa æſtate, in hiberna rurſus diſceſſum eſt.

111. Sequenti anno, Olympiade CLXXVI, populus Romanus duabus provinciis ex teſtamentis regum auctus eſt; *Bithyniam Nicomede* relinquente; *Cyrenen Ptolemæo*, ex Lagidarum gente, cui *Apioni* cognomen fuerat. Sed *bella* ſimul *omni ex parte vigebant*: in Hiſpania hoc *Sertorianum:* in oriente *Mithridaticum:* toto mari *Piraticum:* circa Cretam *cum* ipſis *Cretenſibus* aliud: in Italia *bellum gladiatorum*, repentinum ac difficile. Tot negotiis diſtracti Romani, tamen *in Hiſpaniam* ad priorem exercitum *miſerunt alias* duas *legiones*. Quibus cum priori omni exercitu conjunctis, *Metellus Pompejuſ*que rurſum a Pyrenæo deſcenderunt ad Iberum, occurrente *Sertorio* cum *Per-*

Digitized by Google

τώριος δὲ καὶ Περπέννας αὐτοῖς ἀπήντων ἀπὸ Λυσιτανίας. καὶ τότε μάλιστα πολλοὶ Σερτωρίου πρὸς τὸν Μέτελλον ηὐτομόλουν. A. U. 680.

CXII. Ἐφ' ᾧ χαλεπαίνων ὁ Σερτώριος, ἀγρίως καὶ βαρβαρικῶς ἐλυμαίνετο πολλοῖς, καὶ διὰ μίσους ἐγίγνετο. μᾶλλον δ' αὐτὸν ὁ στρατὸς ἐν αἰτίαις εἶχεν, ἐπεὶ καὶ δορυφόρους ἀντ' αὐτῶν ἐπήγετο πανταχοῦ Κελτίβηρας, καὶ τὴν φυλακὴν τοῦ σώματος, Ῥωμαίους ἀπελάσας, τοῖσδε ἀντ' ἐκείνων ἐπέτρεπεν. οὐ γὰρ ἔφερον ἐς ἀπιστίαν ὀνειδιζόμενοι, εἰ καὶ πολεμίῳ Ῥωμαίων ἐστρατεύοντο. ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ μάλιστα ὑπέδακνεν αὐτούς, τὸ, ἀπίστους ἐς τὴν πατρίδα διὰ τὸν Σερτώριον γενομένους, ἀπιστεῖσθαι καὶ πρὸς αὐτοῦ· οὐδ' ἠξίουν διὰ τοὺς αὐτομολήσαντας οἱ παραμένοντες κατεγνῶσθαι. πολλὰ δὲ καὶ οἱ Κελτίβηρες αὐτοῖς, ἀφορμῆς λαβόμενοι, ἐνύβριζον ὡς ἀπιστουμένοις. οἱ δ' οὐ τελέως ὅμως τὸν Σερτώριον ἀπεστρέφοντο, διὰ τὰς χρείας. οὐ γὰρ ἦν τότε τοῦ ἀνδρὸς οὔτε πολεμικώτερος ἄλλος, οὔτ' ἐπιτυχέστερος. ὅθεν αὐτὸν καὶ οἱ Κελ-

L. 76. Σερτώριός τε *Edd. prætuli Reg. B. Aug.*

*penna* e Luſitania. Et eo potiſſimum tempore multi Sertoriani ad Metellum transfugiebant.

112. Quo exaſperatus *Sertorius*, multos barbarica ſævitia tractare cœpit, ac ea re *in odium ſuorum incurrit.* Sed hoc præcipue culpabat exercitus, quod, ſemotis a cuſtodia corporis Romanis, Celtiberico ſatellitio, ubicumque eſſet, ſtiparetur; malens his, quam illis, ſalutem ſuam committere. Non enim ferebant milites, exprobrari ſibi perfidiam, quamvis ſub hoſte populi Romani ſtipendia facerent. Imo hoc ipſum maxime eos dolebat, quod fides ſibi non haberetur ab eo, propter quem perfidi adverſus patriam exſtitiſſent: neque æquum putabant, ſe, qui in officio permanerent, damnari propter transfugas. Huc accedebat, quod Celtiberi eos per hanc occaſionem, tamquam fide caſſos, multis injuriis contumeliiſque adficiebant. Attamen non omnino a *Sertorio* alienati ſunt milites, propter commoda quæ ex ejus militia capiebant. Nec enim alius dux illa ætate vel felicior fuit, vel rei militaris peritior. Quare

A. U. 680. τίϐηρες διὰ τὴν ταχυεργίαν ἐκάλουν Αννίϐαν, ὃν θρασύτατόν τε καὶ ἀπατηλότατον στρατηγὸν παρὰ σφίσιν ἐδόκουν γενέσθαι. ὁ μὲν δὴ στρατὸς ὧδε εἶχε Σερτωρίῳ. Πόλεις δ' αὐτοῦ πολλὰς ἐπέτρεχον οἱ περὶ τὸν Μέτελλον, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐς τὰ ὑπήκοα σφίσι μετῆγον. Παλλαντίαν δὲ Πομπηίου περικαθημένου, καὶ τὰ τείχη ξύλων κορμοῖς ὑποκρεμάσαντος, ἐπιφανεὶς ὁ Σερτώριος τὴν μὲν πολιορκίαν ἐξέλυσε· τὰ τείχη δ' ἔφθασεν ὑποκαύσας ὁ Πομπήιος, καὶ ἐς Μέτελλον ἀνεχώρει. Σερτώριος δὲ καὶ τὰ πεσόντα ἤγειρε, καὶ τοῖς περί τι χωρίον Καλάγυρον στρατοπεδεύουσιν ἐπιδραμὼν, ἔκτεινε τρισχιλίους. Καὶ τάδε ἦν καὶ τοῦδε τοῦ ἔτους ἐν Ἰϐηρίᾳ.

681. CXIII. Τοῦ δ' ἐπιόντος, οἱ στρατηγοὶ Ῥωμαίων, μᾶλλόν τι θαῤῥήσαντες, ἐπῄεσαν ταῖς πόλεσι ταῖς ὑπὸ Σερτωρίῳ σὺν καταφρονήσει, καὶ πολλὰ αὐτοῦ περιέσπων, καὶ ἑτέροις ἐπέϐαινον, ἐπαιρόμενοι τοῖς ἀπαντωμένοις. οὐ μέντοι

μέντοι

*Lin. 98.* Παλαντίαν *Edd. & h. l. MSS.* *L. 4.* Καλλάγυρον *Regii, Aug. Rectius ſcriberetur* Καλάγυρις. *L. 10.* τοῖς ἀπατωμένοις *Edd. MSS. Cand.* πρατλομένοις *propoſuit Muſgr. Mihi leviori mutatione ſanari adfecta vox poſſe viſa eſt.*

etiam Celtiberi, ob efficacem viri induſtriam, *Annibalem* eum vocare conſueverant; quem omnium audaciſſimum ac verſutiſſimum imperatorem in iis terris fuiſſe arbitrabantur. Sic adfecto Sertoriano exercitu, *Metellus* interim multa paſſim *Sertorii* oppida ex incurſione cepit, & homines inde in regionem ſibi ſubjectam abduxit. *Pompejus* vero *Pallantiam* obſidens, ſuffoſſa mœnia ſubditis ſtipitibus ſuſpenderat, quum Sertorii ſuperventu oppugnatio ſoluta eſt; & oppugnatores, ſuccenſis tamen prius mœnibus, ad Metellum ſeſe receperunt. *Sertorius*, reparata mœnium parte quæ corruerat, hoſtilem exercitum, circa *Calagurim* caſtra metatum, adortus, tria hoſtium millia interfecit. Ac per has res hic quoque annus in Hiſpania exactus eſt.

113. Redeunte vere, Romanorum duces, jam audaciores, contemtim invaſerunt civitates *Sertorio* ſubditas; & ſatis acciſis ejus rebus, elati ſucceſſu, ulterius ſemper progrediebantur. Nuſquam tamen

men

Digitized by Google

μέντοι μεγάλῃ γε μάχῃ συνηνέχθησαν, ἀλλ᾽ αὖθις - - -. A. U. 682.
Μέχρι τοῦ ἑξῆς ἔτους αὐτοὶ μὲν αὖθις ἐπῄεσαν, σὺν πλέονι μᾶλλον καταφρονήσει· ὁ δὲ Σερτώριος, βλάπτοντος ἤδη θεοῦ, τὸν μὲν ἐπὶ τοῖς πράγμασι πόνον ἑκὼν μεθίει, τὰ πολλὰ δ᾽ ἦν ἐπὶ τρυφῆς, γυναιξὶ καὶ κώμοις καὶ πότοις σχολάζων. ὅθεν ἡττᾶτο συνεχῶς. καὶ γεγένητο ὀργήν τε ἄκρος, δι᾽ ὑπονοίας ποικίλας, καὶ ὠμότατος ἐς κόλασιν, καὶ ὑπόπτης ἐς ἅπαντας· ὥστε καὶ Περπένναν, τὸν ἐκ τῆς Αἰμιλίου στάσεως ἑκόντα πρὸς αὐτὸν ἐλθόντα μετὰ πολλοῦ στρατοῦ, δεῖσαι περὶ ἑαυτοῦ, καὶ προεπιβουλεῦσαι μετὰ ἀνδρῶν δέκα. Ὡς δὲ καὶ τῶνδέ τινες τῶν ἀνδρῶν ἐνδειχθέντες, οἱ μὲν ἐκολάσθησαν, οἱ δ᾽ ἀπέφυγον· ὁ Περπέννας παρὰ δόξαν λαθὼν, ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τὸ ἔργον ἠπείγετο. καὶ οὐδαμοῦ τὸν Σερτώριον μεθιέντα τοὺς δορυφόρους, ἐπὶ ἑστίασιν ἐκάλει· μεθύσας δ᾽

*Lin.* II. *poſt verba* ἀλλ᾽ αὖθις *intercidiſſe nonnulla, ſatis, opinor, adparet. Itaque lacunam nolui diſſimulare.*

men magno prælio certatum eſt, ſed rurſus * *. Denique anno inſequenti, Romani majori denuo vi atque contemtu in hoſtem incurrebant; & *Sertorius* contra, mentem jam pervertente deo, multo ad labores remiſſior, mulierum conſuetudini & potui comeſſationibuſque ſe dedere cœpit. Quo factum eſt, ut numquam non inferior e conflictu diſcederet. Simul autem efferebatur iracundia ob varias ſuſpiciones, & in puniendo erat crudeliſſimus, neminique amplius fidebat. Quibus rebus commotus *Perpenna*, qui ex Lepidi factione ultro ad eum cum non modicis copiis acceſſerat, quum jam & ſibi ipſi timendum eſſe cenſeret, *conatus* eſt *inſidiis Sertorium occupare*, decem viris in conſilii communionem adſcitis. Ex quibus poſtquam nonnulli, facto conjurationis indicio, ſupplicio ſunt adfecti, aliique fuga elapſi; *Perpenna*, præter ſpem non deprehenſus, tanto magis maturandum ſibi negotium putavit. Itaque *Sertorium*, quum nuſquam abſque ſatellitio eſſet, ad amicorum convivium invitat, & vino una cum ſtipatoribus bene ma-

A. U. 682. αὐτόν τε καὶ τὴν περιεστῶσαν τῶν ἀνδρῶν φυλακὴν, ἔκτειγεν ἀπὸ τῆς διαίτης.

CXIV. Καὶ ὁ στρατὸς εὐθὺς ἐπὶ τὸν Περπένναν ἀνίστατο σὺν θορύβῳ τε πολλῷ καὶ μετ᾽ ὀργῆς, ἐς εὔνοιαν αὐτίκα τοῦ Σερτωρίου μεταβάλλοντες ἀπὸ τοῦ μίσους· ὥσπερ ἅπαντες ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσι τὴν μὲν ὀργὴν μεθιᾶσιν, οὐκ ἐμποδὼν ἔτι τοῦ λυποῦντος ὄντος, ἐς δὲ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν μετ᾽ ἐλέου καὶ μνήμης ἐπανίασι. τότε δὲ καὶ τὰ παρόντα σφίσιν ἐκλογιζόμενοι, Περπέννα μὲν, ὡς ἰδιώτου, κατεφρόνουν· τὴν δ᾽ ἀρετὴν Σερτωρίου μόνην ἂν σφίσιν ἡγούμενοι γενέσθαι σωτήριον, χαλεπῶς ἐς τὸν Περπένναν διετίθεντο αὐτοί τε καὶ οἱ βάρβαροι σὺν αὐτοῖς· μάλιστα δὲ τούτων Λυσιτανοὶ, ὅσῳ καὶ μάλιστα αὐτοῖς ὁ Σερτώριος ἐχρῆτο. Ὡς δὲ καὶ τῶν διαθηκῶν ἀνοιχθεισῶν τῶν Σερτωρίου ὁ Περπέννας αὐταῖς ἐνεγέγραπτο ἐπὶ τῷ κλήρῳ, μᾶλλόν τι πάντας ὀργὴ καὶ μῖσος ἐς τὸν Περπένναν ἐσῄει, ὡς οὐκ ἐς ἄρχοντα μόνον ἢ στρατηγὸν, ἀλλὰ καὶ ἐς φίλον καὶ εὐεργέτην, τοσόνδε μῦσος ἐργασάμενον. καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ χειρῶν ἀπέσχοντο, εἰ μὴ περιδέων

*Lin. 27. Adſentior Muſgravio, ἐπὶ τῆς διαίτης legenti. L. 29. τε poſt θορύβῳ adjeci ex Aug. L. 32. ἐμποδὼν edit. 2. oper. err. edit. 3.*

defactum *inter cœnam obtruncat.*

114. Moxque milites, ira accenſi, acriter tumultuabantur contra parricidam, odio Sertorii in benevolentiam verſo: ut *ſolet ira ſedari poſt interitum eorum qui læſerant*, moleſtia ſublata, & per miſerationem revocata deſideratæ virtutis memoria. Huc accedebat & præſentis periculi reputatio, in quo *Perpennam*, tamquam privatum contemnebant, &, ab unius *Sertorii fortitudine* ſalutem pependiſſe ſuam, ſibi perſuadebant. Quo major erat tam ipſorum Romanorum *militum*, quam barbarorum, *adverſus Perpennam indignatio.* Et Luſitanorum præcipue ira eminebat, quorum maxime opera imperator uſus erat. Ut vero, *teſtamento Sertorii* aperto, homicidam inter hæredes adſcriptum fuiſſe adparuit; immenſum quantum crevit facinoris invidia, perpetrati non ſolum in imperatorem, verum in amicum etiam optime de parricida meritum. Nec temperaſſent manibus; ni *Per-*

αὐτοὺς ὁ Περπέννας, τοὺς μὲν δώροις ὑπηγάγετο, τοὺς δ' ὑποσχέσεσι· τοὺς δ' ἀπειλαῖς ἐξεφόβησε· τοὺς δὲ καὶ διεχρήσατο, ἐς κατάπληξιν ἑτέρων. ἐπί τε τὰ πλήθη παρερχόμενος ἐδημαγώγει, καὶ τοὺς δεσμώτας αὐτῶν ἔλυεν, οὓς ὁ Σερτώριος κατέδησε· καὶ τοῖς Ἴβηρσι τὰ ὅμηρα ἀπέλυεν. Οἷς ὑπαχθέντες, ὑπήκουον μὲν ὡς στρατηγῷ· (τὸ γὰρ δὴ μετὰ Σερτώριον εἶχεν ἀξίωμα·) οὐ μέν τοι χωρὶς δυσμενείας οὐδὲ τότε ἐγίγνοντο. καὶ γὰρ ὠμότατος αὐτίκα ἐς κολάσεις θαρρήσας ἐφαίνετο, καὶ τῶν ἐκ Ῥώμης αὐτῷ συμφυγόντων ἐπιφανῶν ἔκτεινε τρεῖς, καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν ἑαυτοῦ. A. U. 682.

CXV. Ὡς δὲ ἐφ' ἕτερα τῆς Ἰβηρίας ὁ Μέτελλος ᾤχετο (οὐ γὰρ ἔτι δυσχερὲς ἐδόκει, Περπένναν ἐπιτρέψαι μόνῳ Πομπηΐῳ) ἐπὶ μέν τινας ἡμέρας ἐγίγνοντο ἀψιμαχίαι καὶ ἀπόπειραι Πομπηΐου καὶ Περπέννα, μὴ σαλευόντων ἄθρουν τὸν στρατόν· τῇ δεκάτῃ δὲ ἀγὼν αὐτοῖς μέγιστος ἐξερράγη. ἐνὶ γὰρ ἔργῳ κρίναντες διακριθῆναι, Πομπήϊος μὲν τῆς Περπέννα στρατηγίας κατεφρόνει, Περπέννας δ'

*Lin.* 47. ἐπεί τε *edit.* 1. *L.* 58. ἀψιμαχία *Aug.*

*penna*, obeundo ſingulos, muneribus alios, alios pollicitationibus placaſſet, ferocioreſque terruiſſet minis, ac nonnullos etiam manu ſua confodiſſet ad timorem injiciendum ceteris. Quin & populos obibat concionabundus, & gratiam captando ſolvebat quotquot Sertorius in vincula conjecerat, dimiſſis & obſidibus Hiſpanorum. Quibus rebus deliniti, parebant quidem *Perpennæ*, ut proprætori, & *ſucceſſori Sertorii*; attamen ne tunc quidem perpacatis animis. Nam & continuo, ſumta fiducia, *Perpenna* ſumma crudelitate uti in puniendo cœpit, & tres nobiles viros qui Romа ad eum confugerant, occidit, & præter hos ſuum ex fratre nepotem.

115. *Metello* autem in diverſam *Hiſpaniæ* partem digreſſo, quippe qui jam facile judicabat *Perpennæ Pompejum* ſolum opponere; per aliquot dies hi duo velitationibus periculum virium fecerunt, immotis integris exercitibus: decimo vero die magnum *prælium commiſſum* eſt. Conſtituerunt enim, ſemel armis decernere; *Pompejus* quidem, Perpennam imperatorem

A. U. 682. ὡς οὐ πιστῷ χρησόμενος ἐς πολὺ τῷ στρατῷ, πάσῃ σχεδὸν τῇ δυνάμει συνεπλέκετο. ταχὺ δὲ ὁ Πομπήϊος περιῆν, ὡς οὔτε στρατηγοῦ διαφέροντος, οὔτε προθύμου στρατοῦ. καὶ τροπῆς πάντων ὁμαλοῦς γενομένης, ὁ μὲν Περπέννας ὑπὸ θάμνῳ πόας ἐκρύφθη, δεδιὼς τοὺς οἰκείους μᾶλλον τῶν πολεμίων. λαβόντες δὲ αὐτὸν ἱππεῖς τινες εἷλκον ἐς τὸν Πομπήϊον, ἐπιβλασφημούμενον ὑπὸ τῶν ἰδίων, ὡς αὐθέντην Σερτωρίου· καὶ βοῶντα, πολλὰ μηνύσειν τῷ Πομπηΐῳ περὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ στάσεως. (ἔλεγε δὲ, εἴτε ἀληθεύων, εἴθ' ἵνα σῶος ἀχθείη πρὸς αὐτόν.) Ὁ δὲ, προπέμψας, ἀπέκτεινεν αὐτὸν πρὶν ἐς ὄψιν ἐλθεῖν· δείσας ἄρα, μή τι μηνύσειεν ἀδόκητον, καὶ ἑτέρων ἀρχὴ κακῶν ἐν Ῥώμῃ γένοιτο. καὶ ἔδοξεν ἐμφρόνως πάνυ τοῦθ' ὁ Πομπήϊος πρᾶξαι, καὶ συνετέλεσεν αὐτῷ καὶ τόδε ἐς δόξαν ἀγαθήν. Τέλος δὲ ἦν τοῦτο τῷ περὶ Ἰβηρίαν πολέμῳ, τὸ καὶ Σερτωρίῳ τοῦ βίου γενόμενον. δοκεῖ γὰρ οὐκ

*Lin.* 63. ἐπὶ πολὺ *Edd.* ἐπιπολὺ *Reg. B.* ἐς πολὺ *ded. Aug.* *L.* 66. ὁμαλοῦ *Edd. ex Reg. A.* *Bene Reg. B. cum Aug.* *L.* 75. εὐφρόνως *Edd. prætuli Aug.* *L.* 77. τῶν περὶ Ἰβηρ. πολέμων *Edd. ex Reg. A. in quo tamen & ipſo duæ ν finales ab eadem manu rurſus deletæ ſunt.*

præ ſe contemnens; *Perpenna* autem, ſuos non diu manſuros in officio ratus, adeoque conferre ſigna properans. Et quamquam univerſas pæne copias ſuas in aciem Perpenna eduxerat; brevi tamen *Pompejus* fit *ſuperior*, ut qui rem habebat cum vulgari duce ſegnique exercitu. Itaque omnibus in fugam effuſis, *Perpenna* in virgultum ſe abdidit, ſuorum metu non minus quam hoſtium: quem deprehenſum equites nonnulli retraxerunt, a ſuis etiam militibus impetitum conviciis ut homicidam Sertorii; vociferantemque, *habere ſe multa Pompejo indicanda, ad ſeditiones urbanas pertinentia*, ſive vere id dixerit, ſive finxerit, ut ſalvus ad eum perduceretur. Sed *Pompejus*, priuſquam in conſpectum veniret, *juſſit occidi* hominem; veritus, ne novum aliquid indicans, novarum calamitatum populo Romano auctor fieret: quod prudenter utique factum, multum ad Pompeji laudem contulit. Atque ita *belli Hiſpanienſis* idem, qui *vitæ Sertorii*, *finis* fuit: qui ſi diutius vixiſſet, nec

Digitized by Google

ἂν οὔτε ὀξέως οὔτε εὐμαρῶς οὕτως, ἔτι Σερτωρίου περιόντος, συντελεσθῆναι. A. U.

CXVI. Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου, περὶ τὴν Ἰταλίαν μονομάχων ἐς θέας ἐν Καπύῃ τρεφομένων, Σπάρτακος, Θρᾲξ ἀνὴρ, ἐστρατευμένος ποτὲ Ῥωμαίοις, ἐκ δὲ αἰχμαλωσίας καὶ πράσεως ἐν τοῖς μονομάχοις ὢν, ἔπεισεν αὐτῶν ἐς ἑβδομήκοντα ἄνδρας μάλιστα, κινδυνεῦσαι περὶ ἐλευθερίας μᾶλλον, ἢ θέας ἐπιδείξεως. καὶ βιασάμενος σὺν αὐτοῖς τοὺς φυλάσσοντας, ἐξέδραμε· καί τινων ὁδοιπόρων ξύλοις καὶ ξιφιδίοις ὁπλισάμενος, ἐς τὸ Βέσβιον ὄρος ἀνέφυγεν· ἔνθα πολλοὺς ἀποδιδράσκοντας οἰκέτας, καί τινας ἐλευθέρους ἐκ τῶν ἀγρῶν, ὑποδεχόμενος, ἐλῄστευε τὰ ἐγγὺς, ὑποστρατήγους ἔχων Οἰνόμαόν τε καὶ Κρίξον μονομάχους. μεριζομένῳ δ' αὐτῷ τὰ κέρδη κατ' ἰσομοιρίαν, ταχὺ πλῆθος ἦν ἀνδρῶν. Καὶ πρῶτος ἐπ' αὐτὸν ἐκπεμφθεὶς Οὐαρίνιος Γλάβρος, ἐπὶ δ' ἐκείνῳ Πόπλιος Οὐαλέριος, οὐ πολιτικὴν στρατιὰν ἄγοντες, ἀλλ' ὅσους ἐν σπουδῇ καὶ παρόδῳ συνέλεξαν, (οὐ γάρ πω Ῥω- 681.

*Lin. 84. καὶ πράξεως edit. 1. Aug. Ibid. ſq. ἔπεισεν αὐτὸν edit. 1. L. 85. ἐς, ad ἑβδομ. adjeci ex Aug. L. 88. ὁπλισάμενος Edd. prætuli Aug. Ven. L. 89. ἐξέφυγεν Edd. ex Reg. A.*

tam cito, nec tam facile, bellum hoc confectum fuiſſet.

116. Per idem tempus in Italia SPARTACUS, genere Thrax, Romanam quondam militiam ſecutus, tunc vero ex captivo *gladiator*, *Capuæ* in ludo gladiatorio incluſus, circiter ſeptuaginta ejuſdem conditionis hominibus perſuaſit, ut pro ſua potius libertate, quam pro voluptate ſpectatorum, dimicarent. Qui, per vim repulſis cuſtodibus, *Spartaco* duce, ex ludo profugiunt; armatique fuſtibus & gladiis, quos viatoribus quibuſdam eripuerant, *Veſuvium* montem conſcendunt. Ibi multis fugitivis, nonnullis etiam ingenuis, qui ex agris adfluebant, in ſocietatem receptis; vicina loca latrociniis infeſtare *Spartacus* cœpit, præfectis minoribus utens *Oenomao Crixoque gladiatoribus*: quumque ex æquo ſemper divideret prædas, brevi magnam contraxit hominum multitudinem. Contra quem miſſi, *Varinius Glaber* primum, mox *P. Valerius*, non cum juſtis exercitibus, ſed obiter & ſubito collecto milite, (adhuc enim Romani latroci-

A. U. 681. μαῖοι πόλεμον, ἀλλ' ἐπιδρομήν τινα, καὶ λῃστηρίῳ τὸ ἔργον ὅμοιον, ἡγοῦντο εἶναι) συμβαλόντες ἡττῶντο· Οὐαρινίου δὲ καὶ τὸν ἵππον αὐτὸς Σπάρτακος περιέσπασε. παρὰ τοσοῦτον ἦλθε κινδύνου Ῥωμαίων ὁ στρατηγὸς, αὐτὸς αἰχμάλωτος ὑπὸ μονομάχου γενέσθαι. Μετὰ δὲ τοῦτο Σπαρτάκῳ μὲν ἔτι μᾶλλον πολλοὶ συνέθεον, καὶ ἑπτὰ μυριάδες ἦσαν ἤδη στρατοῦ, καὶ ὅπλα ἐχάλκευε, καὶ παρασκευὴν συνέλεγεν.

682. CXVII. Οἱ δ' ἐν ἄστει τοὺς ὑπάτους ἐξέπεμπον μετὰ δύο τελῶν, καὶ τούτων ὑπὸ μὲν θατέρου Κρίξος, ἡγούμενος τρισμυρίων ἀνδρῶν, περὶ τὸ Γάργανον ὄρος ἡττᾶτο, καὶ δύο μέρη τοῦ στρατοῦ καὶ αὐτὸς συναπώλετο αὐτοῖς. Σπάρτακον δὲ, διὰ τῶν Απεννίνων ὀρῶν ἐπὶ τὰ Ἄλπεια καὶ ἐς Κελτοὺς ἀπὸ τῶν Ἀλπείων ἐπειγόμενον, ὁ ἕτερος ὕπατος προλαβὼν, ἐκώλυε τῆς φυγῆς, καὶ ὁ ἕτερος ἐδίωκεν. ὁ δὲ, ἐφ' ἑκάτερον αὐτῶν ἐπιστρεφόμενος, παρὰ μέρος ἐνίκα· καὶ οἱ μὲν σὺν θορύβῳ τὸ ἀπὸ τοῦδε ὑπεχώρουν. Ὁ δὲ Σπάρτακος, τριακοσίους Ῥωμαίων αἰχμαλώτους ἐναγίσας Κρίξῳ, δυώδεκα μυ-

*Lin.* 98. συμβάλλοντες *Reg. B.* *L.* 5. ἀνέλεγεν *Edd.* *L.* 14 *ſq.* τοαποτοῦδε *Aug. una voce, ut ſolet in hujuſmodi.* *L.* 16. δυόδεκα *Edd. ex Reg. A.* δώδεκα *Reg. B.* διώδεκα, *ut interdum alibi, Aug. mend. pro* δυώδεκα.

nium hoc, non bellum, exiſtimabant) parum proſpere pugnaverunt. *Varinii* equo etiam *Spartacus* potitus eſt: tantillum abfuit, quin prætor Romanus a gladiatore caperetur. Victorque majori jam concurſu celebrabatur; ita ut præſto haberet virorum ſeptuaginta millia, arma fabricaret, magnos adparatus faceret,

117. Tandem ex Urbe mittuntur *Conſules contra Gladiatores*, cum duabus legionibus: a quorum altero *Crixus* ad Garganum montem cum triginta millibus prælio ſuperatus cecidit, vix tertia exercitus ſui parte ſuperſtite. *Spartaco*, per Apenninum ad Alpes & inde porro in Galliam properanti, alter conſul prævento præcluſit iter, tergis hærente altero. Sed ille utrumque in vicem adgreſſus, non ſine clade repulit: quibus trepide fugientibus, victor *Spartacus, mactatis trecentis* Romani nominis *captivis*, *parentavit Crixi manibus*; & auctus ad

μάσι πεζῶν ἐς Ῥώμην ἠπείγετο, τὰ ἄχρηστα τῶν σκευῶν κατακαύσας, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους πάντας ἀνελὼν, καὶ ἐπισφάξας τὰ ὑποζύγια, ἵνα κοῦφος εἴη· αὐτομόλων τε πολλῶν αὐτῷ προσιόντων οὐδένα προσίετο. καὶ τῶν ὑπάτων αὐτὸν αὖθις περὶ τὴν Πικηνῖτιδα γῆν ὑποστάντων, μέγας ἀγὼν ἕτερος ὅδε γίγνεται, καὶ μεγάλη καὶ τότε ἧσσα Ῥωμαίων. ὁ δὲ τῆς μὲν ἐς Ῥώμην ὁδοῦ μετέγνω, ὡς οὔπω γεγονὼς ἀξιόμαχος, οὐδὲ τὸν στρατὸν ὅλον ἔχων στρατιωτικῶς ὡπλισμένον· (οὐ γάρ τις αὐτοῖς συνεστράτευε πόλις, ἀλλὰ θεράποντες ἦσαν καὶ αὐτόμολοι καὶ σύγκλυδες.) τὰ δ᾽ ὄρη τὰ περὶ Θουρίους καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν κατέλαβε, καὶ χρυσὸν μὲν ἢ ἄργυρον τοὺς ἐμπόρους ἐσφέρειν ἐκώλυε, καὶ κεκτῆσθαι τοὺς ἑαυτοῦ· μόνον δὲ σίδηρον καὶ χαλκὸν ὠνοῦντο πολλοῦ, καὶ τοὺς ἐσφέροντας οὐκ ἠδίκουν. ὅθεν ἀθρόας ὕλης εὐπορήσαντες, εὖ παρεσκευάσαντο, καὶ θαμινὰ ἐπὶ λεηλασίας ἐξῄεσαν. Ῥωμαίοις τε πάλιν συνενεχθέντες ἐς χεῖρας, ἐκράτουν καὶ τότε, καὶ λείας πολλῆς γέμοντες ἐπανῄεσαν.

*A. U.* 682.

*Lin.* 17. *μυριάσι Ῥωμαίων πεζῶν importune Edd. & Cand. Ibid. ὑπείγετο Edd. ex Reg. A. Verbum plane abeſt a Reg. B.*

CXX millibus peditum *Romam petebat*, combuſtis impedimentis ſuperfluis, captivis ad unum interfectis, jumentis quoque jugulatis, quo fieret expeditior. Transfugam vero, quum multi adjungere ei ſe cuperent, admittebat neminem. Jamque *Conſules* rurſus eum in Piceno adgreſſi, *magno* iterum *prælio victi* ſunt. Mutavit tamen ſententiam *Spartacus* Urbem petendi, quod nondum confideret viribus, nec ſatis militariter inſtructum haberet exercitum: nulla enim eum juvabat civitas, ſed fugitivi tantum erant & convenæ. Ergo montes circa *Thurium* inſedit: ipſoque oppido capto, edixit, ne quis negotiator aurum argentumve importaret, neve cui ſuorum hæc habere liceret. Solum ferrum & æs emebant care, & abſtinebant mercatoribus injuriam. Unde multa comparata materia, bene ſe armis inſtruxerunt, vacantes interim prædationibus continuis. Cum Romanis etiam denuo congreſſi, tunc quoque victores magnam prædam retulerunt.



Digitized by Google

A. U. 683. CXVIII. Τριέτης τε ἦν ἤδη καὶ φοβερὸς αὐτοῖς ὁ πόλεμος, γελώμενος ἐν ἀρχῇ καὶ καταφρονούμενος, ὡς μονομάχων. προτεθείσης τε στρατηγῶν ἄλλων χειροτονίας ὄκνος ἐπεῖχεν ἅπαντας, καὶ παρήγγελλεν οὐδείς· μέχρι Λικίνιος Κράσσος, γένει καὶ πλούτῳ Ῥωμαίων διαφανής, ἀνεδέξατο στρατηγήσειν, καὶ τέλεσιν ἓξ ἄλλοις ἤλαυνεν ἐπὶ τὸν Σπάρτακον. ἀφικόμενος δὲ, καὶ τὰ τῶν ὑπάτων δύο προσέλαβε. καὶ τῶνδε μὲν αὐτίκα διακληρώσας, ὡς πολλάκις ἡττημένων, ἐπὶ θανάτῳ μέρος δέκατον, διέφθειρεν. οἱ δ᾽ οὐχ οὕτω νομίζουσιν, ἀλλὰ παντὶ τῷ στρατῷ συμβαλόντα καὶ τόνδε, καὶ ἡττημένον, πάντων διακληρῶσαι τὸ δέκατον, καὶ ἀνελεῖν ἐς τετρακισχιλίους, οὐδὲν διὰ τὸ πλῆθος ἐνδοιάσαντα. ὁποτέρως δ᾽ ἔπραξε, φοβερώτερος αὐτοῖς τῆς τῶν πολεμίων ἥττης φανεὶς, αὐτίκα μυρίων Σπαρτακείων ἐφ᾽ ἑαυτῶν που στρατοπεδευόντων ἐκράτει· καὶ δύο αὐτῶν μέρη κατακανὼν, ἐπ᾽ αὐτὸν ἤλαυνε τὸν Σπάρτακον σὺν κατα-

*Lin.* 39. Λικίννιος *Aug. Reg. B. ut ſæpe alias. L.* 50 *ſq.* κατανὼν *mend. Aug. &* κὰ *a recent. manu ſuperſcr. Repoſui formam Noſtro uſitatam. L.* 51 *ſq.* Σπάρτακον συγκαταφρονήσας *Edd.*

118. Jam *tertius annus* agebatur hujus *belli Spartacii*, a contemtis propter auctorum vilitatem initiis formidabilem in molem aucti. Tantuſque metus occupaverat omnes, ut indictis prætoriis comitiis nemo candidatus prodiret; donec *Licinius Craſſus*, genere divitiiſque nobilis, Præturam ſuſcipere auſus, cum aliis ſex legionibus *contra Spartacum profectus* eſt. Quibus *duas* illas *conſulares legiones*, *decimatas* prius ob tot ignominioſas clades, *adjunxit*. Sunt autem qui tradant, productis primum in aciem omnibus legionibus, quum male pugnaſſent, tum demum decimaſſe univerſas, nihil deterritum multitudine, quod ſic deperirent ad IV hominum millia. Utrovis modo res acta eſt; poſtquam effecit, ut magis ipſe imperator, quam hoſtis, timeretur; confeſtim decem millia ex *Spartaci* copiis ſeorſim alicubi caſtra metata adgreſſus, tantam edidit ſtragem, ut vix tertia pars fuga evaderet. Hinc mox ipſum *Spartacum* con-

Digitized by Google

φρονήσει. νικήσας δὲ καὶ τόνδε λαμπρῶς, ἐδίωκε φεύγοντα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ὡς διαπλευσόμενον ἐς Σικελίαν· καὶ καταλαβὼν, ἀπετάφρευε καὶ ἀπετείχιζε καὶ ἀπεσταύρου. *A. U. 683.*

CXIX. Βιαζομένου δ᾽ ἐς τὴν Σαυνῖτιδα τοῦ Σπαρτάκου διαδραμεῖν, ἔκτεινεν ὁ Κράσσος ἐς ἑξακισχιλίους ἄλλους περὶ ἕω, καὶ περὶ δείλην ἐς τοσούσδε ἑτέρους, τριῶν ἐκ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ μόνων ἀποθανόντων, καὶ ἑπτὰ τρωθέντων. τοσήδε ἦν αὐτίκα διὰ τὴν κόλασιν ἐς τὸ τῆς νίκης θάρσος μεταβολή. Σπάρτακος δὲ ἱππέας ποθὲν αὐτῷ προσιόντας περιμένων, οὐκέτι μὲν ἐς μάχην ᾔει τῷ στρατῷ παντὶ, πολλὰ δ᾽ ἠνώχλει τοῖς περικαθημένοις ἀνὰ μέρος. ἄφνω τε καὶ συνεχῶς αὐτοῖς ἐπιπίπτων, φακέλλους τε ξύλων ἐς τὴν τάφρον ἐμβάλλων κατέκαιε, καὶ τὸν πόνον αὐτοῖς δύσεργον ἐποίει. αἰχμάλωτόν τε Ῥωμαῖον ἐκρέμασεν ἐν τῷ μεταιχμίῳ, δεικνὺς τοῖς ἰδίοις τὴν ὄψιν ὧν πείσονται μὴ κρατοῦντες. Οἱ δ᾽ ἐν ἄστει Ῥωμαῖοι, τῆς πολιορκίας πυνθανόμενοι, καὶ ἀδοξοῦντες

*Lin. 53. θάλατταν Edd. Expreſſi Aug. & Reg. B. L. 56. rurſus* Σαμνιτ. *Edd. invit. MSS. L. 59.* Ῥωμαίου *Edd. ex Reg. B. & Reg. A. ex emend. L. 61.* θράσος *Edd. prætuli Aug. L. 64.* ἀναμέρος *Aug. L. 67.* Ῥωμαίων ἐκρεμ. *Edd. prætuli Aug.*

temtim adortus *Craſſus*, *vicit egregie*; & ad mare fugientem, in Siciliamque trajecturum, perſecutus eſt; deprehenſumque, foſſa ac vallo firmiſſimi operis cingere inſtituit.

119. Conantem dein erumpere, ut Samnium peteret, *Craſſus* repreſſit, cæſis mane ſex millibus, parique numero ſub veſperam, tribus tantum viris e ſuis amiſſis, ſeptem ſauciis: tanti momenti ad victoriam apud milites fuit recens animadverſionis memoria. At *Spartacus*, exſpectans equitatum alicunde ſibi advenientem, non amplius totis viribus ad certamen deſcendebat, ſed obſeſſores nunc hac parte, nunc illa, vexabat repentinis eruptionibus; & faſces in foſſam congerendo, vallumque ſuccendendo, laborem hoſtibus difficilem faciebat. Medioque ſpatio, quo ab hoſte dirimebatur, unum e captivis Romanis e cruce ſuſpendit, oſtendens ſuis quid paſſuri eſſent, ni viciſſent. Cujus obſidionis fama in Urbem perlata; populus, turpe ſibi ratus, ſi di-

A. U. 683. εἰ χρόνιος αὐτοῖς ἔσ]αι πόλεμος μονομάχων, προσκατέλεγον ἐπὶ τὴν σ]ρατείαν Πομπήϊον, ἄρτι ἀφικόμενον ἐξ Ἰϐηρίας, πισ]εύοντες ἤδη δυσχερὲς εἶναι καὶ μέγα τὸ Σπαρτάκειον ἔργον.

CXX. Διὰ δὲ τὴν χειροτονίαν τήνδε, καὶ Κράσσος (ἵνα μὴ τὸ κλέος τοῦ πολέμου γένοιτο Πομπηΐου) πάντα τρόπον ἐπειγόμενος, ἐπεχείρει τῷ Σπαρτάκῳ· καὶ ὁ Σπάρτακος, τὸν Πομπήϊον προλαϐεῖν ἀξιῶν, ἐς συνθήκας τὸν Κράσσον προὐκαλεῖτο. ὑπερορώμενος δ' ὑπ' αὐτοῦ, διακινδυνεύειν τε ἔγνω· καὶ, παρόντων οἱ τῶν ἱππέων ἤδη, ὥσατο παντὶ τῷ σ]ρατῷ διὰ τοῦ περιτειχίσματος, καὶ ἔφυγεν ἐπὶ Βρεντέσιον, Κράσσου διώκοντος. ὡς δὲ καὶ Λεύκολλον ἔμαθεν ὁ Σπάρτακος ἐς τὸ Βρεντέσιον, ἀπὸ τῆς ἐπὶ Μιθριδάτῃ νίκης ἐπανιόντα, εἶναι, πάντων απογνοὺς, ἐς χεῖρας ᾔει τῷ Κράσσῳ μετὰ πολλοῦ καὶ τότε πλήθους. Γενομένης δὲ τῆς μάχης μακρᾶς τε καὶ καρτερᾶς, ὡς ἐν ἀπογνώσει τοσῶνδε μυριάδων, τιτρώσκεται τὸν μηρὸν ὁ Σπάρτακος δορατίῳ, καὶ συγκάμψας ἐς τὸ

*Lin.* 77. *προσλαϐεῖν Edd.* *L.* 87. *συγκάψας edit.* 1. *cum quatuor noſtris MSS. quod in id mutavi, e quo corruptum videtur. συγκύψας edit.* 2, 3, *ex emend, H. Steph.*

utius traheretur *bellum cum gladiatoribus*, jamque plane neque parvam rem neque facilem exiſtimans devincere *Spartacum*, *Craſſo* ad id bellum conficiendum *collegam Pompejum*, qui modo ex Hiſpania advenerat, adlegit.

120. At *Craſſus*, ne hoc pacto confecti belli penes *Pompejum* gloria foret, modis omnibus hoc agebat, ut ſine mora cum Spartaco decerneret. Et *Spartacus* ipſe, non exſpectandum Pompejum cenſens, Craſſum invitabat ad fœdus. Sed ab eo cum contemtu rejectus, ſtatuit ſubire pugnæ aleam; jamque auctus equitatu, perruptis munitionibus, cum omnibus copiis Brundusium profugit, *Craſſo* perſequente. Poſtquam autem cognovit, Lucullum, a victoria Mithridatica reverſum, Brundusii adpuliſſe; deſperans rebus ſuis, copias etiam tum ſatis numeroſas produxit in aciem. Quumque acerrimus conflictus eſſet cum deſperatorum tot millibus, *Spartacus* tragula femur *ſaucius* in genu

γόνυ, καὶ προβαλὼν τὴν ἀσπίδα, πρὸς τοὺς ἐπιόντας ἀπεμάχετο· μέχρι καὶ αὐτὸς καὶ πολὺ πλῆθος ἀμφ' αὐτὸν κυκλωθέντες ἔπεσον. ὅ τε λοιπὸς αὐτοῦ στρατὸς ἀκόσμως ἤδη κατεκόπτοντο κατὰ πλῆθος· ὡς φόνον γενέσθαι, τῶν μὲν οὐδ' εὐαρίθμητον, Ῥωμαίων δὲ ἐς χιλίους ἄνδρας, καὶ τὸν Σπαρτάκου νέκυν οὐχ εὑρεθῆναι. Πολὺ δ' ἔτι πλῆθος ἦν ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἐκ τῆς μάχης διαφυγόν· ἐφ' οὓς ὁ Κράσσος ἀνέβαινεν. οἱ δὲ, διελόντες ἑαυτοὺς ἐς τέσσαρα μέρη, ἀπεμάχοντο, μέχρι πάντες ἀπώλοντο, πλὴν ἑξακισχιλίων, οἳ ληφθέντες ἐκρεμάσθησαν ἀνὰ ὅλην τὴν ἐς Ῥώμην ἀπὸ Καπύης ὁδόν. A. U. 683.

CXXI. Καὶ τάδε Κράσσος ἐξ μησὶν ἐργασάμενος, ἀμφήριστος ἐκ τοῦδε αὐτίκα μάλιστα τῇ δόξῃ τῇ Πομπηίου γίγνεται· καὶ τὸν στρατὸν οὐ μεθίει, διότι μηδὲ Πομπήιος. ἐς δὲ ὑπατείαν ἄμφω παρήγγελον· ὁ μὲν, ἐστρατηγηκὼς, κατὰ τὸν νόμον Σύλλα· ὁ δὲ Πομπήιος, οὔτε στρατηγήσας, οὔτε ταμιεύσας, ἔτος τε ἔχων τέταρ-

*Lin. 88. προλαβὼν Aug. mend. L. 94. πολὺ δέ τι Edd. Melius Aug. L. 96. τεσσαράκοντα μέρη Edd. Cand. Pratuli Aug. L. 1. αὐτίκα μάλα Aug. Ven. Ibid. δόξῃ τοῦ Πομπ. Aug. L. 3. παρήγγελλον edit. 2. 3. invit. MSS. L. 5. οὔτε μισύσας edit. 3. oper. err.*

ſubſedit, objectoque clypeo rejiciebat impetum hoſtium; donec cum multis ſuorum circumventus *cecidit*. Tum vero ceterorum, nullo amplius ordine pugnantium, fit tanta ſtrages, ut iniri non poſſet cæſorum numerus. Ex Romano exercitu mille ferme deſiderati ſunt. *Spartaci cadaver* non potuit reperiri. Ex illo prælio multi diffugerunt in montes; Quos quum in ipſis montibus perſequeretur *Craſſus*; illi in quatuor catervas diviſi repugnabant, donec omnes deleti ſunt, exceptis ſex millibus; qui, in poteſtatem vivi redacti, per totam viam, qua in Urbem itur a Capua, e crucibus ſuſpenſi ſunt.

121. His rebus intra ſex menſes a Craſſo confectis, orta protinus hinc maxime eſt *inter Pompejum Craſſum*que de gloria contentio. Retinuitque *Craſſus* exercitum, quoniam & ille. Et conſulatum petebant ambo; hic, prætorius, juxta legem Corneliam; *Pompejus* vero, nec prætorius, nec quæſtorius, annum agens

A. U. 684. τον ἐπὶ τοῖς τριάκοντα. τοῖς δὲ δημάρχοις ὑπέσχητο, πολλὰ τῆς ἀρχῆς ἐς τὸ ἀρχαῖον ἐπανάξειν. Αἱρεθέντες δὲ ὕπατοι, οὐδ᾽ ὣς μεθίεσαν τὸν στρατὸν, ἔχοντες ἀγχοῦ τῆς πόλεως· ἑκάτερος πρόφασιν τήνδε ποιούμενος· Πομπήϊος μὲν, ἐς τὸν Ἰβηρικὸν θρίαμβον περιμένειν ἐπανιόντα Μέτελλον· ὁ δὲ Κράσσος, ὡς Πομπήϊον δέον προδιαλῦσαι. Καὶ ὁ δῆμος, ἑτέραν ἀρχὴν στάσεως ὁρῶν, καὶ φοβούμενος δύο στρατοὺς περικαθημένους, ἐδέοντο τῶν ὑπάτων, ἐν ἀγορᾷ προκαθημένων, συναλλαγῆναι πρὸς ἀλλήλους. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἑκάτερος ἀπεκρούετο. ὡς δὲ καὶ θεόληπτοί τινες προὔλεγον πολλὰ καὶ δεινὰ, εἰ μὴ συναλλαγεῖεν οἱ ὕπατοι, ὁ δῆμος αὖθις αὐτοὺς μετ᾽ οἰμωγῆς παρεκάλει, πάνυ ταπεινῶς, ἔτι τῶν Σύλλα καὶ Μαρίου κακῶν ἀναφέροντες. Καὶ ὁ Κράσσος, πρότερος ἐνδοὺς, ἀπὸ τοῦ θρόνου κατέβαινε, καὶ ἐς τὸν Πομπήϊον ἐχώρει, τὴν χεῖρα προτείνων ἐπὶ διαλλαγαῖς· ὁ δ᾽ ὑπανίστατο, καὶ προσέτρεχε. καὶ δεξιωσαμένων ἀλλήλους, εὐφημίαι

*Lin.* 6. ὑπέσχετο *Edd. prætuli Aug.* *L.* 8. ἔχοι τὶ (*ſic*) *Reg. B.* *L.* 12. ἑτέραν *carent Edd. Dederunt Aug. Ven.* *L.* 16 *ſq.* συναλλαγοῖεν *edit.* 1. *L.* 18. ταπεινὸς *Edd. Rectius Aug.*

quartum ſupra trigeſimum; qui ſimul tribunis plebis pollicebatur, multum de priſtina poteſtate ſe eis eſſe reſtituturum. Quin & *deſignati* jam *Conſules*, non dimittebant exercitus, prope Urbem ſedentes; ambo cauſas adferentes has: *Pompejus* ajebat, exſpectare ſe ad triumphum Hiſpanienſem reditum Metelli: *Craſſus* cauſabatur, debere Pompejum prius copias dimittere. Tum populus, rem ad novas ſeditiones tendere videns, ſibique timens a duobus circumſidentibus exercitibus, Conſules in foro, loco ſuperiori ſedentes, obſecravit, ut in mutuam gratiam redirent. Eas preces primum uterque repulit. Deinde quum nonnulli etiam divino furore correpti dira multa prædicerent, ni conciliarentur conſules; populus rurſum, gemebundus & ſupplex, eaſdem preces renovavit, non immemor malorum quæ Syllæ Mariique contentiones invexerant. Tum *Craſſus*, prior a pervicacia diſcedens, de ſella deſcendit, *collegæ dextram in concordiæ fidem porrigens*; qui & ipſe adſurgens, properavit ei obviam.

Digitized by Google

τι ἦσαν ἐς αὐτοὺς ποικίλαι· καὶ οὐ πρὶν ὁ δῆμος ἀπέστη τῆς ἐκκλησίας, ἢ προγράψαι τοὺς ὑπάτους τὰς ἀφέσεις τῶν στρατοπέδων. Οὕτω μὲν δὴ, δόξασα καὶ ἤδε μεγάλη στάσις ἔσεσθαι, κατελύετο εὐσταθῶς· καὶ ἔτος ἦν τῷδε τῷ μέρει τῶν ἐμφυλίων ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα μάλιστ' ἀπὸ τῆς ἀναιρέσεως Τιβερίου Γράκχου. A. U. 684.

Moxque conjunctas dextras ſecutæ ſunt adclamationes fauſta quævis comprecantium: nec prius e concione digreſſus eſt populus, quam conſules miſſionem amborum exercituum edixiſſent. Atque ita metu hoc graviſſimæ novæ diſſenſionis, ſatis ſtabili ratione, liberata eſt Reſpublica, anno circiter ſexageſimo ab obitu Tiberii Gracchi, qui civilibus contentionibus initium dederat.

Digitized by Google

# ΑΠΠΙΑΝΟΥ
## ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ
## ΡΩΜΑΙΚΩΝ
## ΕΜΦΥΛΙΩΝ Β'.

Μετὰ δὲ τὴν Σύλλα μοναρχίαν, καὶ ὅσα ἐπ' αὐτῇ Σερτώριός τε καὶ Περπέννας περὶ Ἰϐηρίαν ἔδρασαν, ἕτερα ἐμφύλια Ρωμαίοις τοιάδε ἐγίγνετο· μέχρι Γάϊος Καῖσαρ καὶ Πομπήϊος Μάγνος ἀλλήλοις ἐπολέμησαν, καὶ Πομπήϊον μὲν καθεῖλεν ὁ Καῖσαρ, Καίσαρα δ' ἐν τῷ βουλευτηρίῳ τινὲς, ὡς βασιλιζόμενον, κατέκανον. Ταῦτα δὲ ὅπως ἐγένετο, καὶ ὅπως ἀνῃρέθησαν ὅ τε Πομπήϊος καὶ ὁ Γάϊος, ἡ δευτέρα τῶν Εμφυλίων ἥδε δηλοῖ. Ὁ μὲν δὴ Πομπήϊος, ἄρτι τὴν θάλασσαν καθήρας ἀπὸ τῶν λῃστηρίων τότε μάλιστα πανταχοῦ πλεονασάντων,

*Lin.* 4. *Μάγνος caret Aug. neſcio an rectius.* *L.* 9. *καθάρας repoſitum voluit Muſgrav.*

# APPIANI
## ALEXANDRINI
## ROMANARUM HISTORIARUM
## DE BELLIS CIVILIBUS
### LIBER SECUNDUS.

SYLLÆ dominationem, quæque poſt eam Sertorii Perpennæque ductu in Hiſpania geſta ſunt, ſimiles alii civiles motus ſunt ſecuti: qui in *bellum* tandem apertum *inter C. Cæſarem & Pompejum Magnum* eruperunt: quo confecto, Pompejum Cæſar ſuſtulit; Cæſar, quod pro rege ſe gereret, in ipſo ſenatu eſt trucidatus. Quæ res qua ratione geſtæ ſint, quove modo Pompejus primum, dein Cæſar, fuerit ſublatus, *ſecundo* hoc *Civilium Bellorum Libro* exponam. *Pompejus*, perpurgato mari a piratis, quorum numquam antea tantus numerus ubique omnia infeſtaverat, de-

Digitized by Google

Μιθριδάτην ἐπὶ τοῖς λῃσταῖς καθῃρήκει, Πόντου βασιλέα· καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη προσέλαβεν ἀμφὶ τὴν ἕω, διετάσσετο. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἦν ἔτι νέος, δεινὸς εἰπεῖν τε καὶ πρᾶξαι, τολμῆσαί τε ἐς πάντα, καὶ ἐλπίσαι περὶ ἁπάντων, ἐς δὲ δὴ Φιλοτιμίαν ἀφειδὴς ὑπὲρ δύναμιν· ὡς ἀγορανομῶν ἔτι καὶ στρατηγῶν εἶναι κατάχρεως, καὶ τῷ πλήθει δαιμονίως ὑπεραρέσκειν, τῶν δήμων. αἰεὶ τοὺς δαψιλεῖς ἐπαινούντων. *A. U. 690.*

II. Γαΐος δὲ Κατιλίνας, μεγέθει τε δόξης καὶ γένους λαμπρότητι περιώνυμος, ἔμπληκτος ἀνὴρ, δόξας ποτὲ καὶ υἱὸν ἀνελεῖν δι' Αὐρηλίας Ορεστίλλης ἔρωτα, οὐχ ὑφισταμένης τῆς Ορεστίλλης παῖδα ἔχοντι γήμασθαι, Σύλλα φίλος τε καὶ στασιώτης καὶ ζηλωτὴς μάλιστα γεγονώς· ἐκ δὲ Φιλοτιμίας καὶ ὅδε ἐς πενίαν ὑπενηνεγμένος, καὶ θεραπευόμενος ἔτι πρὸς δυνατῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν· ἐς ὑπατείαν παρήγγελεν, ὡς τῇδε παροδεύσων ἐς

*Lin. 21 & 22.* Ορεστιάλλης *Aug.* Ορεστιάλλης *Reg. B.* *L. 22.* ἔχοντα *Edd. Aug.* ἔχοντι *dedit Reg. B. a pr. manu.* *L. 26.* παρήγγελλεν *Edd. prætuli Aug.*

bellatoque poſt piratas Mithridate Ponti rege, regnum jam Mithridatis, & alias in oriente gentes devictas, in eam formam quam ipſi viſum eſt, redigebat. Quo tempore *Cæſar* adoleſcens erat, facultate dicendi vigoreque ad res gerendas juxta pollens, audens omnia, nihil non ſpe præcipiens, magnificentia largitionibuſque ſupra vires effuſus: quippe qui etiam tum ædilis & prætor, ingens æs alienum contraxerat, & mirum in modum placebat multitudini, quæ maxime ſemper mirari profuſiſſimum quemque ſolet.

2. Per idem tempus *Catilina* celebrabatur, loco natus honeſtiſſimo, ſed parum ſanæ mentis homo, & infamia ſuſpicione parricidii; quippe qui, amore captus *Aurelia Oreſtillæ*, filium ſuum credebatur ſuſtuliſſe, quod illa gravaretur niſi orbo nubere: ceterum amicus olim Syllæ, factioniſque illius ſtudioſiſſimus. Qui poſtquam profuſionibus ambitioſis ad pauperiem redactus eſt, nihilominus gratioſus apud potentiores cum viros tum fœminas, inter ceteros candidatos conſulatum petiit, viam ſibi inde muniturus ad tyran-

A. U. 691. τυραννίδα. πάνυ δ' ἐλπίσας αἱρεθήσεσθαι, διὰ τὴν ὑποψίαν τήνδε ἀπεκρούσθη. καὶ Κικέρων μὲν ἦρχεν ἀντ' αὐτοῦ, ἀνὴρ ἥδιστος εἰπεῖν τε καὶ ῥητορεῦσαι. Κατιλίνας δ' αὐτὸν ἐς ὕβριν τῶν ἑλομένων ἐπέσκωπτεν, ἐς μὲν ἀγνωσίαν γένους, καινὸν ὀνομάζων· (καλοῦσι δ' οὕτω τοὺς ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλ' οὐ τῶν προγόνων, γνωρίμους·) ἐς δὲ ξενίαν τῆς πόλεως, Ιγκουϊλῖνον, ᾧ ῥήματι καλοῦσιν τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις. Αὐτὸς δὲ πολιτείαν μὲν ὅλως ἔτι ἀπεστρέφετο ἐκ τοῦδε, ὡς οὐδὲν ἐς μοναρχίαν ταχὺ καὶ μέγα φέρουσαν, ἀλλ' ἔριδος καὶ φθόνου μεστήν. χρήματα δὲ ἀγείρων πολλὰ παρὰ πολλῶν γυναικῶν, αἳ τοὺς ἄνδρας ἤλπιζον ἐν τῇ ἐπαναστάσει διαφθερεῖν, συνώμνυτό τισιν ἀπὸ τῆς βουλῆς καὶ τῶν καλουμένων ἱππέων· συνῆγε δὲ καὶ δημότας, καὶ ξένους, καὶ θεράποντας. καὶ πάντων ἡγεμόνες ἦσαν αὐτῷ Κορνήλιος Λέντλος καὶ Κέθηγος, οἳ τότε τῆς πόλεως ἐστρατήγουν.

*Lin.* 27. πάγχυ *Aug. Reg. B.* *L.* 33. Ιγκουλῖνον *Aug. Reg. B.* *L.* 35. οὐδὲ ἐς *Reg. B.*

nidem. Sed maximam licet ſpem concepiſſet obtinendi eam dignitatem; tamen propter hanc ipſam ſuſpicionem, quod adfectare non ferendam in libera civitate potentiam videretur, repulſam paſſus eſt; & loco ejus *Conſul* creatus *Cicero*, vir ea ætate facundiæ eloquentiæque laude clariſſimus. Quem Catilina, cavillans ſuffragia populi, *Novum hominem* vocitabat: (ſic enim vocare ſolent eos, qui non majorum gloria, ſed per ſe ipſi, inclaruerunt:) & quia in Urbe natus non erat, *Inquilinum* adpellabat; quo nomine vocantur qui alienas ædes incolunt. Ipſe vero *Catilina* abhinc prorſus abſtinuit a republica; ratus, multum contentionis & invidiæ habere reipublicæ tractationem, neque tamen multum conferre ei qui tyrannidem quantocius occupare cupiat. Sed pecuniæ magna vi corrogata a multis ex eo genere muliercularum, quæ, maritos pertæſæ, ſperabant orto tumultu e medio eos tollere poſſe, cum ſenatoribus nonnullis equitibuſque Romanis *conjurationem fecit*; conciliatis etiam plebejis, ſervisque, & peregrinis hominibus: ſed præcipua *Cornelii Lentuli* & *Cethegi* opera uſus eſt, qui tum

Digitized by Google

ἐστρατήγουν. ἀνά τε τὴν Ἰταλίαν περιέπεμπεν ἐς τῶν Συλλείων τοὺς τὰ κέρδη τῆς τότε βίας ἀναλωκότας, καὶ ὀρεγομένους ἔργων ὁμοίων, ἐς μὲν Φαισούλας τῆς Τυῤῥηνίας Γάϊον Μάλλιον, ἐς δὲ τὴν Πικηνῖτιδα καὶ τὴν Ἀπουλίαν ἑτέρους· οἳ στρατὸν αὐτῷ συνέλεγον ἀφανῶς. A. U. 691.

III. Καὶ τάδε πάντα, ἔτι ἀγνοούμενα, Φουλβία γύναιον οὐκ ἀφανὲς ἐμήνυε τῷ Κικέρωνι· ἧς ἐρῶν Κόϊντος Κούριος, ἀνὴρ δι᾽ ὀνείδη πολλὰ τῆς βουλῆς ἀπεωσμένος, καὶ τῆσδε τῆς Κατιλίνα συνθήκης ἠξιωμένος, κούφως μάλα καὶ φιλοτίμως ἐξέφερεν, οἷα πρὸς ἐρωμένην, ὡς αὐτίκα δυναστεύσων. ἤδη δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ γιγνομένων λόγος ἐφοίτα. καὶ ὁ Κικέρων τήν τε πόλιν ἐκ διαστημάτων φρουραῖς διελάμβανε, καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἐξέπεμπε πολλοὺς ἐς πάντα τὰ ὕποπτα, τοῖς γιγνομένοις ἐφεδρεύειν. Κατιλίνας δὲ, οὐδενὸς μέν πω θαῤῥοῦντος αὐτοῦ λαβέσθαι, διὰ τὴν ἔτι τοῦ ἀκριβοῦς ἀγνωσίαν,

*Lin. 43.* ἐς ἐκ τῶν Συλλ. *Edd. ex Reg. A.* ἐκ τῶν Συλλ. *& caret* ἐς *Aug. Cand. Prætuli Reg. B. L. 45.* μὲν *ad* Φαισ. *adjeci ex Aug. Ibid. & l. 61. & l. 69.* Φαισάλας, Φαισάλαις *edit. 1. Regii, Ven.* Φαισάλας, Φαισάλας, Φασάλαις *Aug.* Feſulas *Cand. L. 46.* Manlium *Cand. & ſic deinceps. L. 48 ſq.* γύναιον *carent Edd. Vacuum ſpatium pro ea voce reliquit Reg. B. L. 49.* Κόϊντος Σπούριος *Edd. & MSS. noſtri. Sed* Q. Curius *Cand. L. 53.* δὲ καὶ τῶν περὶ τῶν ἐν Ἰτ. *Aug.*

tum prætores erant urbani. Per Italiam quoque dimiſit certos homines, ad ſollicitandum eos ex Syllanis militibus, qui bona rapinis olim parta profuderant, & nunc ſimiles motus exoptabant; *C. Manlium* Fæſulas, alios in Picenum, alios in Apuliam; qui copias ei clam contraherent.

3. *Hæc omnia*, quum occulta etiam nunc eſſent, *indicavit Ciceroni Fulvia*, non ignobilis fœmina; cujus amator *Q. Curius*, unus e conjuratis, ob vitam probroſam ſenatu motus, temere jactaverat apud amicam, brevi fore ut præpotentem ſe videat. Jamque rumor etiam de his, quæ per Italiam agebantur, percrebuerat. Itaque *Cicero* per Urbem præſidia diſpoſuit, & non paucos illuſtres viros ad ſuſpecta quæque loca, qui quid agatur obſervarent, dimiſit. At *Catilina*, quamvis nemo adhuc auderet ei manus injicere, nondum re ſatis explorata; veritus tamen, ne cum

A. U. 691. δεδιὼς δ᾽ ὅμως, καὶ τὸ χρόνιον ἡγούμενος ὕποπτον, ἐν δὲ τῷ τάχει τὴν ἐλπίδα τιθέμενος, τά τε χρήματα προὔπεμπεν ἐς Φαισούλας, καὶ τοῖς συνωμόταις ἐντειλάμενος κτεῖναι Κικέρωνα, καὶ τὴν πόλιν ἐκ διαστημάτων πολλῶν νυκτὸς ἐμπρῆσαι μιᾶς, ἐξῄει πρὸς Γάϊον Μάλλιον, ὡς αὐτίκα στρατὸν ἄλλον ἀθροίσων, καὶ ἐς τὸν ἐμπρησμὸν τῆς πόλεως ἐπιδραμούμενος. Ὁ μὲν δὴ ῥάβδους τε καὶ πελέκεας, ὥς τις ἀνθύπατος, κούφως μάλα ἀνέσχε πρὸ ἑαυτοῦ, καὶ ἐς τὸν Μάλλιον ἐχώρει στρατολογῶν. Λέντλῳ δὲ καὶ τοῖς συνωμόταις ἔδοξεν, ὅτε Κατιλίναν ἐν Φαισούλαις πυνθάνοιντο γεγενῆσθαι, Λέντλον μὲν αὐτὸν καὶ Κέθηγον ἐφεδρεῦσαι ταῖς Κικέρωνος θύραις περὶ ἕω, μετὰ κεκρυμμένων ξιφιδίων, ἐσδεχθέντας τε διὰ τὴν ἀξίωσιν, καὶ λαλοῦντας ὅ τι δὴ, μηκῦναι τὴν ὁμιλίαν ἐν περιπάτῳ, καὶ κτεῖναι περισπάσαντας ἀπὸ τῶν ἄλλων· Λεύκιον δὲ Βηστίαν, τὸν δήμαρχον, ἐκκλησίαν εὐθὺς ὑπὸ κήρυξι συνάγειν, καὶ κατηγορεῖν τοῦ Κικέρωνος, ὡς ἀεὶ δειλοῦ καὶ πολεμοποιοῦ, καὶ τὴν πόλιν ἐν οὐδενὶ δεινῷ

*Lin.* 74. Σήστιον *Edd. invitis MSS.* Σηστίαν *Reg. A. Aug.* Σιστίαν *Reg. B.* L. Sextium *Cand. Repoſui verum nomen.* *L.* 76. ἐν οὐδενὶ δεινῶν *Aug.* *L.* 77. Σηστίου *Edd. Aug.* Στιστίου *Regii.*]

mora ſuſpicio creſceret, & in celeritate ſpem collocans; præmiſſis *Fæſulas* pecuniis, mandavit conjuratis „ *Ciceronem* occiderent, Urbem eadem nocte diverſis locis incenderent:" moxque ad *C. Manlium* profectus eſt, ut, contracta nova hominum perditorum manu, incenſam Urbem invaderet. Illud iter, ( tanta homini vanitas levitaſque inerat,) prælatis faſcibus ſecuribuſque fecit, velut proconſul; militem interim, quacumque ibat, colligens. *Lentulus* vero, partitis inter conjuratos operis, conſtituerat „ut, quamprimum cognoviſſent *Catilinam* perveniſſe Fæſulas, ipſe cum *Cethego*, ſicis ſub veſte armati, fores *Ciceronis* ſummo mane peterent; &, propter dignitatem facile admiſſi, neſcio quid cum eo colloquerentur, extractoque in veſtibulo colloquio, confoderent Conſulem, longius a ſuis ſeductum: *L. Beſtia* vero, concione per præcones advocata, accuſaret *Ciceronem*, ut hominem natura timidum & tur-

Digitized by Google

διαταράττοντος· ἐπὶ δὲ τῇ Βηστίου δημηγορίᾳ, νυκτὸς αὐτίκα τῆς ἐπιούσης, ἑτέρους ἐν δυώδεκα τόποις ἐμπιμπράναι τὴν πόλιν, καὶ διαρπάζειν, καὶ κατακτείνειν τοὺς ἀρίστους. A. U. 691.

IV. Ὧδε μὲν Λέντλῳ καὶ Κεθήγῳ καὶ Στατιλίῳ καὶ Κασσίῳ, τοῖς ἄρχουσι τῆς ἐπαναστάσεως, δέδοκτο· καὶ τὸν καιρὸν ἐπετήρουν. Ἀλλοβρίγων δὲ πρέσβεις, αἰτιώμενοι τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν, ἐς τὴν Λέντλου συνωμοσίαν ἐπήχθησαν, ὡς ἀναστήσοντες ἐπὶ Ῥωμαίους τὴν Γαλατίαν: καὶ Λέντλος μὲν αὐτοῖς συνέπεμπεν ἐς Κατιλίναν Βουλτούρκιον, ἄνδρα Κροτωνιάτην, γράμματα χωρὶς ὀνομάτων γεγραμμένα φέροντα. οἱ δ' Ἀλλόβριγες ἐνδοιάσαντες, ἐκοινώσαντο Φαβίῳ Σάγγᾳ, ὃς ἦν τῶν Ἀλλοβρίγων προστάτης· ὥσπερ ἁπάσαις πόλεσιν ἔστι τις ἐν Ῥώμῃ προστάτης. παρὰ δὲ τοῦ Σάγγα μαθὼν ὁ Κικέρων, συνέλαβεν ἀπιόντας τοὺς Ἀλλόβριγάς τε καὶ Βουλτούρκιον, καὶ ἐς τὴν βουλὴν εὐθὺς ἐπήγαγεν. οἱ δ' ὡμολόγουν ὅσα

*Lin. 78.* δυόδεκα *Edd. Prætuli Aug. Ibid. ſq.* ἐμπιπρᾶναι *Aug. L. 82. pro* καὶ Κασσίῳ *dat* & Sextio *Cand. Ibid.* ἐδέδοκτο *Aug. Ven. L. 86 ſq. & l. 92.* Βουρτούκιον *Edd.* Βυρτύκιον, *& dein (ut Edd. & Regii)* Βουρτούκιον *Aug.* Vulturcium *recte Cand. L. 93.* εὐθέως *Aug.*

„bulentum, qui civitatem temere turbaſſet: denique ut nocte ſtatim ſequenti, poſtquam *Beſtia* apud populum egiſſet, alii Urbem duodecim locis incenderent, rapiniſque & optimi cujuſque civis cædibus omnia miſcerent."

4. Hæc erant *Lentuli*, *Cethegi*, *Statilii*, *Caſſii*que, ejus conjurationis principum, conſilia, occaſionem ſolam exſpectantium. Interea *legati Allobrogum*, qui magiſtratus ſuos accuſatum venerant, in eamdem conjurationem pellecti ſunt, ut Gallos concitarent contra Rempublicam. Cum iis Lentulus ad *Catilinam* amandavit *Vulturcium* Crotoniatam, non ſine literis, ſed nullo inſcriptis titulo. *Allobroges* autem, ancipites conſilii, rem cum *Fabio Sanga* communicant, ſuæ civitatis Patrono: qui *mos* eſt *provincialium*, *ut ſuum quaque civitas Patronum in Urbe habeat*. Hujus *Sanga* indicio monitus *Cicero*, legatos, dum ab urbe diſcedunt, comprehendendos curavit una cum *Vulturcio*, protinuſque in ſenatum eos introduxit. Et illi,



Digitized by Google

A. U. 691.

τοῖς ἀμφὶ τὸν Λέντλον συνῄδεσαν· ἀχθέντας τε ἤλεγχον· ὡς ὁ Κορνήλιος Λέντλος εἴποι πολλάκις, εἱμάρθαι, τρεῖς Κορνηλίους γενέσθαι Ῥωμαίων μονάρχους, ὧν ἤδη Κίνναν καὶ Σύλλαν γεγονέναι.

V. Λεχθέντων δὲ τούτων, ἡ μὲν βουλὴ Λέντλον παρέλυσε τῆς ἀρχῆς· ὁ δὲ Κικέρων, ἕκαστον ἐς τὰς οἰκίας τῶν στρατηγῶν διαθεὶς, ἐπανῆλθεν αὐτίκα, καὶ ψῆφον περὶ αὐτῶν ἐδίδου. θόρυβος δ' ἦν ἀμφὶ τὸ βουλευτήριον, ἀγνοουμένου ἔτι τοῦ ἀκριβοῦς, καὶ δέος τῶν συνεγνωκότων. αὐτοῦ δὲ Λέντλου καὶ Κεθήγου θεράποντές τε καὶ ἐξελεύθεροι, χειροτέχνας πολλοὺς προσλαβόντες, κατ' ὀπισθίας ὁδοὺς περιῄεσαν ἐπὶ τὰς τῶν στρατηγῶν οἰκίας, ὡς τοὺς δεσπότας ἐξαρπασόμενοι. ὧν ὁ Κικέρων πυθόμενος, ἐξέδραμεν ἐκ τοῦ βουλευτηρίου, καὶ διαθεὶς ἐς τὰ ἐπίκαιρα φύλακας, ἐπανῆλθε, καὶ τὴν γνώμην ἐπετάχυνε. Σιλανὸς μὲν δὴ πρῶτος ἔλεγεν, ὃς ἐς τὸ μέλλον ᾕρητο ὑπατεύειν. ὧδε γὰρ Ῥωμαίοις ὁ μέλλων ὑπατεύσειν, πρῶτος ἐσφέρει γνώμην· ὡς αὐτὸς (οἶμαι) πολλὰ τῶν κυρουμένων ἐργασόμενος, καὶ ἐκ τοῦδε εὐβουλότερόν

*Lin.* 97. Σύλλαν γενέσθαι *Aug. Ven. Sed* γεγονέναι *ora etiam Aug. ab ead. man.* *L.* 11. ὅδε γὰρ Ῥωμ. *videtur utique legendum.*

faſſi quidquid *Lentulo* erant conſcii, coram adductum arguebant, ſæpe dicere ſolitum, *in fatis eſſe, ut tres Cornelii ſummo imperio Romæ potiantur: ex his duos jam, Cinnam Syllamque, exſtitiſſe.*

5. Quæ cum illi dixiſſent, ſenatus Lentulo magiſtratum ademit; Conſul conjuratis per ædes prætorum diſtributis in cuſtodiam, mox reverſus, rogabat de eis ſententias. Interea ingens tumultus erat ante curiam, re nondum ſatis comperta, & conſciorum magna trepidatio. *Lentuli* autem & *Cethegi* ſervi libertique, adſumta magna manu opificum, conati ſunt per poſticum in prætorum ædes irrumpere, & vi dominos eripere. Quo cognito, *Cicero* procurrit e curia; diſpoſitiſque præſidiis, reverſus, urgebat ſententias. *Silanus*, *conſul deſignatus*, *primus rogatus* eſt, ex more: qui mos ideo, opinor, obtinet, quod decretorum ſenatus exſecutio ad proximi anni conſules magna ex parte pertinere ſolet; quo circumſpectiora

τι καὶ εὐλαβέστερον ἐνθυμησόμενος περὶ ἑκάστου. Ἀξιοῦντι δὲ τῷ Σιλανῷ, τοὺς ἄνδρας ἐσχάτῃ κολάσει μετιέναι, πολλοὶ συνετίθεντο. ἕως, ἐπὶ Νέρωνα τῆς γνώμης περιϊούσης, ὁ Νέρων ἐδικαίου, φυλάττειν αὐτοὺς μέχρι Κατιλίναν ἐξέλωσι πολέμῳ, καὶ τὰ ἀκριβέστατα μάθωσι. A. U. 691.

VI. Γάϊός τε Καῖσαρ, οὐ καθαρεύων μὲν ὑπονοίας μὴ συνεγνωκέναι τοῖς ἀνδράσι, Κικέρωνος δ' οὐ θαῤῥοῦντος καὶ τόνδε, ὑπεραρέσκοντα τῷ δήμῳ, ἐς τὸν ἀγῶνα προβάλλεσθαι, προσετίθει, διαθέσθαι τοὺς ἄνδρας Κικέρωνα, τῆς Ἰταλίας ἐν πόλεσιν αἷς ἂν αὐτὸς δοκιμάσῃ, μέχρι, Κατιλίνα καταπολεμηθέντος, ἐς δικαστήριον ὑπαχθῶσι, καὶ μηδὲν ἀνήκεστον ἐς ἄνδρας ἐπιφανεῖς ἢ πρὸ λόγου καὶ δίκης ἐξειργασμένος. Δικαίου δὲ τῆς γνώμης φανείσης καὶ δεχθείσης, ἀκρατῶς οἱ πολλοὶ μετετίθεντο· μέχρι Κάτων, ἤδη σαφῶς ἀνακαλύπτων τὴν ἐς τὸν Καίσαρα

*Lin.* 16. προϊούσης *Edd. ex Reg. B. Prætuli Aug.* περιούσης *Reg. A. L.* 21 *ſq.* προβαλέσθαι *Edd.* προβαλλέσθαι (*ſic*) *Aug. Reg. B. Expreſſi Reg. A. L.* 26. ἐξειργασμένης *Edd. ex Reg. B. Rectius Aug. cum Reg. A.*

cautioraque par eſt eſſe eorum de re quaque conſilia. *Silanus* igitur cenſuit, *extremam pœnam de conjuratis ſumendam:* eique multi alii adſentiebantur; donec *Nero* ſuo loco pro ſententia dixit, *ſervandos tantiſper in cuſtodia, dum Catilina debellatus eſſet, et totum negotium exquiſite pernoſceretur.*

6. Idem & *C. Cæſari* viſum; qui, ſuſpectus quidem nonnihil, tamquam & ipſe conſiliorum talium particeps aut certe non ignarus fuerit, tamen a *Cicerone* non fuerat nominatus, quippe qui non auderet hominem apud plebem gratioſiſſimum in periculum adducere. Addidit autem *Cæſar* ad ſententiam, *diſtribuendos reos per municipia Italiæ, Ciceronis arbitrio, et, poſtquam debellatus eſſet Catilina, ſiſtendos in judicium; nec indicta cauſa durius conſulendum in homines nobiles.* Quæ ſententia quum æqua videretur, probareturque plurimis; plerique etiam ex eis, qui aliter cenſuerant, nunc præ timiditate, mutata priori ſententia, in hanc partem tranſibant. Sed ad extremum *Cato*, manifeſte jam in ſuſpicionem vocans Cæ-



Digitized by Google

A. U. ὑποψίαν, καὶ ὁ Κικέρων, δεδιὼς ἀμφὶ τῇ νυκτὶ προσιού-
691. σῃ, μὴ τὸ συνεγνωκὸς τοῖς ἀνδράσι πλῆθος αἰωρούμενον ἔτι κατ᾽ ἀγορὰν, καὶ δεδιὸς περί τε σφῶν αὐτῶν καὶ περὶ ἐκείνων, ἐργάσηταί τι ἄτοπον, ἔπεισαν, ὡς αὐτοφώρων ἄνευ κρίσεως καταγνῶναι. Καὶ εὐθὺς ἐκ τῶν οἰκιῶν, ἔτι τῆς βουλῆς συνεστώσης, ἕκαστον αὐτῶν ὁ Κικέρων ἐς τὸ δεσμωτήριον μεταγαγὼν, τοῦ πλήθους ἀγνοοῦντος, ἐπεῖδεν ἀποθνήσκοντας· καὶ τοῖς ἐν ἀγορᾷ παροδεύων ἐσήμηνεν, ὅτι τεθνᾶσιν. οἱ δὲ διελύοντο, πεφρικότες τε, καὶ περὶ σφῶν ἀγαπῶντες ὡς διαλαθόντες. Οὕτω μὲν ἡ πόλις ἀνέπνευσεν ἀπὸ τοῦ δέους, πολλοῦ σφίσιν ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπιστάντος.

692. VII. Κατιλίναν δὲ ἐς δισμυρίους τε ἀγείραντα, καὶ τούτων τεταρτημόριον ὁπλίσαντα ἤδη, καὶ ἐς Γαλατίαν ἐπὶ ἄλλην παρασκευὴν ἀπιόντα, Αντώνιος, ὁ ἕτερος ὕπατος, ὑπὲρ Ἄλπεις καταλαβὼν, οὐ δυσχερῶς ἐκράτησεν ἀνδρὸς ἐμπλήκτως ἀλλόκοτον ἔργον ἐπὶ νοῦν λαβόντος τε, καὶ ἐς πεῖραν ἔτι ἐμπληκτότερον ἀπαρασκεύως

*Lin.* 29 *ſq.* *προσιοῦσι* *edit.* 1. *L.* 31. καὶ δεδιὼς *Edd.* *Recte Aug.* *L.* 44. *Videndum, an verum ſit* ὑπὲρ Ἄλπεις. ſub ipſis Alpium radicibus *Cand.*

ſarem, atque *Cicero*, timens noctem futuram, ne multitudo conjurationis conſcia, quæ tum in foro incerta conſilii verſabatur, & ſibi quoque metuebat, auderet aliquid nefarium, *perſuaſerunt* tandem, *ut tamquam in facinore deprehenſi indicta cauſa damnarentur.* Ac mox, priuſquam ſenatus dimitteretur, ſingulos eorum *Cicero* e domibus in carcerem deductos, ignorante plebe, in conſpectu ſuo juſſit necari: deinde in forum progreſſus, *vixiſſe eos*, ſignificavit. Ita hi, qui ſibi metuerant, diſperſi ſunt, contentus quiſque evaſiſſe latuiſſeque. Atque ſic civitas a gravi metu, qui eo die illi incubuerat, reſpiravit.

7. Jam *Catilina* ad viginti hominum millia circa ſe habebat, quorum quartam partem armaverat. Quem in Galliam abeuntem, ut adparatum ſuum abſolveret, *Antonius*, alter conſul, trans Alpes adſecutus, haud magno labore *vicit:* ut qui rem portentoſam, ſtolido conſilio cœptam, tum quoque imparatus & ſtolidior

προαγαγόντος. Οὐ μὴν ὅ γε Κατιλίνας, οὐδ᾽ ἄλλος οὐδεὶς τῶν συνόντων ἐπιφανῶν, φυγεῖν ἠξίωσεν· ἀλλ᾽ ἐσδραμόντες ἐς τοὺς πολεμίους ἀπώλοντο. Ὧδε μὲν ἡ Κατιλίνα ἐπανάστασις, παρ᾽ ὀλίγον ἐς ἔσχατον ἐλθοῦσα κινδύνου τῇ πόλει, διελύετο. Καὶ ὁ Κικέρων, ἅπασιν ἐπὶ λόγου δυνάμει μόνῃ γνώριμος ὤν, τότε καὶ ἐπὶ ἔργῳ διὰ στόματος ἦν, καὶ σωτὴρ ἐδόκει περιφανῶς ἀπολλυμένῃ τῇ πατρίδι γενέσθαι, χάριτές τε ἦσαν αὐτῷ παρὰ τὴν ἐκκλησίαν καὶ εὐφημίαι ποικίλαι. Κάτωνος δ᾽ αὐτὸν καὶ Πατέρα τῆς Πατρίδος προσαγορεύσαντος, ἐπεβόησεν ὁ δῆμος. Καὶ δοκεῖ τισιν ἥδε ἡ εὐφημία ἀπὸ Κικέρωνος ἀρξαμένη περιελθεῖν ἐς τῶν νῦν αὐτοκρατόρων τοὺς φαινομένους ἀξίους. οὐδὲ γὰρ τοῖσδε, καίπερ οὖσι βασιλεῦσιν, εὐθὺς ἀπ᾽ ἀρχῆς ἅμα ταῖς ἄλλαις ἐπωνυμίαις, ἀλλὰ σὺν χρόνῳ μόλις, ἥδε, ὡς ἐντελὴς ἐπὶ μεγίστοις δὴ μαρτυρία, ψηφίζεται.

A. U. 692.

*Lin.* 50. ἐπανάστασις παρ᾽ ὀλίγου, ἐς ἐσχ. *edit.* 2. 3. *invitis MSS.*

etiam conſilio in diſcrimen adduxit. Attamen nec ipſe *Catilina*, neque quiſquam ex nobilibus *qui ei aderant*, fugere dignatus eſt, ſed in medios hoſtes ſe injicientes *cuncti occubuerunt*. Hic fuit *conjurationis Catilinariæ exitus*: quæ prope abfuerat, quin extremum exitium inferret reipublicæ. Jamque *Cicero*, quum adhuc ſola eloquentiæ laude clarus fuiſſet, etiam ob res ſtrenue geſtas *omnium in ore* verſabatur, & haud dubie Servator patriæ, abſque eo perituræ, eſt habitus. Quamobrem gratiæ etiam ei actæ ſunt publice; &, poſt lætas omnium omnis generis adclamationes, auctore Catone, maximo conſenſu populi, *Pater Patriæ conſalutatus* eſt. Cujus adpellationis honorem primo omnium Ciceroni contigiſſe, arbitrantur nonnulli; ut ab illo initio mos ductus ſit, quo etiam nunc illi ex Imperatoribus, qui eo honore digni habentur, eodem nomine ſalutantur: nam ne his quidem, quamquam vere Regibus, ſtatim cum ceteris cognominibus hoc quoque addi ſolet; ſed interjecto tempore demum, ut abſolutæ virtutis teſtimonium, publico decreto illud tribuitur.



Digitized by Google

A. U. 693. VIII. Ὁ δὲ Καῖσαρ, στρατηγὸς ἐς Ἰβηρίαν αἱρεθεὶς, ἐπὶ μέν τι πρὸς τῶν χρηστῶν διεκρατεῖτο ἐν Ῥώμῃ, πολὺ πλέονα τῆς περιουσίας ὀφλῶν διὰ τὰς φιλοτιμίας. ὅτε φασὶν αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι δέοιτο δισχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων, ἵνα ἔχοι μηδέν. διαθέμενος δὲ τοὺς ἐνοχλοῦντας ὡς ἐδύνατο, καὶ τῆς Ἰβηρίας ἐπιβὰς, χρηματίζειν μὲν ταῖς πόλεσιν, ἢ διαιτᾶν δίκας, ἢ ὅσα ὁμοιότροπα τούτοις ἅπαντα, ὑπερεῖδεν, ὡς οὐδὲν οἷς ἐπενόει χρήσιμα· στρατιὰν δὲ ἀγείρας, ἐπετίθετο τοῖς ἔτι λοιποῖς Ἴβηρων ἀνὰ μέρος, μέχρι τὴν Ἰβηρίαν ἐς τὸ ὁλόκληρον ἀπέφηνε Ῥωμαίοις ὑποτελῆ· καὶ χρήματα πολλὰ ἐς Ῥώμην ἀπέ-
694. πεμψεν, ἐς τὸ κοινὸν ταμιεῖον. Ἐφ᾽ οἷς ἡ μὲν βουλὴ θριαμβεῦσαι παρέσχεν αὐτῷ. Ὁ δὲ τῆς πομπῆς τὴν παρασκευὴν ἐς τὸ λαμπρότατον ἐν τοῖς τῆς Ῥώμης προαστείοις διεκόσμει· ἐν αἷς ἡμέραις ὑπατείας ἦσαν παραγγελίαι, καὶ ἔδει τὸν παραγγέλλοντα παρεῖναι, ἐσελθόντι δὲ οὐκ ἦν ἔτι ἐπὶ τὸν θρίαμβον ἐπανελθεῖν. Ὁ δὲ καὶ τῆς

*Lin.* 64. ἐπεὶ μέντοι *Edd. ex Reg. A.* ἐπὶ μέντοι *Reg. B. Verum dedit Aug.* *L.* 71. δὲ *poſt* στρατιὰν *caret Aug. male.* *L.* 73 *ſq.* ἔπεμψα *Aug. Ven.* *L.* 78. ἐσελθόντα δὲ *Reg. B.*

8. CÆSAR per id tempus *prætor*, provinciam *ſortitus Hiſpaniam*, retinebatur a creditoribus, quibus ſolvendo non erat, exhauſtus ambitioſis largitionibus: quo tempore vox ejus excepta eſt, *opus ſibi eſſe ſeſtertio millies, ut nihil habeat.* Tranſactione tamen cum his, qui eum urgebant, utcumque facta, provinciam eſt ingreſſus. Quo ubi pervenit, nil curavit conventus obire, aut juri reddendo aliiſve hujuſmodi negotiis vacare; parum apta hæc ratus ſuo propoſito. Sed, coactis copiis, per partes adgreſſus eſt reliquos Hiſpanos, donec *univerſam Hiſpaniam populo Romano tributariam fecit.* Itaque magna vi pecuniæ in ærarium miſſa, triumphandi poteſtatem poſt reditum a ſenatu impetravit. Jamque adparatus futuræ pompæ ſplendidiſſimos faciebat in ſuburbiis, quum advenit dies, quo, qui conſulatum petunt, præſentes in Urbe candidatos ſe profiteri oportebat; nec fas erat, ſemel Urbem ingreſſum, iterum ex ea ad triumphum reverti. *Caſar* vero jam dudum

Digitized by Google

ἀρχῆς ἐς πολλὰ τυχεῖν ἐπειγόμενος, καὶ τὴν πομπὴν οὐχ ἕτοιμον ἔχων, ἐσέπεμψε τῇ βουλῇ, δεόμενος ἐπιτρέψαι οἱ τὴν παραγγελίαν ἀπόντι ποιήσασθαι διὰ τῶν φίλων· εἰδὼς μὲν παράνομον, γεγονὸς δὲ ἤδη καὶ ἑτέροις. Κάτωνος δ᾽ ἀντιλέγοντος αὐτῷ, καὶ τὴν ἡμέραν τελευταίαν οὖσαν τῶν παραγγελιῶν ἀναλοῦντος ἐπὶ τοῖς λόγοις, ἐσέδραμεν ὁ Καῖσαρ, ὑπεριδὼν τοῦ θριάμβου, καὶ παραγγείλας ἐς τὴν ἀρχὴν, ἀνέμενε τὴν χειροτονίαν. A. U. 694.

IX. Ἐν δὲ τούτῳ Πομπήϊος, ἐκ τῶν Μιθριδατείων ἔργων ἐπὶ μέγα δόξης καὶ δυνάμεως ἐλθὼν, ἠξίου, πολλὰ, ὅσα βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις καὶ πόλεσιν ἐδεδώκει, τὴν βουλὴν βεβαιῶσαι. Φθόνῳ δ᾽ αὐτῶν οἱ πολλοὶ, καὶ μάλιστα Λεύκολλος, ὁ πρὸ τοῦ Πομπηΐου στρατεύσας ἐπὶ τὸν Μιθριδάτην, ὡς ἀσθενέστατον αὐτὸν ἀπολιπὼν τῷ Πομπηΐῳ, διεκώλυεν, ἴδιον ἔργον ἀποφαίνων τὸ Μιθριδάτειον. καὶ Λευκόλλῳ συνελάμβανε Κράσσος. Ἀγανακτῶν οὖν ὁ

*Lin.* 81. πομπὴν οὐχ ἑτοίμην *Edd. Repoſui cum Aug. formam aliàs Noſtro uſitatam. Ibid. ſq.* δεόμενος τρέψαι οἱ *Edd. Recte Aug. Ven. L.* 91. φθόνῳ δ᾽ αὐτὸν *Edd. Prætuli Aug. Reg. B. L.* 94. ἀποφαίνειν *Regii mend.*

ejus magiſtratus percupidus, nec dum etiam ad triumphandum ſatis inſtructus, per nuncios rogavit ſenatum, ut permitteret abſenti per amicos conſulatum petere: quod etiamſi legibus vetitum, indultum tamen ſciebat aliis. Cui petitioni quum contradiceret *Cato*, & eam ipſam diem dicendo extraheret, quæ erat ultima, qua competitores profiteri nomina oportebat: *Cæſar*, *contemto triumpho*, Urbem propere ingreſſus eſt; &, profeſſione nominis facta, exſpectabat comitia.

9. Interea POMPEJUS, *rebus contra Mithridatem geſtis clarus*, ac præpotens, poſtulaverat a ſenatu, ut multa, quæ regibus, dynaſtis, & civitatibus conceſſerat, Patres rata haberent. Cui multi obſtabant, invidia gloriæ, ac præſertim *Lucullus*; qui, quum ante Pompejum cum Mithridate bellum geſſiſſet, ac debilitatum admodum hoſtem reliquiſſet ſucceſſori, ſuam eſſe Mithridaticæ victoriæ gloriam prædicabat: & Lucullo *Craſſus* erat adjutor. Quod indigne ferens *Pompejus*, *Cæſarem*



Digitized by Google

A. U. 694. Πομπήϊος προσεταιρίζεται Καίσαρα, συμπράξειν ἐς τὴν ὑπατείαν ἐπομόσας. ὁ δ᾽ εὐθὺς αὐτῷ Κράσσον διήλλασσε. καὶ τρεῖς οἵδε τὸ μέγιστον ἐπὶ πᾶσι κράτος ἔχοντες, τὰς χρείας ἀλλήλοις συνηράνιζον. Καί τις αὐτῶν τήνδε τὴν συμφροσύνην συγγραφεὺς, Βάῤῥων, ἑνὶ βιβλίῳ περιλαβὼν, ἐπέγραψε Τρικάρανον. Ὑφορωμένη δ᾽ αὐτοὺς ἡ βουλὴ, Λεύκιον Βύβλον ἐς ἐναντίωσιν τοῦ Καίσαρος ἐχειροτόνησεν αὐτῷ συνάρχειν.

695. X. Καὶ εὐθὺς αὐτῶν ἦσαν ἔριδές τε, καὶ ὅπλων ἐπ᾽ ἀλλήλους ἰδίᾳ παρασκευαί. δεινὸς δ᾽ ὢν ὁ Καῖσαρ ὑποκρίνεσθαι, λόγους ἐν τῇ βουλῇ περὶ ὁμονοίας διέθετο πρὸς Βύβλον, ὡς τὰ κοινὰ λυπήσοντες εἰ διαφέροιντο. πιστευθεὶς δ᾽ οὕτω φρονεῖν, ἀπερίσκεπτον ἤδη καὶ ἀπαράσκευον καὶ οὐδὲν ἔτι τῶν γιγνομένων ὑπονοοῦντα τὸν Βύβλον ἔχων, χεῖρά τε πολλὴν ἀφανῶς ἡτοιμάζετο, καὶ νόμους ὑπὲρ τῶν πενήτων ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσέφερε, καὶ γῆν

*Lin.* 97. *διήλασε edit.* 1. *L.* 99. *συνηράνιζον Edd. Rectius Aug. L.* 3. *MARCUM* Bibulum *ceteri omnes, præter Eutropium, vocant. Ibid.* Βίβλον *Edd. invitis Regiis, conſtanter; & ſic hoc loco Aug. qui mox in ſeqq., ut alibi, cum Regiis in* Βύβλ. *plerumque conſentit. L.* 6. *ἰδίαι Edd. L.* 12. *ἐπέφερε Aug.*

*adjungit ſibi* ſocium, operam ſe illi daturum jurejurando pollicitus, ut conſul fieret. Ac mox per Cæſarem *Craſſus Pompejo conciliatus* eſt. Ita hi tres potentiſſimi viri operas ſibi in vicem præſtabant mutuas. Quam conſpirationem *Varro*, Romanus ſcriptor, ſingulari libro complexus, *Tricaranon*, (id eſt, *monſtrum Triceps*, vel *Hiſtoriam Tricipitinam*) inſcripſit. At ſenatus, ſuſpectam habens eorum potentiam, *L. Bibulum collegam Cæſari in conſulatu et adverſarium* oppoſuit.

10. Moxque contentiones inter *novos Conſules* ſunt exortæ; ututerque armis quoque clam contra alterum ſeſe inſtrueret. Sed *Cæſar*, ſimulandi egregius artifex, in ſenatu orationem habuit ad *Bibulum* de concordia; quaſi cavens, ne quod ex collegarum diſſenſione reſpublica accipiat incommodum. Quumque ſerio paci ſtudere videretur, & incautum jam reddidiſſet collegam, ut non amplius ſe præmuniret, & nihil porro ſuſpicaretur; magna manu clam comparata, rogationes in ſenatu in favorem pauperum fecit, & agros eis diſtribuit; a-

αὐτοῖς διένεμε, καὶ τὴν ἀριστεύουσαν αὐτῆς μάλιστα περὶ Καπύην ἐς τὰ κοινὰ διεμισθοῦτο τοῖς οὖσι πατράσι παίδων τριῶν, ἔμμισθον ἑαυτῷ τῆσδε τῆς χάριτος πλῆθος τοσόνδε ποιούμενος. δισμύριοι γὰρ ἀθρόως ἐφάνησαν οἱ τὰ τρία τρέφοντες μόνοι. Ενισταμένων δὲ τῇ γνώμῃ πολλῶν, ὑποκρινάμενος δυσχεραίνειν ὡς οὐ δίκαια ποιούντων, ἐξέδραμε· καὶ βουλὴν μὲν οὐκέτι συνῆγεν ἐπὶ τὸ ἔτος ὅλον, ἐπὶ δὲ τῶν ἐμβόλων ἐδημηγόρει. Πομπήϊόν τε ἐν μέσῳ καὶ Κράσσον ἠρώτα περὶ τῶν νόμων· οἱ δὲ αὐτοὺς ἐπῄνουν, καὶ ὁ δῆμος ἐπὶ τὴν χειροτονίαν ᾔει σὺν κεκρυμμένοις ξιφιδίοις. A. U. 695.

XI. Ἡ βουλὴ δὲ (οὐ γάρ τις αὐτὴν συνῆγεν, οὐδ᾽ ἐξῆν τῷ ἑτέρῳ τῶν ὑπάτων συναγαγεῖν αὐτὴν) ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ Βύβλου συνελθόντες, οὐδὲν μὲν ἀντάξιον τῆς Καίσαρος ἰσχύος τε καὶ παρασκευῆς ἐποίουν· ἐπενόουν δ᾽ ὅμως, Βύβλον ἐνίστασθαι τοῖς νόμοις, καὶ μὴ δόξαν

*Lin. 13.* ἀριστ. αὐτοῖς μαλ. *Edd. ex Reg. A. Prætuli Aug. Reg. B. L. 14.* Καπύην *Aug. Ibid. Mendoſa mihi oratio videtur, tali quodam modo fortaſſe ſananda,* ἣ ἐς τὰ κοινὰ διεμισθοῦτο, τοῖς οὖσι πατρ. (*ſcil.* διένειμεν.)

*grumque Campanum*, longe fertiliſſimum, qui in uſus Reipublicæ elocabatur, eis adtribuit ex civibus, qui *trium liberorum patres* eſſent. Qua mercede gratiam ſibi magnæ multitudinis hominum comparavit: viginti enim millia ſtatim exſtiterunt hujus ſolum generis. Obſiſtentibus vero multis, quo minus leges ſuas perferret *Cæſar*; proripuit ſe e curia, indignatum ſe ſimulans eorum iniquitate: neque poſthac reliquo anni tempore ſenatum amplius habuit, ſed pro Roſtris cum populo egit. Et quum pro concione Pompejum Craſſumque præſentes rogaſſet, quid de legibus illis ſentirent; adprobantibus his, plebs, ſub veſte ſicis armata, vocabatur ad ſuffragia.

11. Patres vero (quum non convocaretur ſenatus, neque convocari in curiam ab alterutro Conſulum ſine alterius conſenſu, ex legibus, poſſet;) in ædibus *Bibuli* cœtus faciebant. At nihil maxime proficientes adverſus vim atque adparatum *Cæſaris*, hanc unam inierunt rationem, ut Bibulus legibus collegæ contradiceret,

Digitized by Google

A. U. 695.

ἀμελείας, ἀλλὰ ἥσσης, ἐνέγκασθαι. πεισθεὶς οὖν ὁ Βύϐλος, ἐνέϐαλεν ἐς τὴν ἀγορὰν, δημηγοροῦντος ἔτι τοῦ Καίσαρος. ἔριδος δὲ καὶ ἀταξίας γενομένης, πληγαί τε ἦσαν ἤδη, καὶ οἱ μετὰ τῶν ξιφιδίων τὰς ῥάϐδους καὶ τὰ σημεῖα τοῦ Βύϐλου περιέκλων, καὶ τῶν δημάρχων ἔστιν οὓς περὶ αὐτὸν ὄντας ἔτρωσαν. Βύϐλος δὲ οὐ καταπλαγεὶς, ἀπεγύμνου τὴν σφαγὴν, καὶ μετὰ βοῆς ἐκάλει τοὺς Καίσαρος φίλους ἐπὶ τὸ ἔργον. Εἰ γὰρ οὐ δύναμαι πεῖσαι τὰ δίκαια ποιεῖν (ἔφη) Καίσαρα, τό γε ἄγος αὐτῷ καὶ μῦσος οὕτως ἀποθανὼν ἐπιϐαλῶ. Αλλὰ τὸν μὲν ἄκοντα ὑπεξήγαγον οἱ φίλοι ἐς τὸ πλησίον ἱερὸν τοῦ Κτησίου Διός. Κάτων δὲ ἐπιπεμφθεὶς, ὤσατο μὲν ὡς νέος ἐς μέσους, καὶ δημηγορεῖν ἤρχετο· μετέωρος δὲ ὑπὸ τῶν Καίσαρος ἀρθεὶς ἐξεφέρετο. καὶ λαθὼν κατ' ἄλλας ὁδοὺς αὖθις ἀνέδραμεν ἐς τὸ βῆμα· καὶ λέγειν μὲν ἔτι, οὐδενὸς

*Lin.* 30. ἐνέϐαλλεν *Reg. B.* *L.* 32. *poſt* καὶ οἱ, *inſertum* μὲν *voluit Muſgr. quo facile caremus.* *L.* 37. *vulgatum* τό τε *in* τό γε *utique mutandum duxi.* *L.* 38. καὶ μῖσος *Edd.* καὶ μύσος *Aug. Reg. B. Ibid. an* ἐπικαλῶ? *L.* 39. τοῦ ΣΤΗΣΙΟΥ Διὸς *videtur utique cum Gelenio legendum.* *L.* 40-42. *verba* ὤσατο *uſque ad* ἀρθεὶς *incluſ. omiſſa in Reg. B.*

quo aliena potius improbitate victi viderentur, quam ſua negligentia. Et *Bibulus*, voluntati eorum obſecutus, irrupit in forum, concionante etiam tum *Cæſare*. Ortoque per altercationem tumultu, ad manus ventum eſt: &, qui ſicis erant armati, fregerunt faſces Bibuli, ac nonnullos e tribunis, qui pro eo ſtabant, vulnerarunt. Nec tamen quidquam territus *Bibulus*, nudatum præbebat jugulum, clamore Cæſarianos ad necem invitans: *Si non poſſum*, inquit, *Cæſari perſuadere quæ juſta ſunt; certe morte mea nefarii ſceleris culpam ei impingam.* Subduxerunt tamen invitum amici in *fanum Jovis Statoris*, foro proximum. Tum *Cato*, a patribus ſubmiſſus, protruſis obſtantibus, ut erat robuſta ætate, per turbam evaſit in locum ſuperiorem, cœpitque concionari; ſed a Cæſarianis mox raptus ſublimis e foro eſt. Nihilominus clam per aliam viam recurrens in Roſtra *Cato*, omiſſa quidem concionatione, quoniam nemo audie-

Digitized by Google

ἀκινύντος, ἀπεγίγνωσκε· τοῦ δὲ Καίσαρος ἀγροίκως κατεβόα, μέχρι καὶ τότε μετέωρος ἐξεῤῥίφη. A. U. 695.

XII. Καὶ τοὺς νόμους ὁ Καῖσαρ ἐκύρωσε, καὶ ἐπ' αὐτοῖς τόν τε δῆμον ὤρκωσεν, ἐς ἀεὶ κυρίους νομιεῖν, καὶ τὴν βουλὴν ἐκέλευεν ὀμνῦναι. ἐνισταμένων δὲ πολλῶν καὶ Κάτωνος, εἰσηγεῖτο μὲν ὁ Καῖσαρ θάνατον τῷ μὴ ὀμόσαντι, καὶ ὁ δῆμος ἐπεκύρου. ὤμνυον δ' αὐτίκα, δείσαντες, οἵ τε ἄλλοι καὶ οἱ δήμαρχοι. οὐ γὰρ ἔτι χρήσιμον ἀντιλέγειν ἦν, κυρουμένου διὰ τοὺς ἄλλους τοῦ νόμου. Οὐέττιος δ', ἀνὴρ δημότης, ἐς τὸ μέσον ἐσδραμὼν μετὰ ξιφιδίου γυμνοῦ, ἐπιπεμφθῆναι ἔφη πρός τε Βύβλου καὶ Κικέρωνος καὶ Κάτωνος, ἐς ἀναίρεσιν Καίσαρός τε καὶ Πομπηίου· καὶ τὸ ξιφίδιον αὐτῷ Βύβλου ῥαβδοῦχον ἐπιδοῦναι Ποστούμιον. ὑπόπτου δ' ὄντος ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πράγματος, ὁ μὲν Καῖσαρ ἐξετράχυνε τὸ πλῆθος, τὴν δ' ἐπιοῦσαν ἐξετάσειν τὸν Οὐέττιον ἀνεβάλλοντο. καὶ ὁ Οὐέττιος, φυλασσόμενος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, νυκτὸς ἀνῃρέθη.

*Lin. 44. ἀκούοντος carent Editi; dedit Aug. L. 48. ἐκέλευσεν Edd. Prætuli Aug. Ven. L. 53.* Οὐέτιος *Edd. conſtanter cum Regiis, niſi quod hoc uno loco* Οὐεττούτιος *det Reg. B. quam ſcripturam conſtanter præfert Ven.* Οὐεττίτιος *h. l. Aug. ſed idem deinceps conſtanter* Οὐεττούτιος. Vectius *Cand.*

bat, *aſpere* tantum *clamabat in Cæſarem*, donec iterum exturbatus eſt.

12. Atque ita *leges ſuas Cæſar pertulit*; &, juratis in eas plebejis, a Patribus quoque idem jusjurandum exegit. Quod quum non pauci, auctore potiſſimum *Catone*, recuſarent facere; *Cæſar* rogationem tulit ad populum, ut capitalis eſſet qui non juraret: idque populus ſcivit. Moxque omnes præ metu jurarunt; & in his tribuni plebis, fruſtra reclamaturi, lege jam confirmata ab aliis. Interea *Vettius* quidam, e plebe, procurrit in medium, ſtrictam ſicam oſtentans, dicenſque „*ſe ſubmiſſum a Bibulo et Cicerone atque Catone, ut Cæſarem una cum Pompejo confoderet*: eumque pugionem ſibi datum a Poſtumio, lictore Bibuli." Hoc facto, quamvis ambiguæ ſuſpicionis, *Cæſar* uſus eſt ad exaſperandam multitudinem; inquiſitione tamen in craſtinum dilata. Sed *Vettius*, quum in vinculis cuſtodiretur, ſequenti nocte trucidatus eſt.

Digitized by Google

A. U. 695. Εἰκαζομένου δ' ἐς ποικίλα τοῦ συμβεβηκότος, ὁ Καῖσαρ οὐκ ἀνίει καὶ τοῦτο δρᾶσαι λέγων τοὺς δεδιότας· ἕως ὁ δῆμος αὐτῷ συνεχώρησεν ἀμύνειν τοῖς ἐπιβεβουλευμένοις. Καὶ Βύβλος μὲν, ἐκ χειρῶν ἅπαντα μεθεὶς, οἷά τις ἰδιώτης, οὐ προῄει τῆς οἰκίας ἐπὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἀρχῆς ἅπαν.

XIII. Ὁ δὲ Καῖσαρ οὐδ' αὐτὸς ἔτι ἐζήτει περὶ τοῦ Οὐεττίου, μόνος ἔχων τὸ κράτος ἐπὶ τῆς πολιτείας. Νόμους δ' ἐσέφερεν, ἐκθεραπεύων τὸ πλῆθος, ἑτέρους, καὶ τὰ Πομπηΐῳ πεπραγμένα ἅπαντα ἐκύρου, καθάπερ ὑπέσχητο αὐτῷ. Οἱ δ' Ἱππέες λεγόμενοι, τὴν μὲν ἀξίωσιν τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς ὄντες ἐν μέσῳ, δυνατώτατοι δὲ ἐς ἅπαντα, περιουσίας τε οὕνεκα, καὶ μισθώσεως τελῶν καὶ φόρων, οὓς ὑπὸ τῶν ἐθνῶν τελουμένους ἐξεμισθοῦντο, καὶ πλήθους βεβαιοτάτων ἐς ταῦτα θεραπόντων, ἐκ πολλοῦ τὴν βουλὴν ᾔτουν, ἄφεσίν τινα μέρους τῶν φόρων αὐτοῖς γενέσθαι. καὶ ἀποδιέτριβεν ἡ βουλή. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἐς οὐδὲν τότε τῆς βουλῆς δεόμενος,

*Lin. 62. post* δρᾶσαι *hypostigmen ponunt Edd. quam delevi cum Aug. L. 67.* ἐπὶ τῇ πολιτείᾳ *Aug. L. 71.* δυνατώτεροι *Edd. Cand. Pratuli Aug.*

Quumque hic caſus interpretaretur varie; *Cæſar* hanc quoque culpam rejiciebat in quoſdam conſcientiæ timore exagitatos: donec effecit, ut populus ei permitteret opem ferre his qui peterentur inſidiis. Tum vero *Bibulus* in univerſum, omiſſa tractatione reipublicæ, per reliquum omne conſulatus ſui tempus, *tamquam privatus*, *domi ſe continuit.*

13. At *Cæſar*, jam ſolus moderationem rerum omnium obtinens, non amplius inquirebat de *Vettio*; ſed novis porro legibus in plebis gratiam ferendis vacavit, ſimulque *acta Pompeji rata habuit* omnia, quemadmodum pollicitus fuerat. Eodem tempore *Equeſtris ordo*, inter ſenatum & plebem medius, potens tam propriis divitiis, quam quæſtu ex vectigalibus publicis tributiſque provinciarum, quæ redemerat a populo, ſtipatuſque validiſſimorum ſervorum multitudine, quos in uſus ſuos alebat, jam pridem *petierat* a Senatu, *ut pars mercedum*, *quas ex locationis pacto Equites debebant populo*, *ipſis remitteretur*. Patribus vero eam rem differentibus, *Cæſar*, ad nullam rem eo tempore ſenatus

ἀλλὰ μόνῳ τῷ δήμῳ χρώμενος, τὰ τρίτα τῶν μισθώσεων αὐτοῖς παρῆκεν. οἱ δὲ, ὑπὲρ τὴν σφετέραν ἀξίωσιν ἀδοκήτου τῆς χάριτος αὐτοῖς γενομένης, ἐξεθείαζον αὐτόν. καὶ στῖφος ἄλλο καρτερώτερον τοῦ δήμου τόδε τῷ Καίσαρι προσγεγένητο δι᾽ ἑνὸς πολιτεύματος. Ὁ δὲ καὶ θέας ἐπεδίδου καὶ κυνηγέσια θηρίων, ὑπὲρ δύναμιν δανειζόμενος ἐς ἅπαντα, καὶ τὰ πρότερα πάνθ᾽ ὑπερβάλλων παρασκευῇ καὶ χορηγίᾳ καὶ δόσεσι λαμπραῖς. Ἐφ᾽ οἷς αὐτὸν εἵλοντο Γαλατίας τῆς τε ἐντὸς Ἄλπεων καὶ ὑπὲρ Ἄλπεις ἐπὶ πενταετὲς ἄρχειν, καὶ ἐς τὴν ἀρχὴν ἔδοσαν τέλη στρατοῦ τέσσαρα. A. U. 695.

XIV. Ὁ δὲ, καὶ τὴν ἀποδημίαν οἱ χρόνιον ὁρῶν ἐσομένην, καὶ τὸν φθόνον ὡς ἐπὶ μεγίστοις δὴ τοῖς δεδομένοις μείζονα, Πομπηΐῳ μὲν ἐζεύγνυ τὴν θυγατέρα, καίπερ ἐγγυωμένην Καιπίωνι· δεδιὼς, μὴ καὶ φίλος ὢν ἐπιφθονήσειε τῷ μεγέθει τῆς εὐδαιμονίας. Τοὺς δὲ θρασυτά-

*Lin.* 81. *στῖφος edit.* 2. 3. *invit. MSS.* *Ibid.* κρατερώτερον *Edd. ex Reg. A. Prætuli Aug. Ven.* *L.* 84. ἐς ἅπαντας *Edd. Prætuli Aug. Ven.* *L.* 86. Γαλατείας *edit.* 1. *L.* 91 *ſq.* καίπερ ὄντι τῷ Σκιπίωνι *Edd.* Scipione adhuc exiſtente *Cand.* ἐγγυωμένην, *loco alienorum verborum* ὄντι τῷ, *dederunt Aug. Ven. Mendoſum* Σκιπίωνι (*vel* Σκηπίωνι, *quod pro more dat Aug.*) *etiam citra MSStorum operam corrigendum duxi.*

operam adhibens, ſoloque conſenſu plebis uſus, *remiſit publicanis tertiam partem ex locationum pretio.* Quapropter Equites, ſupra poſtulata nacti inſperatam gratiam, in cœlum ferebant ejus auctorem. Unde robuſtius etiam hoc, quam ante ex plebe, agmen propugnatorum acceſſit *Cæſari*, per unum iſtud inſtitutum. Auxitque præterea *Cæſar* apud populum gratiam, edendis quoque ſpectaculis & venationibus; ſupra opes undique æs alienum contrahens & priora omnia vincens magnificentia adparatus profuſiſque largitionibus. Quibus rebus effecit, ut utraque *Gallia, Citerior Ulteriorque*, *provincia* ipſi *in quinquennium*, cum quatuor legionibus, decerneretur.

14. Deinde ſatis intelligens *Cæſar*, & ab Urbe diutius ſe abfore, & quo majora eſſent populi in ſe collata beneficia, tanto graviorem fore invidiam; *Pompejo collocavit filiam*, quamquam Cæpioni jam ante deſponſatam; veritus amici etiam, propter nimios ſucceſ-

A. U. 695.

τους τῶν στασιωτῶν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ μέλλοντος ἔτους παρῆγε. καὶ ὕπατον μὲν ἀπέφηνεν Αὖλον Γαβίνιον, φίλον ἑαυτοῦ· Λευκίου δὲ Πείσωνος, τοῦ σὺν αὐτῷ μέλλοντος ὑπατεύσειν, τὴν θυγατέρα Καλπουρνίαν αὐτὸς ἤγετο· βοῶντος Κάτωνος, διαμαστροπεύεσθαι γάμοις τὴν ἡγεμονίαν. δημάρχους δὲ ᾕρειτο Οὐατίνιόν τε, καὶ Κλώδιον τὸν Καλὸν ἐπίκλην· ὅντινα, αἰσχρὰν ἐν ἱερουργίᾳ γυναικῶν ποτε λαβόντα ὑπόνοιαν ἐπὶ τῇ Καίσαρος αὐτοῦ γυναικὶ, ὁ μὲν Καῖσαρ οὐκ ἔκρινεν, ὑπεραρέσκοντα τῷ δήμῳ, καίπερ ἀποπεμψάμενος τὴν γυναῖκα· ἕτεροι δὲ διὰ τὴν ἱερουργίαν ἐς ἀσέβειαν ἐδίωκον, καὶ συνηγόρευε τοῖς διώκουσι Κικέρων· καὶ κληθεὶς ἐς μαρτυρίαν ὁ Καῖσαρ οὐ κατεῖπεν, ἀλλὰ καὶ τότε δήμαρχον ἐς ἐπιβουλὴν τοῦ Κικέρωνος ἀπέφηνε, διαβάλλοντος ἤδη τὴν συμφροσύνην τῶν τριῶν

*Lin.* 95. *παρῆγε carent Edd. Cand. Dederunt Aug. Ven. προῆγε adjiciendum propoſuerat Muſgrav. Ibid.* Γαουίνιον *h. l. MSSti, & ſic nonnumquam alibi. L.*96. τοῦ σὺν ἑαυτῷ *Edd. Recte Aug.*] *L.* 2. ἐπὶ Ἰουλίᾳ τῇ Καισ. α. γυν. *Edd. & MSSti noſtri.* Calfurniæ, Cæſaris uxoris cauſa *Cand. Alienum nomen delendum cenſui, præeunte Gelenio. L.* 6. διώκουσιν ὁ Κικέρων *Edd. Delevi artic. cum Aug. Reg. B. L.*8. συμφροσύνην *Aug. in contextu; vera lectio in ora libri.*

ſua, livorem. Præterea ſuæ factionis audaciſſimos ad magiſtratus in annum proximum capiendos promovit. Et *Conſulem* quidem *deſignavit A. Gabinium*, ex intimis amicis; cum *L. Piſone* autem, qui *collega* illius erat futurus, adfinitatem contraxit, filia ejus *Calpurnia* in matrimonium ducta: vociferante Catone, *nuptiis conſtuprari imperium. Tribunos* vero *plebis* legit *Vatinium*, & *Clodium*, cognomine *Pulcrum*; quem, haud ita multo ante, turpi ſuſpicione infamem adulteratæ inter muliebria ſacra uxoris ipſius Cæſaris, in judicium vocare, quod pergratus plebi eſſet, *Cæſar*, quamvis repudiata conjuge, noluerat; alii vero pollutarum cærimoniarum reum egerant, Cicerone accuſatoribus adſtipulante. Ipſe autem *Cæſar* tunc, teſtis citatus, nihil contra eum edixerat; & nunc tribunatum etiam plebis eidem demandandum curavit, in *Ciceronis* odium, qui jam *conſpirationem Triumvirorum*, ut periculoſam Reipublicæ, cœperat

Digitized by Google

τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἐς μοναρχίαν. οὕτω καὶ λύπης ἐκράτουν ὑπὸ χρείας, καὶ τὸν ἐχθρὸν εὐηργέτουν ἐς ἄμυναν ἑτέρου. δοκεῖ δὲ ὁ Κλώδιος ἀμείψασθαι πρότερος τὸν Καίσαρα, καὶ συλλαβεῖν ἐς τὴν τῆς Γαλατίας ἀρχήν. A. U.

XV. Τοσάδε μὲν δὴ Καῖσαρ ὑπατεύων ἔπραξε· καὶ 696.
τὴν ἀρχὴν ἀποθέμενος, ἐπὶ τὴν ἑτέραν εὐθὺς ἐξῄει. Κικέρωνα δὲ γράφεται Κλώδιος παρανόμων, ὅτι πρὸ δικαστηρίου τοὺς ἀμφὶ Λέντλον καὶ Κέθηγον ἀνέλοι. ὁ δὴ ἐς τὸ ἔργον ἐκεῖνο γενναιοτάτῳ λήματι κεχρημένος, ἀσθενέστατος ἐς τὴν δίκην ἐγίγνετο. καὶ ταπεινὴν ἐσθῆτα ἐπικείμενος, γέμων τε αὐχμοῦ καὶ ῥύπου, προσέπιπτεν οἷς ἐντύχοι κατὰ τοὺς στενωπούς, οὐδὲ τοῖς ἀγνῶσιν ἐνοχλεῖν αἰδούμενος· ὥστε αὐτῷ τὸ ἔργον, διὰ τὴν ἀπρέπειαν, ἀπὸ οἴκτου μεταπίπτειν ἐς γέλωτα. ἐς τοσοῦτο δειλίας περὶ μίαν οἰκείαν δίκην κατέπεσεν, ὃς τὸν ὅλον βίον ἐν ἀλλοτρίαις ἐξήταστο λαμπρῶς. οἷόν τι καὶ Δημοσθένη

*Lin. 9 ſq. mallem cum Gelenio* ἐκράτει *&* εὐηργέτει. *L.* 11. δὲ καὶ ὁ Κλώδ. *Edd. Conjunctionem omiſi cum Aug. & Cand. Ibid.* Κλαύδιος *Reg. B. L.* 14. *forte* τήνδε τὴν ἀρχὴν. *L.* 17. λήμματι *Edd. ex Reg. A.*

cœperat criminari. Sic offenſionem *Cæſar* deponebat, commoditatis cauſa; & alterum inimicorum beneficiis ſibi devinciebat, ut ulciſceretur alterum. Videtur tamen *Clodius* prior gratiam retuliſſe Cæſari, eumque in petitione Galliæ provinciæ adjuviſſe.

15. His in Conſulatu peractis, *Cæſar*, depoſito magiſtratu, protinus *in Galliam proconſul* profectus eſt. In Urbe vero *Clodius Ciceroni diem dixit*, quod contra leges publicas indemnatos ſuſtuliſſet *Lentulum Cethegum*que. Et *Cicero*, quam magno animo fortique egregium illud facinus peregerat, tam imbecilli abjectoque tulit intentatum ſibi judicium. Mutata veſte, ſordidus & ſqualore horridus, *ſuppliciter* per vias Urbis *ſollicitabat obvios* quoſque, non veritus ignotis quoque hac de cauſa negotium faceſſere; adeo nullo reſpectu decori, ut, dum miſerabilis vult videri, ridiculus fieret. *Eo timiditatis* in propria cauſa *prolapſus Cicero* eſt, qui per omnem vitam in alienis cauſis ſumma cum laude fuerat verſatus:

A. U. 696. Φασὶ τὸν Ἀθηναῖον οὐδ᾽ ὑποστῆναι τὴν ἑαυτοῦ δίκην, ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἀγῶνος φυγεῖν. Κλωδίου δὲ καὶ τὰς παρακλήσεις αὐτῷ σὺν ὕβρει διακόπτοντος ἐν τοῖς στενωποῖς, ἀπέγνω πάνθ᾽ ὁ Κικέρων· καὶ ἔφευγεν ἑκούσιον καὶ ὧδε φυγὴν, καὶ φίλων αὐτῷ πλῆθος συνεξῄει, καὶ ἡ βουλὴ συνίστη τὸν ἄνδρα πόλεσί τε καὶ βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις. Κλώδιος δ᾽ αὐτῷ τὴν οἰκίαν καὶ τὰς ἐπαύλεις ἐπικατέσκαπτεν. ἐπαιρόμενός τε ἐπὶ τῷδε, ἀντιπαρεβάλλετο ἤδη καὶ Πομπηΐῳ, τὸ μέγιστον ἐν τῇ πόλει κράτος ἔχοντι.

XVI. Ὁ δὲ Μίλωνα, τὸν σὺν τῷ Κλωδίῳ τὴν ἀρχὴν παραδεδεγμένον, θρασύτερον ὄντα τοῦ Κλωδίου, ἐς ὑπατείαν ἐπήλπιζε, καὶ ἤλειφεν ἐπὶ τὸν Κλώδιον, καὶ ψηφίσασθαι τῷ Κικέρωνι κάθοδον ἐκέλευεν· ἐλπίσας, τὸν Κικέρωνα ἐλθόντα, περὶ μὲν τῆς παρούσης πολιτείας οὐκέτι φθέγξεσθαι, μεμνημένον οἷα ἔπαθε, δίκας δὲ καὶ πράγματα ἐποίσειν τῷ Κλωδίῳ. Κικέρων μὲν δὴ, διὰ

*Lin. 28. ἐπέγνω Edd. Recte Aug. L. 31 ſq. ἐπαύλας edit. 1. L. 32. ἐπικατέσκαψεν Edd. Secus Aug. Ven. Reg. B. L. 37. καὶ ἤλειψεν Edd. Verum dedit Aug. quod & Muſgr. ex conject. propoſuerat. L. 40. φθέγξασθαι edit. 1. ex Reg. B.*

id quod & Athenis *Demoſtheni* ſimiliter accidiſſe fertur, qui, quum alios reos fortiter ſemper eſſet tutatus, ipſe reus urbe profugere, quam in judicio de ſalute certare, maluit. Quum vero preces etiam ſupplicis contumelioſe per vias interrumperet *Clodius*; *Cicero* quoque, ſicut olim Athenienſis orator, rebus omnibus deſperatis, ſponte in exilium abiit; amicorum turba comitatus, commendatuſque civitatibus, regibus atque regulis, datis a ſenatu literis. Tum vero *Clodius* domum ejus villaſque diruit inſuper; eoque facto tantum ſibi placebat, ut jam Pompejo quoque, qui tunc in Urbe potentiſſimus erat, ſeſe æquipararet.

16. Quare Pompejus *Milonem*, collegam Clodii, ſed audaciori etiam ingenio virum, ſpe conſulatus propoſita, *adverſus Clodium* concitavit, juſſitque aperire plebiſcito Ciceroni reditum; ratus, illum reverſum non amplius verba facturum de præſenti reipublicæ ſtatu, memorem quanto id ſibi conſtitiſſet; paratum autem fore Clodio adverſarium.

Digitized by Google

Πομπήιον ἐκπεσὼν, διὰ Πομπήϊον κατῄει, ἑκκαιδεκάτῳ μάλιστα μηνὶ τῆς ἐξελάσεως· καὶ αὐτῷ καὶ τὴν οἰκίαν καὶ τὰς ἐπαύλεις ἀνίστη τέλεσι κοινοῖς. λαμπρῶς δ' αὐτὸν περὶ τὰς πύλας ὑποδεχομένων πάντων, φασὶ περὶ τὰς δεξιώσεις τὴν ἡμέραν ὅλην (οἷόν τι καὶ Δημοσθένει συνέβη κατιόντι) ἀναλῶσαι. A. U. 697.

XVII. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἔν τε Κελτοῖς καὶ Βρεττανοῖς πολλὰ καὶ λαμπρὰ εἰργασμένος, ὅσα μοι περὶ Κελτῶν λέγοντι εἴρηται, πλούτου γέμων ἐς τὴν ὅμορον τῇ Ἰταλίᾳ Γαλατίαν, τὴν ἀμφὶ τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν, ἧκεν, ἐκ συνεχοῦς πολέμου τὸν στρατὸν ἀναπαύσων ἐπ' ὀλίγον. Ὅθεν αὐτῷ περιπέμποντι ἐς Ῥώμην πολλὰ πολλοῖς χρήματα, αἵ τε ἐτήσιοι ἀρχαὶ παρὰ μέρος ἀπήντων, καὶ οἱ ἄλλως ἐπιφανεῖς ἐς ἡγεμονίας ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἐξῄεσαν· ὡς ἑκατὸν μὲν ποτε καὶ εἴκοσι ῥάβδους ἀμφ' αὐτὸν γενέσθαι, βουλευτὰς δὲ πλείους διακοσίων, 698.

*Lin.* 42. *διὰ Πομπηΐου κατῄει videtur legendum, quod expreſſit Cand.* *L.* 43. *ἐξελεύσεως Edd. Melius Aug. Ven. Ibid. alterum καὶ, poſt καὶ αὐτῷ, adjeci ex Reg. B. & Ven. Ibid. forſan poſt καὶ αὐτῷ excidit nomen ἡ βουλή. L.* 55. *Mallem cum Muſgrav. καὶ ὅσοι ἄλλοι. Sic Cand.* quicunque illuſtres.

Atque ita *Cicero*, quum Pompeji cauſa in exilium fuiſſet actus, ejuſdem *Pompeji favore in patriam reſtitutus* eſt; menſe ferme XVI poſtquam diſceſſerat; & domus quoque & villas ſumtu publico inſtaurandas Pompejus curavit. Redeunti tanta gratulantium multitudo ad portas Urbis præſto fuit, ut vix integer dies officiis eorum excipiendis ſufficeret; quemadmodum etiam Demoſtheni olim contigerat, ab exilio revertenti.

17. Interea *Cæſar*, rebus in Gallia Britanniaque geſtis clariſſimus, quas in *rerum Gallicarum Hiſtoria* expoſuimus, divitiis refertus, *venit in Ciſalpinam Galliam*, ut a continuis bellis paullulum quietis exercitui concederet. Unde quum multis in Urbem multas miſiſſet pecunias; jam ei & annui magiſtratus populi Romani ſalutandi cauſa ibi occurrerunt, & alii provinciarum aut exercituum præfecturis illuſtres ad eumdem profecti ſunt: ut aliquando *CXX faſces circa Cæſarem* ſpectarentur,



Digitized by Google

A. U. 698. τοὺς μὲν, ἀμειβομένους ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγονότων, τοὺς δὲ χρηματιουμένους, τοὺς δ' ἄλλο τι τοιουτότροπον αὐτοῖς ἐξεργασομένους. Πάντα γὰρ ἤδη διὰ τούτου ἐπράσσετο, στρατιᾶς τε πολλῆς οὕνεκα, καὶ δυνάμεως χρημάτων, καὶ σπουδῆς ἐς ἅπαντας φιλανθρώπου. Ἀφίκοντο δ' αὐτῷ καὶ Πομπήϊος καὶ Κράσσος, οἱ κοινωνοὶ τῆς δυναστείας. καὶ αὐτοῖς βουλευομένοις ἔδοξε, Πομπήϊον μὲν καὶ Κράσσον αὖθις ὑπατεῦσαι, Καίσαρι δ' ἐς τὴν ἡγεμονίαν ὧν εἶχεν ἐθνῶν ἄλλην ἐπιψηφισθῆναι πενταετίαν. ὧδε μὲν ἀπ' ἀλλήλων διεκρίθησαν. Πομπηΐῳ δ' ἐς τὴν ὑπατείαν ἀντιπαρήγγελλε Δομίτιος Αἰνόβαρβος· καὶ τῆς κυρίας ἡμέρας ἄμφω κατήεσαν ἔτι νυκτὸς ἐς τὸ πεδίον ἐς τὴν χειροτονίαν. τῶν δ' ἀμφ' αὐτοὺς ἔριδες ἦσαν, καὶ συνεπλέκοντο, μέχρι τις τὸν Δομιτίου δᾳδοῦχον ἐπάταξε ξίφει. καὶ φυγὴ μετὰ τοῦτο ἦν, Δομίτιός τε αὐτὸς ἐς τὴν οἰκίαν διεσώζετο μόλις, καὶ Πομπηΐου

*Lin.* 62. ἐς ἅπαντα *Edd. Prætuli Aug. Ven.* *L.* 65 *ſq.* ἐς ἡγεμ. *Edd.* τὴν *dederunt Aug. & Reg. B.* *L.* 66. ἐψηφισθῆναι *Edd. Recte Aug. Reg. B.* *L.* 68. Αἰνοβάρβαρος *quatuor noſtri MSSti. Nam* Αἰνόβαρβος *in oru MS. Aug. a recenti utique manu eſt.* *L.* 70. τῶν ἀμφ' *Edd. Conjunctionem adjeci ex Aug. Reg. B.*

ſenatores vero plures ducentis, pars referentes gratiam, pars pecuniam ſibi ab illo quærentes, aut aliud hujuſmodi beneficium. Jam enim *unus omnia Cæſar poterat*, ſubnixus tantis copiis pecuniiſque, & alioquin comis erga omnes & ad bene merendum promtiſſimus. Inter ceteros ſalutatores fuerunt *Pompejus et Craſſus*, potentiæ ſocii. Cum quibus deliberatione de communibus commodis inſtituta, placuit, *Pompejum et Craſſum iterum creari Conſules*, *Cæſari imperium prorogari in aliud quinquennium*: atque ita hi digreſſi ſunt. Pompejo vero competitor exſtitit *Domitius Ænobarbus*: & ubi dies præſtituta adfuit, ambo ante lucem in campum deſcenderunt ad comitia; exortaque inter utriuſque catervam altercatione, ad manus ventum eſt. In ea rixa is qui Domitio facem præferebat, percuſſus eſt gladio: & mox facta fuga ægre domum ſuam ſalvus ſe recepit Domitius, Pompejique etiam veſtis cruenta domum eſt re-

τὴν ἐσθῆτα τινὲς ᾑμαγμένην ἔφερον οἴκαδε. παρὰ τοσοῦτον ἑκάτερος ἦλθε κινδύνου. A. U.

XVIII. Αἱρεθέντες δ' οὖν ὕπατοι Κράσσος τε καὶ Πομπήϊος, Καίσαρι μὲν (ὥσπερ ὑπέστησαν) τὴν ἑτέραν πενταετίαν προσεψηφίσαντο. τὰ δὲ ἔθνη διακληρούμενοι, καὶ στρατιὰν ἐπ' αὐτοῖς, ὁ μὲν Πομπήϊος εἵλετο Ἰβηρίαν τε καὶ Λιβύην· καὶ ἐς τάσδε τοὺς φίλους περιπέμπων, αὐτὸς ὑπέμεινεν ἐν Ῥώμῃ. ὁ δὲ Κράσσος Συρίαν τε καὶ τὰ Συρίας πλησίον, ἐπιθυμίᾳ πολέμου πρὸς Παρθυαίους, ὡς εὐχεροῦς δὴ καὶ ἐνδόξου καὶ ἐπικερδοῦς. Ἀλλὰ τῷδε μὲν ἐξιόντι τῆς πόλεως πολλά τε ἄλλα ἀπαίσια ἐγίγνετο, καὶ οἱ δήμαρχοι προηγόρευον μὴ πολεμεῖν Παρθυαίοις, οὐδὲν ἀδικοῦσιν· οὐ πειθομένῳ δὲ, δημοσίας ἀρὰς ἐπηρῶντο. ὧν ὁ Κράσσος οὐ φροντίσας, ἀπώλετο ἐν τῇ Παρθυήνῃ, σύν τε παιδὶ ὁμωνύμῳ καὶ αὐτῷ στρατῷ· μύριοι γὰρ οὐδ' ἐντελεῖς ἐκ δέκα μυριάδων ἐς Συρίαν διέφυγον. Ἀλλὰ τὴν μὲν Κράσσου συμφορὰν ἡ Παρθυακὴ δηλώσει γραφή. Ῥωμαῖοι δὲ, λιμῷ πιεζόμενοι, Πομπήϊον 699.

*Lin.* 84 *ſq.* ἐγίγνετο *abeſt ab Edd. dedit Aug.* *L.* 86. ἀρᾶς *Edd. Recte Aug.* *L.* 88. Παρθυίνῃ *Edd. Recte Aug.* *L.* 90. Παρθικῇ *Edd. ex Reg. A. Expreſſi Aug. & Reg. B.*

miſſa: tam prope uterque a periculo abfuit.

18. Jamque creati *Conſules Craſſus et Pompejus*, juxta pollicita, Cæſari decreverunt aliud quinquennium; ipſi provincias cum exercitibus *ſortiti* ſunt: *Pompejus Hiſpaniam et Africam;* quas per amicos rexit, ipſe manens in Urbe: *Craſſus Syriam* & regiones finitimas, *belli cupidus Parthici*, quod & facile & glorioſum & quæſtuoſum eſſe ſibi perſuaſerat. Sed *Craſſo* urbem egredienti multa infauſta obvenerunt omina, & interdicebant tribuni plebis, ne Parthis bellum inferret, qui nulla Romanos laceſſiſſent injuria. Qua re quum ille nihil moveretur, publicis exſecrationibus eum diris devoverunt. Quibus omnibus contemtis, periit *Craſſus in Parthia,* una cum cognomine filio & toto exercitu; nam ex centum millibus vix decem millia refugerunt in Syriam. Verum hæc *Craſſi clades* in *Libro de Rebus Parthicis* exponetur. Romæ autem *populus*, quum



Digitized by Google

A. U. εἵλοντο τῆς ἀγορᾶς αὐτοκράτορα εἶναι· καί οἱ, καθάπερ ἐπὶ τῶν λῃστηρίων, εἴκοσιν ἀπὸ τῆς βουλῆς ὑπηρέτας ἔδωκαν. ὁ δὲ αὐτοὺς ὁμοίως ἐς τὰ ἔθνη διαθεὶς ἐπέτρεχε, καὶ τὴν Ρώμην αὐτίκα ἐνέπλησεν ἀγορᾶς δαψιλοῦς. ὅθεν ἔτι μᾶλλον ἐς μέγα δόξης ἐπῆρτο καὶ δυνάμεως.

700. XIX. Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου καὶ ἡ Καίσαρος θυγάτηρ κύουσα τῷ Πομπηΐῳ θνήσκει. καὶ δέος ἅπασιν ἐνέπιπτεν, ἀνῃρημένης τῆς ἐπιγαμίας, ὡς αὐτίκα μεγάλοις στρατοῖς Καίσαρός τε καὶ Πομπηΐου διοισομένων ἐς ἀλλήλους, ἀσυντάκτου μάλιστα καὶ χαλεπῆς ἐκ πολλοῦ γεγενημένης τῆς πολιτείας. αἵ τε γὰρ ἀρχαὶ κατὰ στάσιν ἢ δωροδοκίαν, σπουδῇ τε ἀδίκῳ, καὶ λίθοις ἢ ξίφεσι, καθίσταντο, καὶ τὸ δεκάζειν ἢ δωροδοκεῖν ἀναισχύντως τότε μάλιστα ἐπλεόνασεν· ὅ τε δῆμος αὐτὸς ἔμμισθος ἐπὶ τὰς χειροτονίας ᾔει. ὤφθη δέ που καὶ μεσεγγύημα ταλάντων ὀκτακοσίων ὑπὲρ τῆς ἐπωνύμου γενόμενον ἀρχῆς. οἵ τε ἀνὰ ἔτος ἕκαστον ὕπατοι στρατεύειν μέν που

fame laboraret, *Pompejum annonæ præfecerat* cum ſummo imperio; eique, ſicut prius in bello Piratico, viginti ex ſenatu miniſtros addiderat. Quibus ſimiliter circa provincias dimiſſis, ipſe quoque paſſim ad res inſpiciendas profectus, brevi urbem omnigenis copiis rerum ad victum pertinentium replevit: & hinc quoque novum, neque exiguum illud, tam gloriæ quam potentiæ incrementum Pompejo acceſſit.

19. Eo tempore *Cæſaris filia*, prægnans ex *Pompejo*, *fato functa eſt*: unde metus continuo omnes invaſit, fore, ut ſublata adfinitate Cæſar & Pompejus mox inter ſe magnis exercitibus conflictarentur; *turbatis* præſertim *jamdudum rationibus reipublicæ*. Nam & magiſtratus per factiones largitioneſve, improbis ſtudiis, interdum ſaxis etiam gladiiſque, conſtituebantur; largitioneſque nullo pudore cohibente frequentabantur, & populus venales in comitiis præbebat operas: namque etiam inventus eſt, qui *pro obtinendo Conſulatu* DCCC *talenta apud ſequeſtros deponeret*. Præterea ſingulorum annorum conſulibus nulla ſpes relicta erat

καὶ πολεμεῖν ἀπεγίνωσκον, διακλειόμενοι τῇ δυναστείᾳ τῶνδε τῶν τριῶν ἀνδρῶν. ὅσοι δ᾽ ἦσαν αὐτῶν ἀτοπώτεροι, κέρδος ἀντὶ τῶν στρατειῶν ἐτίθεντο τὰ κοινὰ τῆς πόλεως, καὶ τὰς τῶν ἰδίων διαδόχων χειροτονίας. οἱ δ᾽ ἀγαθοὶ διὰ ταῦτα καὶ πάμπαν ἐξέλιπον τὸ ἄρχειν· ὥστε ποτὲ καὶ μῆνας ὀκτὼ τὴν πόλιν ἄναρχον, ἐκ τῆς τοιᾶσδε ἀσυνταξίας, γενέσθαι· Πομπηίου πάνθ᾽ ὑπερορῶντος ἐπίτηδες, ἵνα ἐν χρείᾳ γένοιντο δικτάτωρος. A. U. 701.

XX. Καὶ πολλοὶ τοῦτο ἐς ἀλλήλους διελάλουν, ὅτι μόνον ἂν γένοιτο φάρμακον ἐπὶ τοῖς παροῦσι κακοῖς ἡ μόναρχος ἐξουσία. χρῆναι δ᾽ ἑλέσθαι δυνατὸν ὁμοῦ καὶ ἤπιον· ἐνσημαινόμενοι τὸν Πομπήιον, στρατιᾶς τε ἄρχοντα ἱκανῆς, καὶ φιλόδημον εἶναι δοκοῦντα, καὶ τὴν βουλὴν ἄγοντα διὰ τιμῆς, καὶ τὸν βίον ἐγκρατῆ καὶ σώφρονα, περί τε τὰς ἐντεύξεις εὐπρόσιτον ἢ ὄντα ἢ νομιζόμενον εἶναι. Ὁ δὲ τὴν προσδοκίαν τήνδε λόγῳ μὲν ἐδυσχέραινεν,

*Lin.* 10. *διακωλυόμενοι margo Reg. B. manu Guil. Budæi.* *L.* 12. *τῶν, ad στρατειῶν, adjeci ex Aug.* *Ib. στρατιῶν Aug.* exercituum loco *Cand. ἀντὶ στρατιωτῶν Reg. B.* *L.* 14. *ἐξέλειπον edit.* 2. 3. *L.* 17. *ἐπιτηδὲς Edd. ex Reg. A.* *L.* 21. *ἐνσημαινόμενος edit.* 1.

bellum uſquam gerendi, aut ductandi exercitum, quod excluderentur *Triumvirorum potentia*. Quique ex his flagitioſiores erant, hi lucra captabant ex publica pecunia, aut ex ſucceſſorum ſuorum deſignationibus: boni vero, his de cauſis, in univerſum a magiſtratibus abſtinebant. Ita factum eſt, ut ſtatu tam perturbato *per octo menſes* aliquando *abſque Conſulibus* fuerit *reſpublica*; Pompejo ad omnia connivente de induſtria, ut Dictatore opus haberent.

20. Atque id jam paſſim audiebatur in circulis „non aliud ſupereſſe præſentibus malis remedium, niſi ut refugiatur ad *unius Viri principatum*; ſed opus eſſe viro, qui cum potentia lenitatem conjungeret." Quibus verbis ſubindicabatur ipſe *Pompejus*; quod & amplis copiis cum imperio præeſſet, & videretur amator plebis, ac ſenatus cultor, moderatus in omni vita temperanſque, denique aditu facilis, & comitate quadam, ſeu vera ſeu ficta, amabilis. Iſtam igitur de *Dictatura* exſpectationem verbis quidem *Pompejus* averſabatur, indignanti ſimilis; clam autem

A. U. ἔργῳ δ᾽ ἐς αὐτὴν πάντα ἔπραττεν ἀφανῶς, καὶ τὴν ἀσυνταξίαν τῆς πολιτείας καὶ ἀναρχίαν ἐπὶ τῇ ἀσυνταξίᾳ ἑκὼν ὑπερεώρα. Μίλωνός τε, τὰ ἐς Κλώδιον ὑπηρετήσαντος αὐτῷ, καὶ ἀρεσκομένου τῷ δήμῳ διὰ τὴν Κικέρωνος κάθοδον, ὑπατείαν ὡς ἐν καιρῷ παρὰ τήνδε τὴν
702. ἀναρχίαν μετιόντος, ἀποδιέτριβε τὰς χειροτονίας· μέχρι βαρυθυμῶν ὁ Μίλων, ὡς καὶ περὶ αὐτὸν ἀπίστου γιγνομένου τοῦ Πομπηΐου, ἐς τὴν πατρίδα Λανούβιον ἐξῄει· ἣν Διομήδη φασὶν, ἀλώμενον ἐξ Ἰλίου, πρώτην ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πόλιν οἰκίσαι· καὶ εἰσὶν ἀπὸ Ῥώμης ἐς αὐτὴν στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατόν.

XXI. Κλωδίου δ᾽ ἐξ ἰδίων χωρίων ἐπανιόντος ἐπὶ ἵππου, καὶ περὶ Βοΐλλας ἀπαντήσαντος αὐτῷ· οἱ μὲν κατὰ τὴν ἔχθραν ὑπείδοντο μόνον ἀλλήλους, καὶ παρώδευσαν· θεράπων δὲ τοῦ Μίλωνος ἐπιδραμὼν τῷ Κλωδίῳ, εἴτε

*Lin.* 30 *ſq.* παρὰ τήνδε τὴν ἀρχὴν *Edd. Recte Aug. Ven. In Aug. quidem primum etiam fuerat* ἀρχὴν; *ſed ab eadem manu mox emendatum. L.* 31. τῆς χειροτ. *Edd.* τὰς ded. *Aug. Ven. L.* 32. περὶ αὐτὸν *edit.* 2. 3. *Ibid. ſq.* γενομένου *Edd.* γενομένου *Reg. B. Prætuli Aug. L.* 33. Λαβουΐνιον *Edd. & MSS. noſtri: quod, quamquam* Lavinium *det Candidus, tamen ex* Λανούβιον *potius, quam ex* Λαβουΐνιον, *corruptum credere fas eſt. L.* 34. ἀλόμενον *edit.* 1. *ex quo* ἀλόμενον *factum in edit.* 2. 3. *Verum dedit Aug. L.* 35. οἰκῆσαι *Edd. Prætuli Aug.*

modis omnibus id agebat, ut eo res perveniret; & turbatum illum reipublicæ ſtatum, interregnumque quod ad illas turbas accedebat, lubens patiebatur. Quin &, quum *Milo*, cujus opera Clodium depreſſerat, & ſummo adplauſu populi Ciceronem reduxerat, conſulatum commodo tunc tempore, per interregnum illud, peteret; eo uſque remoratus comitia eſt, donec *Milo* pertæſus, dolenſque Pompeji erga ſe quoque perfidiam, in patriam ſuam *Lanuvium* ſeceſſit: quam *Diomedes* fertur, poſt captum Ilium oberrans, primam in Italia urbem condidiſſe, diſſitam a Roma ad decimum nonum fere lapidem.

21. Forte tum *Clodius* e villa ſua in Urbem equo vehebatur. Quumque circa Bovillas *Miloni* eſſet obviam factus; primum quidem non niſi ſuſpicioſis oculis, pro mutua inimicitia, ſeſe intuentes, prætererunt; deinde vero *Milonis famulus invaſit Clodium*,

Digitized by Google

κεκελευσμένος, εἴθ᾽ ὡς ἐχθρὸν δεσπότου κτείνων, ἐπάταξεν ἐς τὸ μετάφρενον ξιφιδίῳ. καὶ τὸν μὲν αἵματι ῥεόμενον ἐς τὸ πλησίον πανδοκεῖον ὁ ἱπποκόμος ἐσέφερεν. ὁ δὲ Μίλων μετὰ τῶν θεραπόντων ἐπιστὰς, ἔτι ἔμπνουν, ἢ καὶ νεκρὸν, ἐπανεῖλεν· ὑποκρινόμενος μὲν οὐ βουλεῦσαι τὸν φόνον, οὐδὲ προστάξαι· ὡς δὲ κινδυνεύσων ἐξάπαντος, ἠξίου τὸ ἔργον οὐκ ἀτελὲς καταλιπεῖν. Περιαγγελθέντος δ᾽ ἐς Ῥώμην τοῦ πάθους, ὁ μὲν δῆμος ἐκπλαγεὶς ἐν ἀγορᾷ διενυκτέρευε, καὶ τὸ σῶμα τινες τοῦ Κλωδίου μεθ᾽ ἡμέραν προύθεσαν ἐπὶ τῶν ἐμβόλων. ἁρπάσαντες δ᾽ αὐτὸ τῶν τε δημάρχων ἔνιοι, καὶ οἱ φίλοι τοῦ Κλωδίου, καὶ πλῆθος ἄλλο σὺν ἐκείνοις, ἐς τὸ βουλευτήριον ἐκόμισαν· εἴτε ἐπὶ τιμῇ, βουλευτικοῦ γένους ὄντα, εἴτε ἐς ὄνειδος τῆς βουλῆς τοιάδε περιορώσης. καὶ τῶν παρόντων οἱ προπετέστεροι τὰ βάθρα καὶ τοὺς θρόνους τῶν βουλευτῶν συμφορήσαντες, ἧψαν αὐτῷ πυρὰν, ὑφ᾽ ἧς τό τε

A. U. 702.

*Lin. 40 ſq.* Κλωδ. εἴθ᾽ ὡς κεκελ. *Edd. Recte Aug. Ven.* *L.* 41. κεκελευμένος *Edd. Inſerui* σ *cum Aug. Ibid. Forte* κτενῶν. *L.* 42. αἵματι ῥαινόμενον *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 46. ἐξ ἅπαντος *Edd. Expreſſi Aug.* *L.* 47. οὐκ, ad ἀτελὲς, *carent Edd. & Cand. puto & Ven. Dedit Aug.* *L.* 51. τοῦ, *ad* Κλωδίου, *caret Reg. B.* *L.* 53. ἐπὶ τιμῆς *Aug.*

ſive juſſus, ſive ut inimicum domini tolleret; & gladium per dorſum in pectus eidem adegit. Quem poſtquam cruentum curator equi ſervus detulit in proximum diverſorium; inſequens *Milo* cum ſuis, incertum ſpirantem adhuc, an exanimem, *confecit*; præ ſe ferens, quaſi nec jubente ſe nec volente cædes patrata eſſet; nolens tamen facinus imperfectum relinquere, ob quod quovis modo ſibi ſubeundum periculum noverat. Hujus caſus rumore urbana plebs attonita, in foro pernoctavit: & poſtquam illuxit, corpus defuncti pro Roſtris eſt poſitum; quod mox aliquot tribuni plebis, adjuvantibus *Clodii* amicis & forenſi multitudine, tranſtulerunt in curiam; ſive in honorem viri ſenatorii, ſive in ſenatus ipſius contumeliam, qui ad talia conniveret. Ibi aliquot petulantiores, congeſtis ſubſelliis ſedibuſque ſenatorum, exſtruxerunt rogum, ignemque ſubjecerunt: quo



Digitized by Google

A. U. 702. βουλευτήριον καὶ πολλαὶ τῶν πλησίον οἰκίαι τῷ Κλωδίῳ συγκατεφλέγησαν.

XXII. Μίλωνι δὲ θράσος τοσόνδε περιῆν, ὡς οὐ δεδιέναι περὶ τῷ φόνῳ μᾶλλον, ἢ ἀγανακτεῖν ἐπὶ τῇ Κλωδίου περὶ τὴν ταφὴν τιμῇ. θεραπόντων οὖν καὶ ἀνδρῶν ἀγροίκων πλῆθος ἀθροίσας, καὶ ἐς τὸν δῆμον περιπέμψας χρήματα, τῶν τε δημάρχων Μάρκον Καίλιον πριάμενος, ἐς τὴν πόλιν κατῄει θρασύτατα. καὶ αὐτὸν ὁ Καίλιος εὐθὺς ἐσιόντα εἷλκεν ἐς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς παρ' αὐτοῦ δεδωροδοκηκότας, ὥσπερ ἐπ' ἐκκλησίαν· ὑποκρινόμενος μὲν ἀγανακτεῖν, καὶ οὐ διδόναι τῆς δίκης ἀναβολήν, ἐλπίζων δέ, εἰ αὐτὸν οἱ παρόντες μεθεῖεν, ἐκλύσειν τὴν δίκην τὴν ἀληθεστέραν. Καὶ Μίλων μὲν οὐ βουλεῦσαι τὸ ἔργον εἰπών, (οὐ γὰρ ἂν μετὰ σκευῆς καὶ γυναικὸς ἐπὶ ταῦτα ὁρμῆσαι) τὸν λοιπὸν λόγον κατὰ τοῦ Κλωδίου διετίθετο, ὡς θρασυτάτου δή, καὶ φίλον θρασυτάτων,

*Lin.* 63. *l.* 64. & *l.* 75 *ſq.* Κεκίλιον & Κεκίλιος *Edd. MSS.* & *Cand.* *Correxi mendam.* *L.* 66. ἐπ' *caret Reg. B.* *L.* 71. τὸν λοιπὸν χρόνον διετιθ. *Edd. Verum dedit Aug.* *L.* 72. φίλων θρασυτ. *Edd.* & *MSS. mendoſe, quod correxi.*

*una cum Clodii cadavere curia conflagravit*, & aliquot contiguæ privatorum ædes.

22. [i] *Miloni* autem tanta inerat confidentia, ut non tam cædis pœnam metueret, quam indignaretur talem honorem haberi *Clodii* cadaveri. Adjunctis igitur ad domeſticorum manum ruſticis hominibus, & largitionibus plebe conciliata, ſimulque mercede conducta *M. Cælii* tribuni plebis opera, ſumma audacia in Urbem eſt reverſus. Quem mox de via *Cælius* in forum pertraxit, cauſam dicturum apud eos quos corruperat, tamquam apud concionem legitimam: ſimulans quidem, ſe per iram nolle dilationem concedere; ſed re vera ſperans, ſi reus præſens periculum evaderet, non ſubiturum ſeverius judicium. *Milo*, præfatus „ inconſulto patratum hoc facinus, alioqui non adgreſſurum illud fuiſſe impeditum comitatu uxorio," reliquam orationem abſumſit ingerendis in *Clodium* conviciis, ut hominem perditæ audaciæ, & perditiſſimorum hominum familiarem, qui una cum ipſius cadavere curi-

Digitized by Google

οἱ καὶ τὸ βουλευτήριον ἐπικατέπρησαν αὐτῷ. Ἔτι δ' αὐτοῦ λέγοντος, οἵ τε λοιποὶ δήμαρχοι, καὶ τοῦ δήμου τὸ ἀδιάφθορον, ὁπλισάμενοι ἐνέβαλλον ἐς τὴν ἀγοράν. Καίλιος μὲν δὴ καὶ Μίλων, δούλων ἐσθῆτας ὑποδύντες, ἀπέδρασαν. πολὺς δὲ τῶν ἄλλων ἐγίγνετο φόνος, οὐ τοὺς Μίλωνος ἔτι φίλους ἐρευνώντων, ἀλλὰ τὸν ἐντυγχάνοντα ἀναιρούντων, ἀστὸν ὁμοῦ καὶ ξένον, καὶ μάλιστα ὅσοι ταῖς ἐσθῆσιν ἢ σφραγῖσιν ἀπὸ χρυσοῦ διέφερον. ὡς γὰρ ἐν ἀσυντάκτῳ πολιτείᾳ, σὺν ὀργῇ, καὶ προφάσει τοῦδε τοῦ θορύβου προσπεσόντος, θεράποντές τε ὄντες οἱ πλείους, καὶ ὡπλισμένοι κατὰ ἀνόπλων, ἐς ἁρπαγὰς ἐτράποντο. ἔργον τε οὐδὲν αὐτοῖς ἀπῆν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' οἰκίας ἐφέροντο, καὶ περιϊόντες ἠρεύνων, ἔργῳ μὲν, τὰ εὔληπτα σφίσιν ἅπαντα, λόγῳ δὲ, τοὺς φίλους τοῦ Μίλωνος· πρόφασίς τε ἦν αὐτοῖς, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, καὶ πυρὸς καὶ λίθων καὶ παντὸς ἔργου, Μίλων.

A. U. 702.

XXIII. Ἡ βουλὴ δὲ συνῄει μετὰ δέους, καὶ ἐς τὸν Πομπήϊον ἀφεώρων, ὡς αὐτίκα σφῶν ἐσόμενον δικτάτω-

*Lin.75.* ἀδιάφορον *Reg.B. mend. Ibid. ſq. Forte* Καὶ Καίλιος. *L.78.* τὸν ἐντυχόντα *Edd. Prætuli Aug. L.82. an* προσπεσόντες? *L.83.* ὁπλισάμενοι κατὰ ἀνοπλ. *Aug. mend. L.85.* περιόντες *Regii. Ibid.* ἠρεύνουν *edit. 1.*

am etiam concremaſſent. Quo adhuc concionante, reliqui tribuni plebis, & incorrupta pars civium, armati in forum irrupere. Tum *Cælius* quidem & *Milo*, ſervili habitu elapſi, aufugere: nihilominus vero aliorum magna ſtrages eſt edita, dum non jam Milonis amici requiruntur, ſed paſſim ſævitur in cives & exteros, ut quiſque in manus venerat, præſertim in inſigniores veſtitu aureiſque annulis. Sublata enim omni reipublicæ forma, indulgebatur iræ per tumultus occaſionem: & quia plerique ſervilis conditionis erant, & armati adverſus inermes; ad rapinas verſi, nullo flagitio abſtinentes, per domos diſcurrebant, ſcrutantes revera quidquid eſſet aſportatu facile, ſed cauſam interferentes, quæri a ſe Milonis amicos. Eodemque prætextu per aliquot dies, igni, ſaxis, variis denique facinoribus, ſævitum eſt.

23. *Senatus* vero in curiam metu excitus, *in Pompejum intentus* erat, quaſi jamjam dictatorem futurum: quod re-

Digitized by Google

A. U. 702. ρα· χρῄζειν γὰρ αὐτοῖς ἐφαίνετο τὰ παρόντα τοιᾶσδε θεραπείας. Κάτωνος δὲ αὐτοὺς μεταδιδάξαντος, ὕπατον εἵλοντο χωρὶς συνάρχου, ὡς ἂν ἔχοι τὴν μὲν ἐξουσίαν δικτάτωρος, ἄρχων μόνος, τὴν δὲ εὐθυναν ὑπάτου. Καὶ πρῶτος ὑπάτων ὅδε ἔθνη τε δύο μέγιστα καὶ στρατιὰν ἔχων καὶ χρήματα, καὶ τὴν τῆς πόλεως μοναρχίαν, διὰ τὸ μόνος ὕπατος εἶναι· Κάτωνα μὲν ἐψηφίσατο, ἵνα μὴ παρὼν ἐνοχλοίη, Κύπρον ἀφελέσθαι Πτολεμαίου βασιλέως· νενομοτεθημένον ἤδη τοῦτο ὑπὸ Κλωδίου, ὅτι οἱ ποτε ἁλόντι ὑπὸ λῃστῶν ὁ Πτολεμαῖος ἐς λύτρα ὑπὸ σμικρολογίας δύο τάλαντα ἐπεπόμφει. Κάτων μὲν δὴ καθίστατο Κύπρον, Πτολεμαίου τὰ χρήματα ῥίψαντος ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ ἑαυτὸν ἐξαγαγόντος, ἐπεὶ τῶν ἐψηφισμένων ἐπύθετο. Ὁ δὲ Πομπήιος δίκας προυτίθει τῶν τε ἄλλων ἁμαρτημάτων, καὶ μάλιστα δωροδοκίας καὶ δεκασμοῦ. ἐδόκει γὰρ ἐντεῦθεν αὐτῷ νοσεῖν τὰ κοινὰ ἀρ-

*Lin.* 97. ὕπατος εἶναι. Κάτων μὲν *Edd. Secus Aug. quem ſecutus ſum.*
*L.* 1. μικρολογίας *Edd. Prætuli Aug.*

medium res ipſa poſtulare videbatur. Id autem Cato diſſuadens, traduxit Patres in ſuam ſententiam, ut eum *Conſulem abſque collega* crearent: quo poteſtatem quidem haberet dictatoriam, ſolus res omnes moderans, rationi tamen reddendæ eſſet obnoxius, more veterum. Hoc pacto quum *Pompejus* (quod nulli ante eum Conſuli contigerat) ſimul duas maximas provincias & exercitum pecuniaſque haberet, ſimul in Urbe, ut qui ſine collega Conſul eſſet, ſolus dominaretur; *Catonem*, ne in Urbe præſens moleſtias ei crearet, ex Senatusconſulto *in Cyprum* mittendum curavit, *ut* ejus inſulæ *imperium adimeret Ptolemæo* Regi; in quam quidem rem jam lex fuerat perlata, rogatione Clodia, eo quod *Ptolemæus Clodio* quondam, a piratis capto, in redemtionem duo tantum talenta præ avaritia contulerat. Et *Cato* quidem *res Cyprias ordinavit*; quum jam rex pecuniam projeciſſet in mare, ſibique ipſe manus intuliſſet, quamprimum decretum S. P. Q. R. cognoverat. *Pompejus* vero per id tempus *judicia propoſuit*, cum de aliis criminibus, tum præcipue *de* munerum corruptelis ac *largitionibus*. Videbantur enim ei ex hoc, ceu fonte, nata eſſe mala

Digitized by Google

ξάμενα, ἐν τούτῳ καὶ τὴν ἴασιν ἕξειν ταχεῖαν. νόμῳ τε ὥριζεν, ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ τοπρῶτον ὑπατείας ἐς τὸ παρὸν, εὐθύνειν τὸν ἐθέλοντα. καὶ ἦν ὁ χρόνος ὀλίγῳ μείων ἐτῶν εἴκοσιν, ἐν ᾧ καὶ ὁ Καῖσαρ γεγένητο ὕπατος. Τῶν οὖν φίλων τοῦ Καίσαρος ὑπονοούντων, ἐς ὕβριν ἢ ἐς ἐπήρειαν αὐτὸν τοῦ Καίσαρος ὧδε πολὺ τοῦ χρόνου προλαβεῖν, καὶ παραινούντων τὸ παρὸν διορθοῦσθαι μᾶλλον, ἢ τὸ παρελθὸν ἐνοχλεῖν ἐπ᾽ ἀνδράσι τοσοῖσδε ἀξιολόγοις, ἐπονομαζόντων δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ τὸν Καίσαρα· ὁ Πομπήϊος ἀμφὶ μὲν τοῦ Καίσαρος ἠγανάκτει, ὡς ἀμείνονος ὄντος ὑποψίας, ἐπεὶ καὶ τὴν ἑαυτοῦ δευτέραν ὑπατείαν τῷ χρόνῳ περιλαμβάνεσθαι· πολὺ δὲ ἀναλαβεῖν ἔλεγεν, ἐς ἀκριβῆ διόρθωσιν ἐπιτετριμμένης ἐκ πολλοῦ τῆς πολιτείας. *A. U. 702.*

XXIV. Τοιαῦτα δ᾽ εἰπών, ἐκύρου τὸν νόμον. Καὶ πλῆθος ἦν αὐτίκα δικῶν ποικίλων. ἵνα τε μὴ δείσειαν

*Lin. 8.* ἔν τε τούτῳ *legendum putavit Muſgrav.* *L. 9.* τὸ πρῶτον *Edd. Libuit exprimere Aug.* *L. 17.* ἀμύμονος *Edd. invit. MSS.* ἀμειμόμονος *Reg. A. Recte Aug. Reg. B.*

publica, & proinde hoc curato ſecuturam ſanitatem celerem: tulitque legem, ut „ liceret, cuicumque libuiſſet, ad rationem actorum reddendam citare hos, qui ex eo tempore quo ipſe primum Conſul fuerat, uſque in præſentem conſulatum, magiſtratus geſſiſſent." Erat autem id tempus annorum pæne viginti; atque Cæſaris quoque conſulatum complectebatur. Quod quum Cæſaris amici *in* ipſius *Cæſaris contumeliam* injuriamve factum ſuſpicarentur, ut tam longe repeteret elapſa tempora; hortabantur *Pompejum*, ut præſentibus incommodis potius mederetur, quam ob præterita moleſtus eſſet tot haud contemnendis viris, in quibus & *Cæſarem* nominabant. At *Pompejus*, indignatus mentione *Cæſaris* „ ut qui ſuſpicione iſta eſſet ſuperior; ceterum & ſuum ipſius alterum conſulatum eodem temporis decurſu, ajebat, contineri: multum autem retro temporis ſeſe eſſe complexum, quod id multum referret ad adcuratam correctionem adtritæ tot malis reipublicæ."

24. His dictis *Pompejus* legem ſanxit: moxque ſecutæ ſunt *variæ lites*: & ut liberi a metu eſſent judices, *ipſe præ-*

A. U. 702. οἱ δικασταὶ, αὐτὸς αὐτοὺς ἐπώπτευε, στρατιὰν περιστησάμενος. Καὶ πρῶτοι μὲν ἀπόντες ἑάλωσαν, Μίλων τε ἐπὶ Κλωδίου φόνῳ, καὶ Γαβίνιος παρανομίας ὁμοῦ καὶ ἀσεβείας, ὅτι χωρὶς ψηφίσματος ἐς Αἴγυπτον μετὰ στρατιᾶς ἐσέβαλεν, ἀπαγορευόντων τῶν Σιβυλλείων· Ὑψαῖος δὲ καὶ Μέμμιος καὶ Σέξτος, καὶ ἕτεροι πλείονες, ἐπὶ δωροδοκίαις ἢ πλήθους δεκασμῷ. Σκαῦρον δὲ τοῦ πλήθους παραιτουμένου, ἐκήρυξεν ὁ Πομπήϊος ὑπακοῦσαι τῇ δίκῃ· καὶ πάλιν τοῦ δήμου τοὺς κατηγόρους ἐνοχλοῦντος, σφαγή τις ἐκ τῶν Πομπηΐου στρατιωτῶν ἐπιδραμόντων ἐγένετο. καὶ ὁ μὲν δῆμος κατεσιώπησεν, ὁ δὲ Σκαῦρος ἑάλω· καὶ πάντων φυγὴ κατέγνωστο, Γαβινίου δὲ καὶ δήμευσις ἦν ἐπὶ τῇ φυγῇ. Καὶ τάδε ἡ βουλὴ λαμπρῶς ἐπαινοῦσα, δύο τε ἄλλα τέλη καὶ χρόνον ἐς τὴν ἀρχὴν τῶν ἐθνῶν ἕτερον τῷ Πομπηΐῳ προσεψηφίσαντο. Μέμμιος δὲ ἁλοὺς ἐπὶ δεκασμῷ, τοῦ νόμου τοῦ Πομπηΐου διδόντος αὐτῷ, φήναντι ἕτερον, ἀφεῖσθαι τῆς καταδίκης, τὸν πενθερὸν τοῦ Πομπηΐου Λεύκιον Σκιπίωνα προεκαλέ-

*Lin.* 28. Σίξτος *Aug.* *L.* 34. καὶ ὑπὸ πάντων φυγὴ *Edd.* & *MSS. noſtri.* de omnibus *Cand.* *Præpoſitionem cum Muſgravio delendam cenſui.*

*erat,* circumpoſita militum manu. Primi omnium abſentes *damnati ſunt: Milo, homicidii; Gabinius*, juris humani divinique violati, *quod abſque S. C. Ægyptum intraſſet cum exercitu*, contra Sibyllina monita; *Hypſæus* vero, *Memmius*, *Sextius*, cum aliis compluribus, *ambitus*. Pro *Scauro* plebem deprecantem *Pompejus* per præconem admonuit, exſpectarent ſententiam judicum: quumque nihilominus obſtreperent accuſatoribus, milites Pompejani impetu facto confoderunt nonnullos. Ita ſilentio reddito, condemnatus eſt *Scaurus*, & cum ceteris omnibus in exilium miſſus. Gabinius bonis quoque mulctatus eſt inſuper. Senatus, mirifice collaudato harum rerum cauſa *Pompejo*, duas alias legiones ei addidit, & in provinciis prorogavit imperium. Memmius vero unus ex eis qui ambitus erant damnati, lege Pompeja impunitatem concedente indicanti alterum, ſocerum ipſius Pompeji *L. Scipionem* in jus vo-

Digitized by Google

σατο ἐς ὁμοίαν δεκασμοῦ δίκην. καὶ ἐπὶ τῷδε τοῦ Πομπηΐου τὴν τῶν κρινομένων ἐσθῆτα μεταλαβόντος, πολλοὶ καὶ τῶν δικαστῶν μετελάμβανον. ὀλοφυράμενος οὖν ὁ Μέμμιος τὴν πολιτείαν, διέλυσε τὴν δίκην. A. U. 702.

XXV. Καὶ ὁ Πομπήϊος, ὡς ἤδη τὰ χρῄζοντα τῆς μοναρχίας διωρθωμένος, τὸν Σκιπίωνα σύναρχον ἐς τὸ λοιπὸν τοῦ ἔτους ἐποιεῖτο. Καὶ μετὰ τοῦθ' ἑτέρων ἐς τὴν ἀρχὴν καθισταμένων, οὐδὲν ἧττον ἐφεώρα καὶ ἐδυνάστευε· καὶ πάντ' ἦν ἐν Ῥώμῃ τότε Πομπήϊος. ἡ γὰρ εὔνοια τῆς βουλῆς μάλιστα ἐς αὐτὸν ἐποίει, ζήλῳ τε τοῦ Καίσαρος, ἐς οὐδὲν αὐτῇ παρὰ τὴν ἰδίαν ὑπατείαν κεχρημένου, καὶ ὅτι νοσοῦσαν ὁ Πομπήϊος τὴν πολιτείαν ὀξέως ἀναλάβοι, καὶ οὐδενὶ σφῶν παρὰ τὴν ἀρχὴν φορτικὸς ἢ ἐπαχθὴς γένοιτο. Τῶν δὲ φυγάδων ἐς τὸν Καίσαρα ἰόντων ἀθρόων, καὶ παραινούντων φυλάσσεσθαι τὸν Πομπήϊον, ὡς τὸν νόμον τοῦ δεκασμοῦ μάλιστα θέμενον ἐπ' ἐκείνῳ· τούσδε μὲν ὁ Καῖσαρ παρηγόρει, καὶ τὸν Πομπήϊον εὐφήμει· τοὺς δὲ δημάρχους ἔπεισεν εἰσηγήσασθαι νόμον,

*Lin. 46. διωρθώμενος edit. 2. 3. errore accentus; in quo, neſcio quo caſu, conſentit Aug. L. 56. ἐπ' ἐκείνων Aug. male.*

cavit, reum pariter ambitus. Quo facto quum Pompejus veſtem mutaſſet, multi judices id imitati ſunt: & Memmius, conqueſtus de ſtatu reipublicæ, accuſationem omiſit.

25. Tum *Pompejus*, quaſi jam correxiſſet ea quæ Dictaturam neceſſariam feciſſent, in reliquum anni *Scipionem collegam* in conſulatu *adſumſit*. Nihilo minus tamen ſucceſſorum etiam conſulatu idem *Pompejus* proſpiciebat rebus gerendis, eamdem obtinens potentiam, & *unus in Urbe adminiſtrans omnia.* Favor enim *ſenatus* erat in illum propenſiſſimus; cum *offenſione Cæſaris*, qui in ſuo conſulatu ad nullam rem uſus erat ſenatus opera; tum quod *Pompejus* languentem rempublicam brevi reſtituiſſet, & nemini ſenatorum per totum ſuum magiſtratum fuiſſet moleſtus. Ceterum *exules*, *concurrentes ad Cæſarem*, monebant eumdem, caveret a lege Pompeja, quæ ipſum maxime peteret. *Cæſar*, calamitatem eorum ſolatus, de Pompejo non niſi honorifice eſt locutus; tribunis autem plebis auctor fuit, ut

Digitized by Google

A. U. ἐξεῖναι Καίσαρι δευτέραν ὑπατείαν ἀπόντι μετιέναι. Καὶ τοῦθ', ὑπατεύοντος ἔτι τοῦ Πομπηΐου, καὶ οὐδὲν ἀντειπόντος, ἐκεκύρωτο. ὁ δὲ Καῖσαρ ἀντιπράξειν τὴν βουλὴν ὑπονοῶν, ἐδεδοίκει μὲν, ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς ἰδιώτης γενέσθαι, ἐτέχναζε δὲ ἐπὶ δυνάμεως εἶναι, μέχρι ὕπατος ἀποδειχ-
703. θείη· καὶ τὴν βουλὴν ᾔτει χρόνον ἄλλον ὀλίγον ἐς τὴν παροῦσάν οἱ τῆς Γαλατίας ἡγεμονίαν, ἢ ἐς μέρος αὐτῆς ἐπιλαβεῖν. Διακωλύσαντος δὲ Μαρκέλλου, ὃς ἐπὶ τῷ Πομπηΐῳ ὕπατος ἦν, Φασὶ τὸν Καίσαρα τῷ μηνύοντι ἀποκρίνασθαι, κόπτοντα τὴν λαβὴν τοῦ ξίφους· Ἥδε μοι δώσει.

XXVI. Πόλιν δὲ Νεόκωμον ὁ Καῖσαρ ἐς Λατίου δίκαιον ἐπὶ τῶν Ἄλπεων ᾠκίκει· ὧν ὅσοι κατ' ἔτος ἦρχον, ἐγίγνοντο Ῥωμαίων πολῖται· τόδε γὰρ ἰσχύει τὸ Λάτιον. τῶν οὖν Νεοκώμων τινὰ, ἄρχοντά τε αὐτοῖς γενόμενον, καὶ παρὰ τοῦτο Ῥωμαῖον εἶναι νομιζόμενον, ὁ Μάρκελλος ἐφ' ὕβρει

*Lin. 64. καὶ, ante τὴν βουλὴν, caret Aug.*

rogationem ferrent, *licere Cæſari abſenti alterum Conſulatum petere.* Quæ rogatio, ipſo Pompejo etiam tum conſule, neque contradicente, rata eſt habita. At *Cæſar*, ſenatum ſuſpectum habens, ut ſibi adverſum, timenſque ne in privatorum civium ordinem redactus inimicis fieret obnoxius, omnibus artibus hoc agebat, ut exercitum retineret, donec ipſe Conſul deſignaretur: petiitque a ſenatu, ut parumper etiam imperium ſibi prorogaretur, in citeriori ſaltem Gallia, ſi non poſſet obtineri in utraque. Sed vetante *Marcello Conſule*, qui Pompejo ſucceſſerat, *Cæſarem* ferunt, quum id ei renunciaretur, admota manu ad gladii capulum, reſpondiſſe: *hic mihi impetrabit.*

26. Condiderat Cæſar in Alpibus *Novumcomum* oppidum, illudque *jure Latii donaverat;* quo jure continebatur hoc, ut, qui annuum magiſtratum ibi geſſiſſet, haberet in Urbe jus civium. Ex horum *Novocomenſium* numero magiſtratu *quemdam* apud ſuos defunctum, & ob id civem Romanum habitum, *Marcellus in Cæſaris contumeliam*, neſcio

A. U. 703.

ἐν ὕβρει τοῦ Καίσαρος ἔξηνε ῥάβδοις ἐφ' ὅτῳ δὴ, οὐ πασχόντων τοῦτο Ῥωμαίων· καὶ τὸν νοῦν ὑπὸ ὀργῆς ἀνεκάλυπτε, τὰς πληγὰς εἶναι ξενίας σύμβολον, καὶ φέρειν αὐτὰς ἐκέλευε καὶ δεικνύναι τῷ Καίσαρι· οὕτω μὲν ὑβριστικῶς ὁ Μάρκελλος. εἰσηγεῖτο δὲ ἤδη καὶ διαδόχους αὐτῷ πέμπειν ἐπὶ τὰ ἔθνη, προαφαιρῶν τοῦ χρόνου. ἀλλὰ διεκώλυσεν ὁ Πομπήϊος, εὐπρεπείᾳ τε λόγου καὶ εὐνοίας ὑποκρίσει, μὴ δεῖν ἄνδρα λαμπρὸν, καὶ ἐς πολλὰ χρήσιμον τῇ πατρίδι γενόμενον, ὑβρίζειν βραχεῖ διαστήματι χρόνου. καὶ δῆλον ἐποίησεν, ὅτι χρὴ μετὰ τὸν χρόνον παραλύειν τῆς ἀρχῆς αὐτίκα τὸν Καίσαρα. Καὶ ἐπὶ τῷδε οἱ μάλιστα ἐχθροὶ τοῦ Καίσαρος ἐς τοὔπιον ᾑρέθησαν ὕπατοι, Αἰμίλιός τε Παῦλος καὶ Κλαύδιος Μάρκελλος, ἀνεψιὸς τοῦ προτέρου Μαρκέλλου· δήμαρχός τε Κουρίων, ἐχθρὸς ὢν καὶ ὅδε τῷ Καίσαρι καρτερὸς, καὶ ἐς τὸν δῆμον εὐχαριτώτατος, καὶ εἰπεῖν ἱκανώτατος. Τούτων ὁ Καῖσαρ

704.

*Lin.* 77. τὰς ξενίας σύμβολον *Edd. & carent verbis* πληγὰς εἶναι, *quæ percommode dedit Aug.* *L.* 87. *l.* 91. *& ſqq.* Καλίδιος, Καλίδιον, *conſtanter dant cum Editis MSSti noſtri & Cand. quo errore purgandum Appianum duxi.* *L.* 90. εὐχαριστώτατος *Reg. A.*

neſcio quodnam ob delictum, *virgis cecidit*, quæ pœna numquam civi Romano infligitur. Et mentem ſuam (tanta fuit viri in Cæſarem ira) clarius etiam patefecit, dicens, *verbera eſſe peregrini hominis ſigna*, jubenſque hominem ad Cæſarem pergere, eique oſtendere notas. Hac *contumelia Cæſari illata* non contentus *Marcellus*, de ſucceſſoribus etiam Cæſari mittendis agebat, non exſpectato exitu præfiniti temporis. Sed *Pompejus* obſtitit, cum honeſtatis rationem prætendens, tum benevolentiam ſimulans; nec enim decere, inquit, ut vir illuſtris & optime de patria meritus, ob tam exiguum temporis ſpatium, contumeliam injuriamque acciperet. Simul vero haud obſcure declaravit, oportere ad præfinitum terminum protinus adimere Cæſari imperium. Quamobrem infenſiſſimi *Cæſaris inimici conſules deſignati* ſunt in annum proximum, *Æmilius Paulus & Claudius Marcellus*, ſuperioris Marcelli frater patruelis. Et *tribunus plebis Curio* creatus eſt; qui pariter vehementer infenſus Cæſari, & apud plebem gratioſiſſimus erat, ſimulque elo-



Digitized by Google

A. U. 704.

Κλαύδιον μὲν οὐκ ἴσχυσεν ὑπάγεσθαι χρήμασι, Παῦλον δὲ χιλίων καὶ πεντακοσίων ταλάντων ἐπρίατο, μηδὲν αὐτῷ μήτε συμπράττειν μήτε ἐνοχλεῖν· Κουρίωνα δὲ, καὶ συμπράττειν, ἔτι πλειόνων, εἰδὼς ἐνοχλούμενον ὑπὸ χρεῶν πολλῶν. Παῦλος μὲν δὴ τὴν Παύλου λεγομένην βασιλικὴν ἀπὸ τῶνδε τῶν χρημάτων ἀνέθηκε Ῥωμαίοις, οἰκοδόμημα περικαλλές.

XXVII. Ὁ δὲ Κουρίων, ἵνα μὴ ἄφνω μετατιθέμενος γίγνοιτο κατάφωρος, εἰσηγεῖτο βαρυτάτας ὁδῶν πολλῶν ἐπισκευάς τε καὶ κατασκευὰς, καὶ αὐτὸν ἐπιστάτην αὐτῶν ἐπὶ πενταετὲς εἶναι· εἰδὼς μὲν αὐτὸν οὐδὲν τούτων ἐσόμενον; ἐλπίζων δὲ τοὺς Πομπηΐου φίλους ἀντιλέξειν, καὶ αὐτὸς ἐς τὸν Πομπήϊον ἕξειν τι τοῦτο πρόσκρουμα. καὶ γενομένων τῶνδε, ὡς προσεδόκησεν, ὁ μὲν εἶχε τὴν πρόφασιν τῆς διαφορᾶς. Κλαύδιος δ' εἰσηγεῖτο, πέμπειν Καίσαρι διαδόχους ἐπὶ τὰ ἔθνη· καὶ γὰρ ἔληγεν ὁ χρόνος. Καὶ Παῦλος ἐσιώπα. Κουρίων δὲ, νομιζόμενος ἀμφοτέ-

*Lin.* 91. ὑπαγαγέσθαι *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 94. συμπράττειν ἐπὶ πλειόνων *Edd. invitis MSS. niſi quod in ora Reg. B. pro* ἔτι *ſcriptum* ἐπὶ, *Gu. Budæi (ut videtur) manu.* *L.* 1. αὐτὸν ἐπιστάτην *Edd. invitis MSS.* *L.* 2. *iterum* αὐτῶν *Edd. invitis MSS.*

quentia valebat plurimum. Ex his *Claudius* numquam potuit largitionibus traduci in partes Cæſaris: *Paulus* vero M. D. talentis hactenus flexus eſt, ut non adverſaretur: *Curio*, quod ære alieno premeretur, aliquanto majori mercede inductus eſt, ut faveret etiam & operam Cæſari navaret. Et Paulus quidem ex hac pecunia baſilicam, quæ hodieque *Pauli Baſilica* dicitur, dedicavit, opus elegantiſſimum.

27. *Curio* vero, quo minus adpareret, repente eum ad partes adverſas deſciviſſe, rogationes difficiles de reficiendis ſternendiſque viis intulit, ſibi eam præfecturam petens in quinquennium; certus, nihil harum rerum ſe impetraturum: ſed occaſionem captans, ut contradicentibus Pompejanis offenſus videri poſſet. Qua in re non fefellit eum opinio: & occaſio illi oblata eſt faciendi a Pompejanis diſſidium. *Claudius* agebat de mittendis Cæſari ſucceſſoribus in provincias: jam enim tempus aderat. Silente ad hæc *Paulo*, *Curio*, qui neutrarum videbatur partium, laudabat Clau-

Digitized by Google

ρους διαφέρεσθαι, ἐπῄνει τὴν τοῦ Κλαυδίου γνώμην· ὡς δὲ ἐνδέον αὐτῇ προσετίθει τὸ καὶ Πομπήϊον ὁμοίως Καίσαρι ἀποθέσθαι τὰ ἔθνη καὶ τὸν στρατόν· ὧδε γὰρ ἔσεσθαι τῇ πόλει καθαρὰν καὶ πανταχόθεν ἀδεῆ τὴν πολιτείαν. Ἐνισταμένων δὲ πολλῶν, ὡς οὐκ ἴσον τὸ μήπω τὸν χρόνον ἐξήκειν τῷ Πομπηΐῳ· σαφέστερον ὁ Κουρίων ἤδη καὶ τραχύτερον ἀπεγύμνου, μὴ χρῆναι μηδὲ Καίσαρι πέμπειν διαδόχους, εἰ μὴ καὶ Πομπηΐῳ δοῖεν. ὄντων γὰρ αὐτῶν ἐς ἀλλήλους ὑπόπτων, οὔπω τῇ πόλει τὴν εἰρήνην ἔσεσθαι βεβαίαν εἰ μὴ πάντες ἰδιωτεύσειαν. ἔλεγε δὲ ταῦτ', εἰδὼς οὐ μεθήσοντα τὴν ἀρχὴν Πομπήϊον, καὶ τὸν δῆμον ὁρῶν ἤδη τι προσκοπτόμενον αὐτῷ διὰ τὰς τοῦ δεκασμοῦ δίκας. Εὐπρεποῦς δὲ τῆς γνώμης οὔσης, ὁ δῆμος ἐπῄνει τὸν Κουρίωνα, ὡς μόνον ἀξίως τῆς πόλεως τὴν πρὸς ἀμφοτέρους αἰρόμενον ἔχθραν· καί ποτε καὶ παρέπεμψαν αὐτὸν ἀνθοβολοῦντες, ὥσπερ ἀθλητὴν μεγάλου καὶ δυσχεροῦς ἀγῶνος· οὐδὲν γὰρ ἐδόκει τότε εἶναι φοβερώτερον τῆς Πομπηΐου διαφορᾶς. *A. U. 704.*

*Lin.* 10. τὸ, *poſt* προσετίθει *caret Reg. A.* *L.* 13. *legendum videtur* ὡς οὐκ ἴσον, τῷ μήπω *&c.* *L.*23. αἰρόμενον *Edd. ex Reg. A. Recte Aug. Reg. B.*

dii ſententiam: ſed adjiciens, *oportere Pompejum quoque tam provincias quam exercitus miſſos facere:* ſic enim demum liberam fore, omni metu ſublato, rempublicam. Sed multis iniquam eam conditionem cenſentibus, quod nondum exiſſet tempus Pompeji; *Curio* jam aperte vociferabatur, negans ſucceſſores mitti debere in provincias Cæſaris, ni Pompejus pariter imperio ſuo decederet: quum enim uterque ſit ſuſpectus alteri, *numquam civitatem pacatam fore, niſi ambobus poteſtas abrogetur.* Hæc autem dicebat, ſciens, Pompejum retenturum provincias & exercitum; & plebem jam nonnihil ei infenſam videns, propter judicia de largitionibus & ambitu inſtituta. Quæ quoniam honeſta ſententia erat; *plebs laudabat Curionem*, qui ſolus, ſicuti deceret bonum civem, non refugeret amborum inimicitias. Quin & domum aliquando Curionem plebs deduxit, ſpargens floribus, tamquam athletam magni ac difficilis certaminis: nihil enim tunc videbatur formidabilius, quam a Pompejo diſſidere.



Digitized by Google

A. U. 704.

XXVIII. Ὁ δὲ Πομπήϊος, νοσηλευόμενος περὶ τὴν Ἰταλίαν, ἐπέστελλε τῇ βουλῇ σὺν τέχνῃ· τά τε ἔργα τοῦ Καίσαρος ἐπαινῶν, καὶ τὰ ἴδια ἐξ ἀρχῆς καταλέγων, ὅτι τε τῆς τρίτης ὑπατείας, καὶ ἐθνῶν τῶν ἐπ' αὐτῇ καὶ στρατοῦ δοθέντος, οὐ μετιὼν, ἀλλ' ἐς θεραπείαν τῆς πόλεως ἐπικληθεὶς, ἀξιωθείη. ἃ δὲ ἄκων, ἔφη, λαβεῖν, ἑκὼν ἀποθήσομαι τοῖς ἀπολαβεῖν θέλουσιν, οὐκ ἀναμένων τοὺς χρόνους τοὺς ὡρισμένους. Ἡ μὲν δὴ τέχνη τῶν γεγραμμένων εἶχεν εὐπρέπειάν τε τῷ Πομπηΐῳ, καὶ ἐρέθισμα κατὰ τοῦ Καίσαρος, οὐκ ἀποδιδόντος τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἐν τῷ νενομισμένῳ χρόνῳ. Ἀφικόμενος δὲ, ἄλλα τε τούτοις ὅμοια ἔλεγε, καὶ τὴν ἀρχὴν καὶ τότε ὑπισχνεῖτο ἀποθήσεσθαι. ὡς δὲ δὴ φίλος καὶ κηδεστὴς γενόμενος Καίσαρι, κἀκεῖνον, ἔλεγε, μάλα χαίροντα ἀποθήσεσθαι· χρόνιόν τε γὰρ αὐτῷ τὴν στρατείαν καὶ ἐπίπονον κατὰ ἐθνῶν μαχιμωτάτων γεγονέναι· καὶ πολλὰ τῇ πατρίδι προσλαβόντα, ἐπὶ τιμὰς καὶ θυσίας ἥξειν καὶ ἀναπαύ-

*Lin.* 33. *ἀποθήσεσθαι edit.* 2. 3. *ex emend. H. Stephani, commoda quidem, ſed non neceſſaria.* *L.* 40. *ἀποθέσθαι Edd. Melius Aug. Ven.* *L.* 43. *ἥξειν edit.* 2. 3. *mend.*

28. *Pompejus*, eo tempore abſens, & languidus ex morbo hærens in Italia, aſtute ſcripſit ſenatui; honorificam mentionem faciens rerum geſtarum, Cæſaris primum, ac mox ſuarum jam inde ab initio: quodque „ tertium conſulatum cum provinciis & exercitu ultro oblatum accepiſſet, ad ordinandam rempublicam vocatus. Quæ autem invitus, inquit, accepi, ea ſponte reddam his qui volent recipere, non exſpectato præfinito tempore." Hoc aſtu *literæ præ ſe ferebant* decoram *æquitatem Pompeji*, & invidiam faciebant Cæſari, qui ne poſt exactum quidem tempus magiſtratu vellet decedere. In Urbem deinde reverſus *Pompejus*, locutus eſt in eamdem ſententiam, tum quoque, *abiturum ſe magiſtratu*, pollicens; adjicienſque „ *Cæſarem* quoque, amicum ſuum & adfinem, libenter idem facturum; videlicet diuturnis laborioſiſque bellis perfunctum contra gentes pugnaciſſimas, aucta plurimum patriæ potentia, ad honores nunc & ſacrificia quietemque properaturum." Quæ

Digitized by Google

σεις. Ἔλεγε δὲ ταῦθ', ὡς Καίσαρι μὲν αὐτίκα δοθησομένων διαδόχων, αὐτὸς δ' ἐσόμενος ἐν ὑποσχέσει μόνῃ. A. U. 1704.
Κουρίων δὲ, αὐτοῦ τὸ σόφισμα διελέγχων, οὐχ ὑπισχνεῖσθαι δεῖν, ἔφη, μᾶλλον, ἢ αὐτίκα ἀποθέσθαι, οὐδ' ἐξοπλίζειν Καίσαρα τῆς στρατιᾶς πρὶν καὶ αὐτὸν ἰδιωτεῦσαι· οὔτε γὰρ ἐς τὴν ἰδίαν ἔχθραν ἐκείνῳ λυσιτελεῖν, οὔτε Ῥωμαίοις, ὑφ' ἑνὶ τηλικαύτην ἀρχὴν γενέσθαι μᾶλλον, ἢ τὸν ἕτερον αὐτῶν ἔχειν ἐπὶ τὸν ἕτερον, εἴ τι τὴν πόλιν καταβιάζοιτο. Οὐδέν τε ἐπικρύπτων ἔτι, ἀφειδῶς ἐς τὸν Πομπήϊον ἐβλασφήμει, ὡς τυραννίδος ἐφιέμενον, καὶ, εἰ μὴ νῦν σὺν φόβῳ τῷ Καίσαρος ἀποθοῖτο τὴν ἀρχὴν, οὔποτε μεθήσοντα. ἠξίου δ', ἂν ἀπειθῶσιν, ἄμφω ψηφίζεσθαι πολεμίους, καὶ στρατὸν ἀγείρειν ἐπ' αὐτούς. ᾧ δὴ μάλιστα ἔλαθεν ὑπὸ Καίσαρος ἐωνημένος.

XXIX. Πομπήϊος δ' αὐτῷ χαλεψάμενός τε καὶ ἀπειλήσας, εὐθὺς ἐς τὰ προάστεια ἀγανακτῶν ὑπεξῄει.

*Lin. 44.* ἔλεγε μὲν ταῦτ' *Edd. Rectius Aug.* *L. 45.* ὑποσχέσει μόνον *Edd. Prætuli Aug. Ven.* *L. 54.* σὺν φόρῳ *Reg. B.*

ideo *Pompejus* dicebat, ut Cæſari confeſtim ſucceſſores mitterentur; ipſe interim, *promiſiſſe*, contentus. At *Curio* artem ejus coarguens, reſpondit: „non ſatis eſſe pollicita, niſi jam nunc præſtarentur etiam: nec debere exarmari *Cæſarem* exercitu, priuſquam ipſe quoque redigeretur in ordinem: neque enim vel Cæſaris rationes id pati, propter privatas inimicitias; neque e republica eſſe, ut penes unum hominem tam amplum ſit imperium, ac non potius penes utrumque, ut ab altero alterius reprimatur audacia, ſi quid contra S.P.Q.R. moliatur." Jamque aperta fronte invehebatur in *Pompejum*, ut *dominationis cupidum*; qui niſi nunc, quum Cæſar adhuc metuendus eſſet, ad privatum habitum redigeretur, numquam id paſſurus videatur poſtea. Proinde cenſebat *Curio*: *niſi auctoritati ſenatus paruerint*, *ambos hoſtes judicandos*, *conſcriptiſque legionibus bello petendos*. Qua quidem ſententia maxime fefellit, quo minùs putaretur operam locaſſe Cæſari.

29. Tum *Pompejus* exaſperatus, & cómminatus ei, ſtatim in ſuburbanam villam indignabundus ſe contulit. Et



Digitized by Google

A. U. 704. Καὶ ἡ βουλὴ ὑπόπτως μὲν εἶχεν ἤδη πρὸς ἀμφοτέρους· δημοτικώτερον δ' ὅμως ἡγοῦντο Πομπήϊον, καὶ τῷ Καίσαρι ἐδυσχέραινεν τῆς παρὰ τὴν ὑπατείαν ὑπεροψίας σφῶν. οἱ δὲ καὶ τῷ ὄντι οὐκ ἀσφαλὲς ἡγοῦντο, διαλύειν τὴν ὑπὸ τῷ Πομπηΐῳ δύναμιν, μέχρι πρότερον ἐκεῖνον ἀποθέσθαι, ἔξω τε τῆς πόλεως ὄντα καὶ μεγαλοπραγμονέστερον. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὁ Κουρίων ἀνέστρεφεν, ὡς δέον ὑπάρχειν αὐτοῖς ἐπὶ τὸν Πομπήϊον Καίσαρα, ἢ ὁμοῦ πάντα καταλύειν. οὐ πείθων δὲ, διέλυε τὴν βουλὴν ἐπὶ ἀτελέσι πᾶσι· δύναται δὲ ταῦθ' ὁ δήμαρχος. ὅτε δὴ καὶ μάλιστα τῷ Πομπηΐῳ μετεμέλησε, τὴν δημαρχίαν, ἐς ἀσθενέστατον ὑπὸ Σύλλα καθηρημένην, ἀναγαγόντι αὖθις ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον. διαλυόμενοι δὲ, ὅμως τοσόνδε μόνον ἐψηφίσαντο, Καίσαρα καὶ Πομπήϊον τέλος ἔχοντα στρατιωτῶν ἐς Συρίαν ἑκάτερον πέμψαι, φυλακῆς οὕνεκα, διὰ τὴν Κράσσου συμφοράν. Καὶ τεχνάζων ὁ Πομπήϊος ἀπῄ-

*Lin.* 62. ὑποψίας *Edd. Recte Aug.* *L.* 63. ἀσφαλῶς ἡγοῦντο *Edd. Verum rurſus dederunt Aug. Ven.* *L.* 67. ἢ, *ante* ὁμοῦ, *carent Edd. Dedit Aug. & adjiciendum viderat Muſgravius.* *L.* 73. ἔχοντας *Edd. quam vocem delendam cenſuit Muſgr. Tenui id quod dedit Aug.*

ſenatus quidem jam utrumque habebat ſuſpectum; Pompejum tamen magis popularem exiſtimabant, Cæſari autem erant infenſi, quod in conſulatu ſuo tam contemtim eos tractaſſet. Ac fuerunt etiam, qui ſerio crederent, non fore tutum civitati, ſi *Pompejus* prior dimitteret exercitum, quam *Cæſar*, qui & ab Urbe abeſſet, & res majores videretur moliri. Id ipſum autem invertebat *Curio*: *imo opus eſſe Cæſare, adverſus Pompeji potentiam; aut vero utrique ſimul imperium utique eſſe abrogandum.* Qui quum nihil proficeret, ſenatum re infecta dimiſit: habebat enim hanc poteſtatem Tribunus plebis. Itaque tunc maxime *Pompejum pænituit, quod tribunitiam poteſtatem* per Syllam in nihilum ferme redactam, *reſtituiſſet in integrum.* Hoc unum in ſenatu, priuſquam ſolveretur, decretum eſt, ut *Cæſar et Pompejus unam* uterque *ex ſuis legionibus in Syriam mitterent*, præſidio provinciæ, propter Craſſi calamitatem. Ac tunc quoque *Pompejus*, ſolitis utens artibus, *a Cæſare* illam

Digitized by Google

τει τὸ τέλος, ὃ ἔναγχος ἐπὶ συμφορᾷ ϛρατηγῶν δύο Καίσαρος, Τιτυρίου τε καὶ Κότλα, Καίσαρι κεχρήκει. ὁ δ᾽ αὐτὸ, τιμήσας ἕκαϛον ἄνδρα δραχμαῖς πεντήκοντα καὶ διακοσίαις, ἀπέπεμψεν ἐς Ῥώμην, καὶ συνέπεμψεν ἄλλο παρ᾽ ἑαυτοῦ. οὐδενὸς δὲ δεινοῦ περὶ Συρίαν φανέντος, τάδε μὲν ἐχείμαζεν ἐν Καπύῃ. A. U. 704.

XXX. Οἱ δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὰ πεμφθέντες ὑπὸ τοῦ Πομπηΐου πρὸς Καίσαρα, ἄλλα τε πολλὰ δυσχερῆ κατὰ τοῦ Καίσαρος διεθρόουν· καὶ ἰσχυρίζοντο τῷ Πομπηΐῳ, τὴν ϛρατιὰν Καίσαρος τετρυμένην τε πόνῳ καὶ χρόνῳ, καὶ τὰ οἴκοι ποθοῦσαν, μεταθήσεσθαι πρὸς αὐτὸν, ὅτε τὰ Ἄλπεια διέλθοιεν. καὶ οἱ μὲν οὕτως ἔλεγον, εἴθ᾽ ὑπὸ ἀγνοίας, εἴτε διεφθαρμένοι. Καίσαρι δ᾽ ἔῤῥωτο πᾶς ἀνὴρ ἐς προθυμίαν καὶ πόνους, ὑπό τε ἔθους τῶν ϛρατειῶν, καὶ ὑπὸ κερδῶν, ὅσα πόλεμος τοῖς νικῶσιν ἐργάζεται, καὶ ὅσα παρὰ Καίσαρος ἄλλα ἐλάμβανον. ἐδίδου γὰρ ἀφειδῶς, θεραπεύων εἰς ἃ ἐβούλευεν. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ συνιέν-

*Lin. 78. ὁ δ᾽ αὐτὸς Edd. Prætuli Aug. Reg. B. L. 85. τετρυμμένην Regii, Aug. quod emendavit C. Steph. Poſſis & τετριμμένην ponere. L. 86. μετατίθεσθαι Reg. B. L. 92. θεραπεύειν Edd. Recte Aug.*

*repoſcebat legionem*, quam eidem nuper poſt cladem Titurii Cottæque legatorum commodato dederat. Quam legionem *Cæſar*, donatam viritim mille ſeſtertiis nummis, ad Urbem remiſit; eique aliam legionem de ſuis adjunxit. Sed quia nullum adparebat in Syria periculum, ambæ hiemaverunt Capuæ.

30. Ad eas deducendas legiones qui a Pompejo ad Cæſarem erant miſſi, hi & alios varii generis *malos rumores* ſpargebant *de Cæſare*, & apud ipſum Pompejum adſeverabant „exercitum Cæſaris feſſum diuturnis laboribus, deſiderantemque tandem penates reviſere, facile tranſiturum ad Pompejum, quam primum Alpes ſuperaverint." Ita quidem ferebant iſti, ſive fraude, ſive per ignorantiam. At *Cæſari ſui milites* ad unum omnes *fideliter ſtrenuam* promtamque *navabant operam*, quoniam & adſueti erant ejus militiæ, & deliniti lucris quæ ſolent ſequi victorias, ſimulque imperatoris ipſius benignitate. Largiebatur enim effuſiſſime, ad exſequenda conſilia ſua

*A. U.* 704. τες αὐτῶν, ὅμως ὑπέμενον. Ὁ δὲ Πομπήϊος τοῖς ἠγγελμένοις πίσυνος, οὔτε ϛρατιὰν οὔτε παρασκευὴν, ὡς ἐς τοσοῦτον ἔργον, ἤγειρεν. Ἡ βουλὴ δὲ γνώμην ἑκάϛον ᾔτει· καὶ ὁ Κλαύδιος πανούργως διῄρει, καὶ ἐπυνθάνετο αὐτῶν παρὰ μέρος· Εἰ δοκεῖ Καίσαρι πέμπειν διαδόχους· καὶ, εἰ Πομπήϊον τὴν ἀρχὴν ἀφαιρεῖσθαι. Οἱ δὲ τοῦτο μὲν ἀνένευον οἱ πλείους, Καίσαρι δ' ἐπεψήφιζον τοὺς διαδόχους. Επανερομένου δὲ τοῦ Κουρίωνος, εἰ ἀμφοτέρους δοκεῖ τὰ ἐν χερσὶν ἀποθέσθαι, δύο μὲν καὶ εἴκοσιν ἀνδράσιν ἀπήρεσκε, τριακόσιοι δὲ καὶ ἑβδομήκοντα ἐς τὸ συμφέρον ἀπὸ τῆς ἔριδος ἐπὶ τὴν τοῦ Κουρίωνος γνώμην ἀπέκλινον. ὅτε δὴ καὶ ὁ Κλαύδιος τὴν βουλὴν διέλυσε, βοῶν· Νικᾶτε, δεσπότην ἔχειν Καίσαρα.

XXXI. Λόγου δ' ἄφνω ψευδοῦς ἐμπεσόντος, ὅτι τὰς Ἄλπεις ὁ Καῖσαρ ὑπερελθὼν, ἐπὶ τὴν πόλιν ἐλαύνοι· θόρυβός τε πολὺς ἦν καὶ φόβος ἁπάντων. καὶ ὁ Κλαύδιος

*Lin.* 94. πίσσυνος *edit.* 1. *Ibid. ſq.* ὡς, *ante* ἐς τοσοῦτον, *adjeci ex Aug.* *L.* 96. Καλίδιος *Edd. & MSS. ut ſupra, & mox iterum.* Καλλίδιος *h. l. Reg. B.* *L.* 97. εἰ δοκοῖ *Aug.* *L.* 98. Οἱ δὲ τοῦτο μὲν *Edd. Rectius Aug.* *L.* 1. δοκοῖ τὰ *edit.* 1. *L.* 4. τὴν Κουρίωνος *Reg. B. & caret* τοῦ. *L.* 8. ἐλαύνει *Edd. Prætuli Aug.*

præparans milites; quorum conſiliorum illi non ignari, tamen in fide perſtabant. *Pompejus* vero, his quæ nunciabantur *credulus, nec delectus faciebat, nec adparatus* ad tantum certamen idoneos. Ceterum in ſenatu Patribus locis ſuis ſententias dicentibus; quia *Claudius conſul* callide ſeorſim retulerat, Placeret-ne ſucceſſores mitti Cæſari? rurſumque, Placeret-ne Pompejo abrogari imperium? hoc quidem plerique abnuerunt; illud vero de ſucceſſoribus mittendis Cæſari ſuffragiis comprobarunt. Quum autem denuo rogaret *Curio*, ecquid jubeant ambos poteſtatem deponere? viginti duobus ex ſenatu id non placuit; CCCLXX vero, omiſſa contentione ob commodum publicum, in Curionis diſceſſerunt ſententiam. Tum *Claudius*, ſenatum mittens, exclamavit: *Vincite, ut dominum habeatis Cæſarem!*

31. Subito deinde exorto falſo rumore, Cæſarem ſuperatis Alpibus ad Urbem contendere; magna omnium trepidatio exſtitit: & Claudius retulit de accerſendo exercitu

εἰσηγεῖτο, τὴν ἐν Καπύῃ στρατιὰν ἀπαντᾶν ὡς πολεμίῳ Καίσαρι. ἐνισταμένου δὲ, ὡς ἐπὶ ψευδέσι, τοῦ Κουρίωνος, εἶπεν· Εἰ κωλύομαι ψήφῳ κοινῇ τὰ συμφέροντα διοικεῖν, κατ' ἐμαυτὸν ὡς ὕπατος διοικήσω. Καὶ τάδε εἰπὼν, ἐξέδραμε τῆς βουλῆς ἐς τὰ προάστεια μετὰ τοῦ συνάρχου· ξίφος τε ὀρέγων τῷ Πομπηΐῳ, Κελεύω σοι, ἔφη, κἀγὼ καὶ ὅδε, χωρεῖν ἐπὶ Καίσαρα ὑπὲρ τῆς πατρίδος· καὶ στρατιὰν ἐς τοῦτο σοὶ δίδομεν, ἥ τε νῦν ἀμφὶ Καπύην ἢ τὴν ἄλλην Ἰταλίαν ἐστὶ, καὶ ὅσην αὐτὸς ἐθέλοις ἄλλην καταλέγειν. Ὁ δ' ὑπήκουε μὲν, ὡς κελευόμενος πρὸς ὑπάτων· ἐπετίθει δ' ὅμως, Εἰ μή τι κρεῖσσον· ἀπατῶν ἢ τεχνάζων καὶ τότε εἰς εὐπρέπειαν. Κουρίωνι δ' οὐκ ἦν μὲν ὑπὲρ τὴν πόλιν ἐξουσία τις· οὐδὲ γὰρ προϊέναι τῶν τειχῶν τοῖς δημάρχοις ἐφίεται. ὠλοφύρετο δ' ἐν τῷ δήμῳ τὰ γιγνόμενα· καὶ τοὺς ὑπάτους ἠξίου κηρύσσειν, μηδένα πω καταλέγοντι πείθεσθαι Πομπηΐῳ. Οὐδὲν δὲ

A. U. 704.

*Lin.* 11. ψεύδεσι *edit.* 2. 3. *invit. MSS.* *L.* 15. Κελεύω σὲ *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 17 *ſq.* Καπύην *fuerat in Aug. ex quo* Καπύην *videtur factum.* *L.* 18. ἐθέλεις, *ſed ſuperſcriptum* οις *ab eadem manu, in Reg. B.*

a Capua, qui Cæſari, tamquam hoſti reipublicæ, opponeretur. Quod quum vetaret *Curio*, mendacem eſſe rumorem adſeverans; Conſul in hæc verba erupit: „Si mihi non licet de communi conſilio providere rei publicæ; ſolus providebo, pro poteſtate Conſulis. His dictis, *Claudius* extra Urbem procurrit *cum collega*, & *gladium Pompejo porrigens*, „Jubeo te, inquit, ego cum hoc collega, ire contra Cæſarem, pugnareque pro patria: & in hunc uſum tradimus tibi exercitum, qui & nunc ad Capuam, & qui in reliqua Italia eſt; ſimulque facultatem tibi damus, tantum præterea exercitum, quantum tibi videbitur, conſcribendi." Et obſecutus *Pompejus* eſt, parendum eſſe dicens Conſulum juſſis; adjiciens tamen, *Niſi quid melius:* tunc quoque ſubdole agens, & ad honeſtatis ſpeciem ſeſe componens. Jamque *Curio* nil amplius pro republica poterat: nec enim licebat tribuno plebis egredi mœnia. Deploravit tamen apud plebem ſtatum rerum præſentium: poſtulavitque, ut edicerent Conſules, ne quis nomen daret Pompejo conſcribenti milites.

A. U. 704. ἀνύων, ἐπεί οἱ καὶ ὁ τῆς δημαρχίας χρόνος ἔληγε, δείσας ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ ἀπογνοὺς ἔτι δύνασθαι βοηθεῖν τῷ Καίσαρι, κατὰ σπουδὴν ἐχώρει πρὸς αὐτόν.

XXXII. Ὁ δ' ἄρτι τὸν Ὠκεανὸν ἐκ Βρεττανῶν διεπεπλεύκει, καὶ ἀπὸ Κελτῶν τῶν ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον τὰ ὄρη τὰ Ἄλπεια διελθὼν σὺν πεντακισχιλίοις πεζοῖς καὶ ἱππεῦσι τριακοσίοις, κατέβαινεν ἐπὶ Ῥαβέννης, ἣ συναφής τε ἦν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ τῆς Καίσαρος ἀρχῆς τελευταία. Φιλοφρονησάμενος δὲ τὸν Κουρίωνα, καὶ χάριν ὑπὲρ τῶν γεγονότων ὁμολογήσας, ἐσκόπει περὶ τῶν παρόντων. Κουρίωνι μὲν δὴ συγκαλεῖν ἐδόκει τὸν στρατὸν ἅπαντα ἤδη, καὶ ἄγειν ἐπὶ Ῥώμης· Καίσαρι δ', ἔτι πειρᾶσθαι διαλύσεων. Τοὺς οὖν φίλους ἐκέλευεν ὑπὲρ αὐτοῦ συμβῆναι, τὰ μὲν ἄλλα αὐτὸν ἔθνη καὶ στρατόπεδα ἀποθήσεσθαι, μόνα δ' ἕξειν δύο τέλη, καὶ τὴν Ἰλλυρίδα μετὰ τῆς ἐντὸς Ἄλπεων Γαλατίας, ἕως ὕπατος ἀποδειχθείη. Καὶ Πομπηίῳ μὲν ἀρκεῖν ἐδόκει. Κατακωλυόντων δὲ τῶν ὑπάτων, ὁ Καῖσαρ ἐπέστελλε τῇ βουλῇ, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ὁ Κου-

*Lin.* 28. ἀνεχώρει *Edd. Melius Aug. Ven.* *L.* 38. ἐκέλευσεν *Edd. Prætuli Aug. Ven.* *L.* 40 *ſq.* μετὰ τὴν ἐ. Α. Γαλατίαν *Ven.* μ. τῆς ἐ. Α. Γαλατίας *Aug.*

Quumque nihil proficeret; jam ſibi ipſi metuens, (exibat enim etiam tempus tribunatus,) & deſperans ſe poſſe amplius dignitatem Cæſaris tueri, magnis itineribus ad eumdem properavit.

32. *Cæſar* tunc, recens trajecto Oceano reverſus ex Britannia, emenſuſque Galliam Rheno finitimam, ſuperatis Alpibus cum quinque millibus peditum, equitibus trecentis, *petebat Ravennam;* quæ, Italiæ contigua, extremum oppidum erat in ipſius provincia. Ibi comiter exceptum *Curionem*, poſt actas pro officio gratias, adhibuit in conſilium de rebus præſentibus. Is cenſebat, ſine mora accerſendas univerſas copias, deducendaſque ad Urbem: *Cæſar* experiri de pace maluit. Itaque mandat amicis, pro ſe paciſcantur, ut liceat ſibi, traditis ceteris provinciis legionibuſque, ſolas duas legiones cum Ciſalpina Gallia & Illyrico tantiſper retinere, donec Conſul crearetur. Et Pompejo quidem hoc ſatis erat. Verum obſtantibus Conſulibus, *Cæſar ad ſenatum ſcripſit;* & ejus literas *Curio,*

Digitized by Google

ρίων, τρισὶν ἡμέραις τριακοσίους ἐπὶ χιλίοις σταδίους δραμὼν, ἐπέδωκε τοῖς νέοις ὑπάτοις, ἐσιοῦσιν ἐς τὸ βουλευτήριον τῇ νουμηνίᾳ τοῦ ἔτους. Περιεῖχε δ' ἡ γραφὴ κατάλογόν τε σεμνὸν ὧν ἐξ ἀρχῆς ὁ Καῖσαρ ἐπεπράχει, καὶ πρόκλησιν, ὅτι θέλοι Πομπηΐῳ συναποθέσθαι, ἄρχοντος δ' ἔτι ἐκείνου οὔτε ἀποθήσεσθαι, καὶ τιμωρὸς αὐτίκα τε τῇ πατρίδι καὶ ἑαυτῷ κατὰ τάχος ἀφίξεσθαι. ἐφ' ᾧ δὴ σφόδρα πάντες ἀνέκραγον, ὡς ἐπὶ πολέμου καταγγελίᾳ, διάδοχον εἶναι Λεύκιον Δομίτιον. Καὶ ὁ Δομίτιος εὐθὺς ἐξῄει μετὰ τετρακισχιλίων ἐκ καταλόγου. A. U. 705.

XXXIII. Ἀντωνίου δὲ καὶ Κασσίου δημαρχούντοιν μετὰ Κουρίωνα, καὶ τὴν Κουρίωνος γνώμην ἐπαινούντοιν· ἡ βουλὴ, φιλονεικότερον ἔτι, τὴν Πομπηΐου στρατιὰν φύλακα σφῶν ἡγοῦντο εἶναι, τὴν δὲ Καίσαρος πολεμίαν. καὶ οἱ ὕπατοι, Μάρκελλός τε καὶ Λέντλος, ἐκέλευον τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀντώνιον ἐκστῆναι τοῦ συνεδρίου, μή τι καὶ δημαρχοῦντες ὅμως πάθοιεν ἀτοπώτερον. Ἔνθα δὴ μέγα

*Lin.* 44. ἐπὶ τρισχιλίοις *Edd. cum MSStis noſtris & Cand. Correxi mendam cum Gelenio. L.* 48. ἄρχοντες *edit.* 1. *L.* 50. *Mutato verborum ordine* αὐτίκα τῇ τε πατρ. *utique legendum videtur. L.* 57. τὴν Καίσαρος *Edd. & carent* δὲ, *quod dederunt Aug. & Reg. B.*

121. Quare non magno negotio *multi* id genus *a Caſſianis* ſtatim in forum contracti ſunt. Qui, quamvis *mercede conducti*, laudare tamen factum non audebant, veriti Cæſaris gloriam & adverſariorum conatus: ſed, quaſi amore ſalutis publicæ, *pacem* clamabant, eamque a magiſtratibus aſſiduis vociferationibus flagitabant; artificio iſto conſulturi percuſſorum incolumitati, quod pax coire non poſſet, niſi venia facinori eſſet data. Quæ dum agunt, primus omnium eis ſupervenit *Cinna prætor, adfinis Cæſaris*; qui, præter exſpectationem progreſſus in medios, exuit purpuram

A. U. ὡς παρὰ τυράννου δεδομένης ὑπερορῶν, καὶ τὸν Καίσαρα
710. τύραννον ἐκάλει, καὶ τοὺς ἀνελόντας, τυραννοκτόνους· 90
καὶ τὸ πεπραγμένον ἐσέμνυνεν, ὡς ὁμοιότατον μάλιστα
τῷ προγονικῷ· καὶ τοὺς ἄνδρας, ὡς εὐεργέτας, καλεῖν
ἐκέλευεν ἐκ τοῦ Καπιτωλίου καὶ γεραίρειν. καὶ Κίννας
μὲν οὕτως ἔλεξεν. Οἱ δὲ, τὸ καθαρὸν τοῦ πλήθους οὐχ
ὁρῶντες ἐπιμιγνύμενον αὐτοῖς, οὐκ ἐκάλουν τοὺς ἄνδρας, 91
οὐδέ τι πλέον ἢ περὶ τῆς εἰρήνης μόνης αὖθις παρεκάλουν.

CXXII. Ἐπεὶ δὲ καὶ Δολοβέλλας, νέος ἀνὴρ καὶ πε-
ριώνυμος, ὑπατεύειν ὑπ᾽ αὐτοῦ Καίσαρος ἐς τὸ ἐπίλοιπον
τοῦ ἔτους ᾑρημένος, ὅτε ὁ Καῖσαρ ἐξορμήσειε τῆς πόλεως,
τὴν μὲν ὕπατον ἐσθῆτα ἠμφιέσατο, καὶ τὰ σημεῖα τῆς 1
ἀρχῆς περιεστήσατο, τὸν δὲ ταῦτα οἱ παρασχόντα δεύ-
τερος ὅδε ἐλοιδόρει, καὶ συνεγνωκέναι τοῖς ἐπ᾽ αὐτῷ βε-
βουλευμένοις ὑπεκρίνετο, καὶ μόνης ἄκων τῆς χειρὸς ἀ-
πολειφθῆναι· (εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ λέγουσιν, αὐτὸν εἰσηγή- 5
σασθαι, τὴν ἡμέραν θέσθαι τῇ πόλει γενέθλιον·) τότε
δὴ καὶ οἱ μεμισθωμένοι ἀνεθάῤῥουν, ὡς καὶ στρατηγοῦ

prætoriam, quaſi contemnens a tyranno datam; *tyrannum*que *Cæſarem*, & *interfectores* ejus *tyrannicidas* vocavit; laudibuſque extulit horum facinus, ut ſimillimum ei quod majores illorum quondam perpetraviſſent. Simul viros tam egregie de republica meritos revocari juſſit e Capitolio, præmiiſque ornari. In hanc ſententiam poſtquam *Cinna* locutus eſt; mercenaria turba, neminem ex incorrupta plebe accedere ſibi videns, vocare illos noluit; tantum *pacem* rurſus petebat adclamationibus.

122. Poſtquam autem *Dolabella*, vir juvenis & clarus, qui ab ipſo Cæſare Urbe abituro *Conſul* fuerat in ejus anni reliquum *deſignatus*, cum purpura quidem & inſigniis magiſtratus eſt progreſſus, ſed & ipſe, ſecundus poſt Cinnam, auctorem ſuæ dignitatis *Cæſarem conviciis eſt proſecutus*, conjurationis ſimulans participem ſe fuiſſe, & tantum a facto invitum quidem abfuiſſe dictitans; denique, ut produnt nonnulli, rogationem quoque ferens, ut in poſterum is dies *Natalis Urbis* haberetur: tum vero mercenarii illi receperunt animos, ut qui jam

Digitized by Google

καὶ ὑπάτου σφίσι συγγνωμόνων ὄντων, καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἐκ τοῦ ἱεροῦ κατεκάλουν. Οἱ δὲ ἥδοντο μὲν τῷ Δολοβέλλᾳ, καὶ ἐνόμιζον ἄνδρα νέον καὶ γνώριμον καὶ ὕπατον ἕξειν ἐς ἐναντίωσιν Ἀντωνίου. κατῄεσαν δὲ αὐτῶν μόνοι Κάσσιός τε καὶ Βροῦτος ὁ Μάρκος, ᾑμαγμένος τὴν χεῖρα· συγκατήνεγκαν γὰρ δὴ τὰς πληγὰς ἐπὶ τὸν Καίσαρα Κάσσιός τε καὶ Βροῦτος. ἐπεὶ δὲ παρῆλθον ἐς τὸ μέσον, οὐδὲν ταπεινὸν οὐδέτερος εἶπεν· ἀλλ', ὡς ἐπὶ καλοῖς ὁμολογουμένοις, ἀλλήλους ἐπῄνουν, καὶ τὴν πόλιν ἐμακάριζον, καὶ Δέκμῳ μάλιστα ἐμαρτύρουν, ὅτι τοὺς μονομάχους σφίσιν ἐν καιρῷ παράσχοι. τόν τε δῆμον ἐξώτρυνον, ὅμοια τοῖς προγόνοις ἐργάσασθαι τοῖς καθελοῦσι τοὺς βασιλέας, οὐκ ἐκ βίας ἄρχοντας, ὥσπερ ὁ Καῖσαρ, ἀλλ' ᾑρημένους ὑπὸ νόμοις· Σέξτον τε Πομπήϊον, τὸν Πομπηΐου Μάγνου τοῦ Καίσαρι περὶ τῆς δημοκρατίας πεπολεμηκότος, καλεῖν ἠξίουν, πολεμούμενον ἔτι πρὸς τῶν Καίσαρος στρατηγῶν ἐν Ἰβηρίᾳ· καὶ τοὺς δημάρχους, *A. U.* 710.

*Lin.* 15. *οὐδ' ἕτερος Aug. Reg. B. L.* 22. *pro περὶ, quod dedit Aug. & Ven. eſt ὑπὲρ in edit.* 2. 3. *ex conject. Car. Stephani. Præpoſitione plane caret edit.* 1. *cum Regiis.*

& Prætorem & Conſulem conſilii participes haberent; vocaruntque *Caſſium* cum ſuis, ut ex templo deſcenderent. Illi vero gaudebant facto *Dolabellæ*; rati, ſe opportune nactos conſulem ætate vigentem, & alioquin nobilem, quem opponerent *Antonio.* Sed nemo niſi *Caſſius* deſcendit, & cum eo *M. Brutus*, manum cruentam præ ſe ferens, vulneratam a Caſſio, dum eodem momento plagas ambo infligunt Cæſari. Qui ubi in medium venerunt, neuter humile quidquam dixit: ſed quaſi abſque controverſia honeſti facinoris auctores laudabant ſe mutuo, Urbemque fortunatam prædicabant; & *Decimo Bruto* præclarum ferebant teſtimonium, quod gladiatores ſibi opportune præbuiſſet: hortabanturque populum, ut majorum ſuorum vellet eſſe ſimilis, qui reges ejeciſſent, & quidem non vi regnum adeptos, quemadmodum *Cæſar*, ſed electos legitime: vocandumque *Sextum Pompejum* cenſebant, Pompeji Magni propugnatoris reipublicæ filium, quem eo tempore adhuc Cæſaris legati bello perſequebantur in Hiſpania; ſimulque ab exilio revocandos



Digitized by Google

A. U. 710. Καισήτιον καὶ Μάρυλλον, οἱ τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἀφαιρεθέντες ἠλῶντο.

CXXIII. Τοιάδε μὲν εἶπον οἱ περὶ τὸν Κάσσιον, καὶ ἐπανῆλθον αὖθις ἐς τὸ Καπιτώλιον· οὐ γὰρ ἐθάρρουν πω τοῖς παροῦσι. Τῶν δ' οἰκείων σφίσι καὶ συγγενῶν τότε πρῶτον ἐς τὸ ἱερὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτοὺς δυνηθέντων, ᾑρέθησαν οἱ πρεσβεύσοντες ὑπὲρ αὐτῶν ἐς Λέπιδόν τε καὶ Ἀντώνιον, ὁμονοίας πέρι, καὶ προνοίας τῆς ἐλευθερίας, καὶ φειδοῦς τῶν ἐσομένων τῇ πατρίδι κακῶν, εἰ μὴ συμφρονοῖεν. Καὶ ἐδέοντο οἱ πεμφθέντες, οὐκ ἐπαινοῦντες μὲν τὸ πεπραγμένον· (οὐ γὰρ ἐθάρρουν ἐν φίλοις Καίσαρος·) γενόμενον δ' ἐνεγκεῖν ἀξιοῦντες, ἐλέῳ τε τῶν δεδρακότων αὐτὸ, οὐ κατὰ μῖσος, ἀλλ' ἐπ' εὐνοίᾳ τῆς πατρίδος· καὶ οἴκτῳ τῆς πόλεως, (κεκενωμένης στάσεσιν ἤδη συνεχέσιν,) εἰ καὶ τοὺς ὑπολοίπους ἀγαθοὺς ἄνδρας ἡ μέλλουσα στάσις διολέσει. οὐδὲ γὰρ ὅσιον, εἴ τις αὐτοῖς ἐστιν ἔχθρα πρὸς ἐνίους, ἐν τοῖς δημοσίοις κινδύνοις ἐξερίζειν· πολὺ δὲ

*Lin. 25. pro mendoſo* Σίτιον, *quod h. l. dabant Editi & MSSti,* Καισήτιον, *ut ſupra, repoſui cum Cand. L. 36 ſq.* δεδρακ. αὐτῷ *Edd. Recte Aug.*

*Caſetium* ac *Marullum*, tribunos plebis, a Cæſare magiſtratu privatos.

123. His dictis, in Capitolium ſunt reverſi *Caſſius & M. Brutus*; nondum enim ſatis fidebant rebus præſentibus. Quumque nunc primum facultas data eſſet familiaribus eorum & cognatis in templum ad ipſos commeandi; electi ſunt qui legatione pro eis fungerentur *ad Lepidum et Antonium, de concordia*, & cura libertatis, præcavendiſque calamitatibus patriæ, quæ ſequi ſolent diſcordiam. Id quod *legati* conati ſunt impetrare, non laudantes quidem factum, (nec enim audebant apud amicos Cæſaris;) ferendum tamen, poſtquam patratum eſſet, cenſentes; & venia dignos ejus auctores, non odio *Cæſaris* eo provectos, ſed amore patriæ: miſerabanturque conditionem Urbis jam ante exhauſtæ continuis ſeditionibus, ſi, novis excitatis turbis, ne reliquis quidem parceretur bonis civibus: „periniquum enim eſſe, ſi quibus ſint irati, nunc in publico diſcrimine privatas inimicitias exercere; potius

μᾶλλον, ἐν τοῖς κοινοῖς καὶ τὰ ἴδια καταθέσθαι· ἢ, εἴ τις ἀνηκέστως ἔχει, τὰ ἴδια ἐν τῷ παρόντι ἀναθέσθαι. A. U. 710.

CXXIV. Ἀντώνιος δὲ καὶ Λέπιδος ἐβούλοντο μὲν ἀμύνειν Καίσαρι, ὥς μοι προείρηται, εἴτε φιλίας ἕνεκα, εἴτε τῶν ὀμωμοσμένων· εἴτε καὶ ἀρχῆς ὀρεγόμενοι, καὶ νομίζοντες εὐμαρέστερα σφίσιν ἅπαντα ἔσεσθαι, τοιῶνδε καὶ τοσῶνδε ἀνδρῶν ἀθρόως ἐκποδὼν γενομένων. τοὺς δὲ φίλους καὶ συγγενεῖς αὐτῶν ἐδεδοίκεσαν, καὶ τὴν ἄλλην βουλὴν ἐπιῤῥέπουσαν ἐς ἐκείνους· Δέκμον τε μάλιστα, τῆς ὁμόρου Κελτικῆς ἡρημένον ὑπὸ Καίσαρος ἄρχειν, στρατιὰν πολὺν ἐχούσης. Ἐδόκει δὲ καραδοκεῖν ἔτι τὰ γενησόμενα, καὶ τεχνάζειν, εἰ δύναιντό περισπάσαι πρὸς ἑαυτοὺς τὴν στρατιὰν τὴν Δέκμου, ἄθυμον ἤδη τοῖς ἀτρύτοις πόνοις γεγενημένην. Οὕτω δὲ δόξαν αὐτοῖς, ὁ Ἀντώνιος τοὺς εἰπόντας ἠμείψατο· Κατὰ μὲν ἔχθραν ἰδίαν οὐδὲν ἐργασόμεθα· ἕνεκα δὲ τοῦ μύσους καὶ ὧν Καίσαρι

*Lin.* 48. ἐκ ποδῶν *Aug. Reg. A.* *L.* 50. ἐπιῤῥέουσαν *Edd. invit. MSS.* ἐπιῤῥέπουσαν *Reg. B.* *Verum dedit Reg. A. cum Aug. & Ven.* *Ib. ſq.* Δεκίμου τε & ἡρημένου *Edd. ex Reg. A. mendoſe, contra quam Reg. B. Aug. Ven.* *L.* 53. *vulgatum* δύναιτο *correxi, conſentiente Muſgravio, invitis MSS.* *Ibid. ſq.* πρὸς ἑαυτὸν *Edd. male. Vere Aug.* *L.* 54. στρατιὰν τοῦ Δεκίμου *Edd. Prætuli Aug. Ven.*

reipublicæ condonandas eſſe privatas injurias. Quod ſi quis capitali odio teneatur; ſaltem in præſenti rerum ſtatu privatas iras eſſe differendas."

124. *Antonius* vero *et Lepidus*, ſicut jam expoſui, *ulciſci* quidem *cupiebant Cæſarem*; ſive amicitia ejus, ſive juramenti religione; ſive dominandi cupidine ducti, & omnia ſibi faciliora fore putantes, ſi tales viri tantique ſimul omnes e medio fuiſſent ſublati. Sed timebant cognatos eorum & amicos, ſenatuſque erga illos ſtudia, maxime *Decimum Brutum*, cui a Cæſare vicina Gallia cum magno exercitu erat demandata. Itaque placuit, occaſionem exſpectari amplius, & tentari, ſi qua arte poſſent *Decimi* exercitum in partes ſuas pertrahere, jam feſſum longis laboribus. Quibus quum id eſſet propoſitum, *Antonius legatis* tale *reſponſum dedit:* „Ex odio quidem privato nihil agemus; ſed propter piaculum, & propter ſacramentum, quod Cæſari omnes diximus, ſerva-

A. U. 710. πάντες ὠμόσαμεν, φύλακες αὐτῷ τοῦ σώματος ἢ τι-
μωροὶ παθόντι ἔσεσθαι, εὔορκον ἦν τὸ ἄγος ἐξελαύν-
καὶ μετ᾽ ὀλιγωτέρων καθαρῶν βιοῦν μᾶλλον, ἢ πάν-
ἐνόχους ὄντας ταῖς ἀραῖς. Ἀλλὰ δι᾽ ἡμᾶς οἷς οὕτω δοκ-
σκεψόμεθα μεθ᾽ ὑμῶν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, καὶ νομι-
μεν εὐαγὲς ἔσεσθαι τῇ πόλει ὅ τι ἂν κοινῇ δοκιμάσητ-

CXXV. Ὁ μὲν ἀσφαλῶς οὕτως ἀπεκρίνατο. οἱ
χάριν τε ᾔδεσαν, καὶ ἀπεχώρουν, ἐν ἐλπίδι βεβαίῳ
πάντα θέμενοι· τὴν γὰρ βουλὴν σφίσι συμπράξειν
πάντα ἐπεποίθεσαν. Ὁ δὲ Ἀντώνιος τὰς μὲν ἀρχὰς ἐ-
λευσε νυκτοφυλακεῖν τὴν πόλιν, ἐκ διαστήματος ἐν μέ-
προκαθημένας, ὥσπερ ἐν ἡμέρα· καὶ ἦσαν πυραὶ π-
ταχοῦ κατὰ τὸ ἄστυ. καὶ δι᾽ αὐτῶν ἔθεον ἀνὰ τὴν νύ-
πᾶσαν ἐς τὰς τῶν βουλευτῶν οἰκίας οἱ τῶν ἀνδροφ-
οἰκεῖοι, παρακαλοῦντες ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ὑπὲρ τῆς π-
τρίου πολιτείας. ἀντιπαρέθεον δὲ καὶ οἱ τῶν κληρουχ-
ἡγεμόνες, ἀπειλοῦντες, εἰ μή τις αὐτοῖς φυλάξει

*Lin.* 59. *Malim cum Muſgravio* παθόντι τι. *L.* 61. δι᾽ ὑμᾶς *edit.*
*invitis MSS. & Cand.* *L.* 63. δοκιμάσητε *Edd.* *Prætuli* δο-
*Cand.* *L.* 70. τὸ ἄστει *edit.* 1. *mend.*

turos nos eum incolumem, aut ulturos ſi quid ei ſecus acciſſet, poſtulabat religio, ut ſcelere contacti pellerentur: & cum paucioribus potius civibus, ſed eis puris, viveremus, quam faceremus nos cunctos diris obnoxios. Sed per nos quidem, quamquam ſic nobis videtur, conveniamus licet in curiam, deliberemuſque vobiſcum, & eam ſententiam e religione publica eſſe arbitrabimur, quæ omnium conſenſu videbitur potior ceteris."

125. Sic diſerte *Antonius* reſpondit. Legati vero, grati-
actis, abierunt ſecuri cum ſp-
optima; credentes, favore
ſenatus numquam ſibi defor-
Tum *Antonius* juſſit *magiſtr-*
*tus per noctem excubias* cum
re *in urbe agendas*, & ſubin-
in publico pro tribunali ſed-
re, quemadmodum interdi-
accenſis per totam urbem ig-
bus. Totaque nocte per il-
ignes diſcurrebant familiar-
percuſſorum ad ædes ſenat-
rum, deprecantes pro illis p-
riter & pro republica. Nec m-
nor fiebat diſcurſatio a col-
norum principibus; multa

A. U. 710.

κληρουχίας, τάς τε ἤδη δεδομένας, καὶ τὰς ἐπηγγελμένας. Ἤδη δὲ καὶ τῶν ἀστῶν ὁ καθαρώτατος λεὼς ἀνεθάρσει, τὴν ὀλιγότητα τῶν δεδρακότων πυνθανόμενοι· καὶ ἐς μνήμην τοῦ Καίσαρος ὑπεφέροντο, καὶ ταῖς γνώμαις διῃροῦντο. Τῆς δ' αὐτῆς νυκτὸς καὶ τὰ χρήματα τοῦ Καίσαρος καὶ τὰ ὑπομνήματα τῆς ἀρχῆς ἐς τὸν Ἀντώνιον μετεκομίζετο· εἴτε τῆς γυναικὸς αὐτὰ τῆς Καίσαρος ἐξ ἐπικινδύνου τότε οἰκίας ἐς ἀκινδυνοτέραν τὴν Ἀντωνίου μεταφερούσης, εἴτε τοῦ Ἀντωνίου κελεύσαντος.

CXXVI. Γιγνομένων δὲ τούτων, διάγραμμα νυκτὸς ἐγιγνώσκετο Ἀντωνίου τὴν βουλὴν συγκαλοῦντος ἔτι πρὸ ἡμέρας ἐς τὸ τῆς Γῆς ἱερὸν, ἀγχοτάτω μάλιστα ὂν τῆς οἰκίας Ἀντωνίου· οὔτε γὰρ ἐς τὸ βουλευτήριον ἐθάρρει κατελθεῖν, ὑποκείμενον τῷ Καπιτωλίῳ, μονομάχων ὄντων ἐκείνοις συνεργῶν· οὔτε, στρατιὰν ἐσαγαγὼν ἐς τὴν πόλιν, διαταράξαι. Λέπιδος δὲ ὅμως εἰσήγαγε. Πλησιαζούσης δὲ τῆς ἡμέρας, οἵ τε ἄλλοι βουλευταὶ συνέθεον ἐς τὸ τῆς Γῆς ἱερὸν, καὶ Κίννας ὁ στρατηγὸς, αὖθις ἐπι-

*Lin.77.* καὶ τὴν ὀλιγοτ. *Aug.* *L.78.* ὑπεφέρετο *Edd. Recte Aug.* *L.80.* ἐς τὸν Ἀντωνίου *Edd. ex conject. Car. Steph. quum MSS. Regii dediſſent* ἐς τὸν Κάτωνος. *Verum ded. Aug. Ven.* *L. 86.* ἀγχιστάτω *Edd. ex Reg. B.* ἀγχοτάτω *Reg. A. Prætuli Aug. Ven.* *L. 90.* ἐσήγαγε *Edd. Prætuli alteram lect. quam dedit Aug. & Reg. B.*

antibus, niſi agros illi & jam conceſſos & inſuper promiſſos obtinerent. Jam vero & civium pars incorruptiſſima ex pavore ſe recollegerat, poſtquam conjuratorum paucitatem intellexerunt; & recordatione meritorum *Cæſaris* ſubeunte animos, ſcindebantur in varias ſententias. Eadem nocte *pecuniæ Cæſaris et* actorum ejus *commentarii in ædes Antonii tranſlati* ſunt; ſive Calpurnia locum tutiorem eis quærente, ſive id jubente ipſo Antonio.

126. Et ante lucem *edicto Antonii ſenatus convocatus* eſt *in ædem Telluris*, ædibus ipſius proximam: nam neque curiam adire audebat, ſubjectam Capitolio, in quo gladiatores erant cum conjuratis: neque introducto exercitu urbem voluit perturbare; quem tamen introduxit *Lepidus.* Diluculo vero in Telluris ædem cum aliis ſenatoribus properavit etiam *Cinna,* reſumta veſte quam ut a tyranno datam

Digitized by Google

A. U. 710. κείμενος τὴν στρατηγικὴν ἐσθῆτα, ἣν ἐχθὲς ὡς τυράν-δόντος ἐξεῤῥίψει. Θεασάμενοί δ' αὐτόν τινες τῶν ἀδεκάστων καὶ τῶν ἐστρατευμένων τῷ Καίσαρι· δι' ὀργῆς ἔχοντες, ὅτι πρῶτος ἐπὶ τῷ Καίσαρι, καίπερ οἰκεῖος ὢν αὐτοῦ, βλασφήμως ἐδημηγόρησε, λίθοις ἔβαλλον καὶ ἐδίωκον· καὶ ἐς οἰκίαν τινὰ συμφυγόντα, ξύλα συμφέροντες, ἐμπρήσειν ἔμελλον, εἰ μὴ Λέπιδος μετὰ στρατιᾶς ἐπελθὼν ἐκώλυσε. Τοῦτο μὲν δὴ πρῶτον ἔργον παῤῥησία ἦρξεν ἐπὶ τῷ Καίσαρι· καὶ αὐτὸ κατέδεισαν οἵ τε μισθωτοὶ καὶ οἱ σφαγεῖς αὐτοί.

CXXVII. Ἐν δὲ τῷ βουλευτηρίῳ βραχὺ μὲν ἦν τὸ καθαρεῦον σπουδῆς βιαίου καὶ ἀγανακτοῦν· οἱ δὲ πλείονες σὺν παρασκευῇ ποικίλῃ τοῖς ἀνδροφόνοις συνήργουν. Καὶ πρῶτα μὲν αὐτοὺς ἀξιοπίστως ἠξίουν καὶ παρεῖναι σφίσι καὶ συνεδρεύειν, ἐξ ὑπευθύνων ἐς κριτὰς μεταφέροντες· καὶ ὁ Ἀντώνιος οὐκ ἐκώλυεν, εἰδὼς οὐκ ἐλευσομένους· οὐδ' ἦλθον. Εἶτα, ἐπὶ διαπείρᾳ τῆς βουλῆς, οἱ μὲν αὐτί- μάλα θρασέως τὸ πεπραγμένον ἐπῄνουν ἄντικρυς, κα-

*Lin.* 7. ἀξιοπίστους *Edd. ex Reg. A. Prætuli Aug. Ven.* & *Reg. B. prim. manu.*

abjecerat pridie. Quem conſpicati aliquot ex incorruptis civibus, & ex veteranis *Cæſaris*; indigne ferentes, quod licet adfinis, primus tamen poſt illius cædem exiſtimationem ejuſdem maledica concione læſiſſet, inſectati ſunt lapidibus: compulſumque in domum quamdam, lignis congeſtis comburere parabant, ni *Lepidus* cum exercitu ſuperveniens cohibuiſſet. Hoc fuit principium audendi Cæſarianis; quo & mercenaria turba & ipſi percuſſores ſunt territi.

127. *In Senatu* exiguus [illegible] numerus eorum, qui adſtricti bus violentis liberi indig[illegible] rentur facto: plerique vari[illegible] modis juvare ſtudebant per[illegible] cuſſores. Ac primum quidem cenſebant, illos data fide ad[illegible] vocandos eſſe, & in commun[illegible] conſilium adhibendos, ita u[illegible] ex reis judices eſſent fu[illegible] Cui ſententiæ ne *Antonius* [illegible] dem obſtrepuit; quippe [illegible] ſciret, non venturos: ne[illegible] nerunt. Deinde, ut tent[illegible] voluntas ſenatus, alii [illegible] menter & manifeſte lauda[illegible]

τοὺς ἄνδρας ἐκάλουν τυραννοκτόνους, καὶ γεραίρειν ἐκέλευον. οἱ δὲ τὰ μὲν γέρα περιῄρουν, ὡς οὐδὲ ἐκείνων δεομένων, οὐδὲ ἐπὶ τῷδε αὐτὰ πραξάντων· εὐφημεῖν δὲ μόνον αὐτοὺς ἐδικαίουν, ὡς εὐεργέτας. οἱ δὲ καὶ τὴν εὐφημίαν ὑπανῄρουν, καὶ φείδεσθαι μόνον αὐτῶν ἠξίουν. Καὶ οἱ μὲν τάδε ἐτέχναζον· καὶ περιεώρων, ὅ τι πρῶτον αὐτῶν ἐνδεξαμένη μάλιστα ἡ βουλὴ, πρὸς τὰ λοιπὰ κατ᾿ ὀλίγον εὐεπιχείρητος αὐτοῖς ἔσοιτο. Οἱ δὲ καθαρώτεροι τὸ μὲν ἔργον ὡς ἄγος ἀπεστρέφοντο, αἰδοῖ δὲ μεγάλων οἴκων περισώζειν αὐτοὺς οὐκ ἐκώλυον· ἠγανάκτουν δὲ, εἰ καὶ τιμήσουσιν ὡς εὐεργέτας. οἱ δὲ ἀντέλεγον, μὴ χρῆναι περισώζοντας φθονεῖν τῶν περισσῶν ἐς ἀσφάλειαν. Ὡς δέ τις εἶπε, τὴν τούτων τιμὴν ὕβριν Καίσαρι φέρειν· οὐκ εἴων ἔτι τὸν τεθνεῶτα τῶν περιόντων προτιθέναι. Ἑτέρου δὲ ἐγκρατῶς εἰπόντος, ὅτι χρὴ δύο τῶνδε πάντως τὸ ἕτερον, ἢ Καίσαρα τύραννον προαπο- A. U. 710.

Lin. 13. ὡς carent Edd. ὡς δὴ dant Regii mend. Verum ded. Aug. Ven.
L. 17 ſq. αὐτῶν ad πρῶτον adjeci ex Aug. Ven.

facinus, *tyrannicidarum* id eſſe prædicantes, quibus *præmia* eſſent decernenda. Alii, præmiis quidem nil eſſe opus, dicebant, quæ ne ipſi quidem poſtularent; *gratias* tantum eis *agendas*, ut bene meritis de republica. Alii denique, hoc etiam detrahentes, *incolumitate* tantum eos *donandos* cenſebant. Talibus commentis ſenatum adgreſſi, exſpectabant, quam ſententiam præ ceteris ſenatus eſſet complexurus; quo facto faciliorem ſe eum habituros ad impetranda reliqua ſperabant. Jamque pars ſincerior, facinus ut inſigne nefas averſata, reverentia tamen nobilium familiarum, non obſiſtebat, quo minus impunitate donarentur malefici: id vero moleſte ferebant, ſi iidem honorarentur etiam, velut bene meriti. Alii contradicebant, „cum incolumitate non invidendam eis eſſe illam acceſſionem, quæ ad firmandam eorum ſecuritatem pertineret." Regerente vero nonnemine „horum honores conjunctos fore cum contumelia *Cæſaris;*" reclamatum eſt, „magis rationem habendam ſuperſtitum, quam mortui." Quumque alius quiſpiam conſtanter dixiſſet: „alterutrum neceſſario decernendum, *aut Cæſarem fuiſſe tyrannum, aut iſtis ex clemen-*

A. U. 710. φαίνειν, ἢ τούτους ἐξ ἐλέου περισώζειν· τούτου μόνου δεξάμενοι τὸ λεχθὲν οἱ ἕτεροι, ᾔτουν σφίσι ψῆφον ἀναδοθῆναι περὶ τοῦ Καίσαρος ἐπὶ ὅρκῳ· καί, εἰ καθαρῶς ἐθέλουσι κρῖναι, μηδὲν αὐτοῖς ἐπιθειάσαι τὰ ἐξ ἀνάγκης ἐψηφισμένα ἄρχοντι ἤδη, ὧν οὐδὲν ἑκόντας, οὐδὲ πρὶν ἢ δεῖσαι περὶ σφῶν αὐτῶν, ἀνῃρημένου τε Πομπηΐου καὶ ἐπὶ Πομπηΐῳ μυρίων ἄλλων, ψηφίσασθαι.

CXXVIII. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, ἐφορῶν αὐτοὺς καὶ ἐφεδρεύων, ἐπειδὴ λόγων ὕλην οὐκ ἄπορον οὐδὲ ἀναμφίλογον εἶδεν ἐσφερομένην, ἔγνω, τὸ ἐνθύμημα αὐτῶν οἰκείῳ φόβῳ καὶ φροντίδι περὶ σφῶν αὐτῶν διαχέαι. Εἰδὼς οὖν, τῶν βουλευτῶν αὐτῶν πολὺ πλῆθος ἔς τε τὰς ἀρχὰς τὰς ἐν ἄστει, καὶ ἐς ἱερωσύνας, καὶ ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίας, ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐς τὸ μέλλον ᾑρημένους· (ὡς γὰρ

*L. 28.* τούτου μόνου δεξ. *Aug.* *L. 31.* μηδένα αὐτοῖς ἐπιθειάσαι *maluit Muſgrav. & videtur ſanè* μηδένα *reponendum. Forſan autem & delendum* καὶ *poſt* ἐπὶ ὅρκῳ. *L. 32. pro* ὧν *dat* ἂν *mend. edit.* 1. *L.* 33. ἐπὶ σφῶν αὐτ. *Edd. invitis MSS. Errore operarum ex edit.* 1. *in reliquas propagato.*

*tia donandam veniam:*" hoc uno dicto arrepto, ceteri poſtulabant, ut ſuffragia ferrentur *de exiſtimatione Cæſaris*, jurarentque prius cuncti „ſincere ſe judicaturos, &, id ſi feciſſent, neminem ipſis religionem objecturum eſſe propter eas res, quas Cæſari rerum jam potito coacti promiſiſſent, quarum rerum nulla ſponte, neque prius quam ſibi ipſis timendum fuerat, interfecto Pompejo & præter eum infinitis aliis, Cæſari a ſenatu fuiſſet decreta."

128. Ibi tum *Antonius*, qui attentus adhuc ad omnia quæ dicerentur, veluti ſpectator certaminis, ſederat; poſtquam intellexit, diſputationum materiam, non inextricabilem quidem, ſed nec difficultatibus carentem, in medium ab his eſſe prolatam; ſtatuit, callidum illorum conſilium, injecto *timore* & ſolicitudine *de propriis ipſorum rebus*, evertere. Itaque quum ſciret, magnam ſenatorum ipſorum partem ad magiſtratus urbanos, ad ſacerdotia, ad provinciarum exercituumve adminiſtrationes promotam eſſe a Cæſare; (nam

Digitized by Google

(ὡς γὰρ ἐπὶ χρόνιον στρατείαν ἐξιὼν, ἐπὶ πενταετὲς ἥρητο·) σιωπὴν, ὡς ὕπατος, ἐπικηρύξας, ἔφη· Τοῖς αἰτοῦσι περὶ Καίσαρος ψῆφον, ἀνάγκη τάδε προειδέναι, ὅτι, ἄρχοντος μὲν αὐτοῦ καὶ αἱρετοῦ προστάτου γενομένου, τὰ πεπραγμένα καὶ δεδογμένα πάντα κύρια μενεῖ· δόξαντος δ' ἐπὶ βίᾳ τυραννῆσαι, τό τε σῶμα ἄταφον τῆς πατρίδος ὑπερορίζεται, καὶ τὰ πεπραγμένα πάντα ἀκυροῦται. ἔστι δὲ, ὡς ὁρῶ περιλαβεῖν, ἐπὶ πᾶσαν ἀφικνούμενα γῆν καὶ θάλασσαν· καὶ τὰ πολλὰ αὐτῶν οὐδὲ βουλομένοις ἡμῖν ὑπακούσεται, καὶ δείξω μετ' ὀλίγον. ὃ δέ ἐστι μόνον ἐφ' ἡμῖν, ὅτι καὶ περὶ μόνων ἐστὶν ἡμῶν, τοῦτο ὑμῖν προθήσω πρὸ τῶν ἄλλων· ὡς ἂν ἐν τῷ εὐμαρεῖ τὴν εἰκόνα τῶν δυσχερεστέρων προλάβοιτε. Ἡμεῖς γὰρ αὐτοὶ, σχεδὸν ἅπαντες, οἱ μὲν ἤρξαμεν ὑπὸ τῷ Καίσαρι· οἱ δὲ ἔτι ἄρχομεν, αἱρετοὶ πρὸς ἐκείνου γενόμενοι· οἱ δὲ ἐς τὸ μέλλον ἄρχειν κεχειροτονήμεθα. ἐς γὰρ

A. U. 710.

*Lin.* 42. στρατίαν *edit.* 1. *Ib. ſq* creati fuerant *Cand. ut videri poſſit legiſſe* ᾕρηντο. *Sed nil opus eſt ſolicitare lectionem vulgatam.* *L.* 46. πεπραμένα *edit.* 3. *oper. err.* *L.* 54. λάβοιτε *Edd. Verbum compoſ. dedit Aug.* *L.* 56. εἰ δὲ ἔτι *edit.* 2. 3. *invitis MSS. qui cum ed.* 1. *in* εἰ δὲ *conſentiunt.*

re; (nam, ut in diuturnam expeditionem profecturus, in quinquennium magiſtratus deſignaverat;) ſilentio pro poteſtate indicto, hujuſmodi verba fecit: „Qui ſuffragia poſcunt, de *Cæſare*, ante omnia ſciant, *Acta decretaque ejus*, ſi quidem legitimo ille functus magiſtratu eſt, & publico conſenſu delatum tenuit imperium, *rata debere eſſe* omnia; quod ſi contra ut tyrannus videbitur imperium uſurpaſſe, corpus ejuſdem projiciendum in Tiberim, & acta *reſcindenda* omnia. Pertinent autem A„cta illa, ut compendio dicam, ad omnes terras & ad maria omnia: & eorum pleraque, ne ſi velimus quidem, revocare nobis erit integrum; quemadmodum paulo poſt docebo. Nunc, quod ſolum eſt in noſtra poteſtate, quod & ad nos ſolos pertinet, primum omnium ad vos referam; ut ex rebus facilioribus conjecturam capiatis de negotiis difficilioribus. Nos etenim ferme omnes aut geſſimus magiſtratus demandatos a *Cæſare*, aut etiam nunc gerimus: nonnulli quoque ad gerendos deinceps deſignati

A. U. 710.

πενταετὲς (ὡς ἴστε) καὶ τὰ ἄστυκὰ ὑμῖν, καὶ τὰ ἐτήσια, καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίας διετάξατο. Εἰ δὴ ταῦτα ὑμεῖς ἑκόντες ἀποθήσεσθε, (ἐστὲ γὰρ ὑμεῖς τοῦδε μάλιστα κύριοι·) τόδε πρῶτον ὑμᾶς ἀξιῶ κρῖναι, καὶ τὰ λοιπὰ ἐποίσω.

CXXIX. Ὁ μὲν δὴ τοιοῦτον αὐτοῖς, οὐ περὶ Καίσαρος, ἀλλὰ περὶ σφῶν αὐτῶν, δαλὸν ἐξάψας, ἡσύχαζεν. Οἱ δ᾽ εὐθὺς ἀνεπήδων ἀθρόοι μετὰ βοῆς, οὐκ ἀξιοῦντες ἐπὶ χειροτονίαις ἄλλαις οὐδ᾽ ἐπὶ τῷ δήμῳ γενέσθαι μᾶλλον, ἢ βεβαίως ἔχειν ἃ ἔλαβον. Τοῖς δὲ καὶ ἡλικίας τι νεώτερον ἢ ἄλλη πρὸς χειροτονίαν ἐναντίωσις ὑποῦσα, ἀνηρέθιζε· καὶ τῶνδε αὐτὸς ὁ ὕπατος ἐξῆρχε Δολοβέλλας. οὐ γὰρ αὐτῷ δυνατὸν ἐφαίνετο, κατὰ ἔννομον χειροτονίαν ὑπατεῦσαι, πέντε καὶ εἴκοσιν ἐνιαυτῶν ὄντι. ὀξεῖα δὴ τοῦ χθὲς ὑποκριναμένου μετασχεῖν τῶν γεγονότων ἐγίγνετο μεταβολὴ, λοιδορουμένου τοῖς πολλοῖς, εἰ τοὺς ἀνδροφόνους τιμᾶν ἀξιοῦντες, τοὺς ἄρχοντας σφῶν ἀτιμώ-

*Lin.* 58. ἀστικὰ *Edd. Prætuli, ut alibi, Aug. Ven. Ibid.* ὑμῖν *edit.* 3. *invit. MSS. & Cand.*

„ſunt: ſcitis enim in quinquennium ordinatas & urbanas annuaſque dignitates, & provinciarum exercituumve præfecturas. Has omnes an ſponte ſitis depoſituri, (id enim in veſtra maxime poteſtate eſt) id vobis primum erit conſtituendum: de reliquis rebus deinceps ad vos referam."

129. Sic *Antonius* injecta ſenatoribus, non de *Caſare*, ſed de ipſis, concertandi materia, obticuit. Moxque una omnes exſilientes, conclamarunt: „nolle ſe novæ electionis aleæ & arbitrio plebis res ſuas committere; ſatius eſſe, retinere quæ ſemel accepiſſent." Et erant inter hos qui eo acrius concitarentur, quod per ætatem immaturam aut per aliam quampiam rationem nihil poſſent ſibi polliceri de comitiis; inter quos præcipuus erat ipſe conſul *Dolabella*. Natus enim XXV annos, conſulatu legitima electione potiri nequibat. Itaque brevi momento ille pridianam rationem, qua participem ſe fuiſſe facti ſimulaverat, mutavit; probraque conjecit in numeroſam factionem eorum, qui in homicidarum gratiam, honores magiſtratibus adimen-

Digitized by Google

σουσιν, ἐς εὐπρέπειαν τῆς ἐκείνων σωτηρίας. Οἱ δὲ αὐτόν τε τὸν Δολοβέλλαν καὶ τοὺς ἄλλους ἐπήλπιζον, χάριν ἐκ τοῦ δήμου λαβόντες, ἐς τὰς αὐτὰς ἀρχὰς ἀποφανεῖν αὐτίκα, καὶ οὐκ ἀρχόντων ἀλλαγὴν, ἀλλὰ μόνης ἔσεσθαι χειροτονίας ἐπὶ τὸ νομικώτερον ἐκ τοῦ μοναρχικοῦ· ὃ καὶ κόσμον αὐτοῖς οἴσειν, ἔν τε μοναρχίᾳ καὶ δημοκρατίᾳ τὰ ὅμοια προτιμωμένοις. Καὶ τούτων ἔτι λεγομένων, ἔνιοι τῶν στρατηγῶν τὰς ἐσθῆτας ἐπὶ ἐνέδρᾳ τῶν ἀντιλεγόντων ἀπετίθεντο, ὡς καὶ αὐτοὶ μετὰ τῶν ἄλλων αὐτὰς ἀντιληψόμενοι νομιμώτερον. τοῖς δὲ ἥ τε ἐνέδρα κατεφαίνετο, καὶ οὐδὲ κυρίους ἔτι τῆσδε τῆς χειροτονίας ᾔδεσαν ἐσομένους. A. U. 710.

CXXX. Ὧδε δὲ ἔτι ἐχόντων, ὁ Ἀντώνιος καὶ ὁ Λέπιδος ἐκ τοῦ βουλευτηρίου προῆλθον· καὶ γάρ τινες αὐτοὺς ἐκ πολλοῦ συνδραμόντες ἐκάλουν. Ὡς δὲ ὤφθησαν ἐκ μετεώρου, καὶ σιγὴ κεκραγότων μόλις ἐγίγνετο, εἷς μέν τις

*Lin.* 79. μονιμώτερον *Aug. Ven. An* νομιμώτερον, *ut paulo poſt?* *L.* 83. ἐπετίθεντο *edit.* 1. *ex Reg. A:* ὑπετιθ. *Reg. B. Recte edit.* 2. 3. *cum Aug.* *L.* 85. τῆς *ante* χειροτ. *caret Aug. Ibid. ſq.* ἐσομένους ᾔδεσαν *Aug. & Reg. B. a pr. manu.*

dos cenſerent, quo ſpecioſior foret illorum incolumitas. E diverſo alii cum *Dolabellam* tum ceteros bene jubebant ſperare; pollicebanturque, ſe gratia a populo inita facile effecturos, ut illi protinus in easdem dignitates reſtituantur: „neque enim perſonarum deſignatarum mutationem fore, ſed electionis tantummodo; legitimis comitiis ſuccedentibus in locum deſignationis a tyranno factæ: idque futurum etiam ipſis magis honorificum, qui non minus digni honoribus viderentur ſalva republica, quam ſub unius dominatione.” Et nondum hi finem fecerant dicendi, quum Prætores nonnulli, dolos nectentes contradicentibus, inſignia magiſtratus ſui depoſuerunt, tamquam & ipſi una cum aliis ea recepturi magis legitime. Sed illis ſuboluit dolus; & facile intelligebant, rem ſemel omiſſam e manibus numquam poſtea in poteſtatem eorum redituram.

130. Interim *Antonius et Lepidus* exiverunt e curia, evocati a quibuſdam qui jam pridem ante ædem confluxerant. Ut vero in loco ſuperiore ſunt conſpecti; ægre impo-

A. U. 710.

ἐβόησεν, εἴτε κατὰ γνώμην ἰδίαν, εἴτε παρεσκευασμένος· φυλάσσεσθε παθεῖν ὅμοια. καὶ ὁ Αντώνιος αὐτῷ παραλύσας τι τοῦ χιτωνίσκου, θώρακα ἐντὸς ἐπεδείκνυεν· ὑπερεθίζων ἄρα τοὺς ὁρῶντας, ὡς οὐκ ἐνὸν σώζεσθαι χωρὶς ὅπλων οὐδὲ ὑπάτοις. Επιβοώντων δὴ ἑτέρων, τὸ πεπραγμένον ἐπεξιέναι, καὶ τῶν πλεόνων περὶ τῆς εἰρήνης παρακαλούντων· τοῖς μὲν περὶ τῆς εἰρήνης ἔφη· Περὶ τούτου σκοποῦμεν, ὡς ἔσται τε, καὶ γενομένη διαμενεῖ. δυσεύρετον γὰρ ἤδη τὸ ἀσφαλὲς αὐτῆς, ὅτι μηδὲ Καίσαρα ὤνησαν ὅρκοι τοσοίδε καὶ ἀραί. Ες δὲ τοὺς ἐπεξιέναι παρακαλοῦντας ἐπιστραφεὶς, ἐπήνει μὲν, ὡς εὐορκότερα καὶ εὐσεβέστερα αἱρουμένους· καὶ, Αὐτὸς ἂν, ἔφη, συνετασσόμην ὑμῖν, καὶ τὰ αὐτὰ πρῶτος ἐβόων, εἰ μὴ ὕπατος ἦν· ᾧ τοῦ λεγομένου συμφέρειν μᾶλλον ἢ τοῦ δικαίου μέλει. ὧδε γὰρ ἡμῖν οἱ ἔνδον παραινοῦσιν. οὕτω δέ που

*Lin.* 92. φυλάσσεσθαι *Edd. invitis MSS.* *L.* 93. τι *caret Aug.* *Ib.* θώρακα μὲν ἐντὸς *Edd. Delevi* μὲν *cum Aug.* *L.* 94. ὑπερεριθίζων *edit.* 2. *L.* 95. ἐπιβοωντ. δὴ ἑκατέρων *Edd. & MSS. quæ verba mihi levem emendationem, quam ex conject. adhibui, flagitare viſa ſunt.* *L.* 98. σκοπῶμεν *Edd. Prætuli Aug.* *Ibid.* γενησομένη *edit.* 1.

ſito vociferantibus ſilentio, unus quiſpiam, ſive ſua ſponte, ſive ſubornatus, exclamavit; *Cavete calamitatem alteri ſimilem!* Tum *Antonius*, dimota parte tunicæ, *loricam* oſtendit *ſub tunica;* irritaturus multitudinem; quaſi ne conſulum quidem, niſi armatorum, ſalus in tuto eſſet. Ibi aliis, *ulciſcendum facinus*, adclamantibus; pleriſque vero rogantibus *veniam pacemque*; ad hos poſteriores ita locutus eſt *Antonius*: „De pace curæ nobis eſt, ut & fiat, & ut ſemel facta diuturna maneat: eſt etenim difficile ſecuritati ejus proſpicere, quando ne *Cæſari* quidem profuerunt juramenta, quæ tam diris etiam additis exſecrationibus eidem dicta erant." Deinde ad hos converſus qui vindictam poſtulabant, laudavit ut religionis & pietatis obſervantiores, adjunxitque hæc verba: „ Equidem libenter vobis me adjungerem, & ante alios idem clamarem, ni Conſul eſſem; cui ex officio curandum eſt, non tam quod *juſtum* eſt, quam quod *utile* habetur: ſic enim jubent, qui intus ſunt. Quamquam hoc

Digitized by Google

καὶ Καῖσαρ αὐτὸς, οὓς εἷλε πολέμῳ τῶν πολιτῶν, διὰ τὸ συμφέρον τῆς πόλεως περισώσας, ὑπ᾽ αὐτῶν ἀπέθανε. A. U. 710.

CXXXI. Τοιαῦτα τοῦ Ἀντωνίου παραμέρος τεχνάζοντος, οἱ ἀμύνειν τοῖς γεγονόσιν ἀξιοῦντες, Λέπιδον ἠξίουν ἀμύνειν. Λεπίδου δέ τι μέλλοντος λέγειν, οἱ πόρρω συνεστῶτες κατελθεῖν αὐτὸν ἐς τὴν ἀγορὰν ἠξίουν, ἵνα ὁμαλῶς ἅπαντες ἐπακούσειαν. Καὶ ὁ μὲν εὐθὺς ᾔει, νομίζων ἤδη τὸ πλῆθος τρέπεσθαι· καὶ ἐπὶ τὰ ἔμβολα παρελθὼν, ἔστενε καὶ ἔκλαιεν ἐν περιόπτῳ, μέχρι πολλοῦ. ἀνενεγκὼν δέ ποτε, εἶπεν· Ἐνταῦθα χθὲς μετὰ Καίσαρος ἱστάμην, ἔνθα νῦν ἀναγκάζομαι ζητεῖν, περὶ Καίσαρος ἀνῃρημένου τί βούλεσθε; Ἀναβοησάντων δὲ πολλῶν, Ἀμύνειν σε τῷ Καίσαρι· ἀντανεβόησαν οἱ μισθωτοὶ, Τὴν εἰρήνην τῇ πόλει. Ὁ δὲ τούτοις μὲν ἔφη, Βουλόμεθα. ἀλλὰ ποίαν λέγετε εἰρήνην; ἢ ποίοις ὅρκοις ἀσφαλὴς ἔσται; τοὺς μὲν γὰρ πατρίους πάντας ὠμόσαμεν Καίσαρι, καὶ

*Lin.* 11. τι *poſt* δὲ *carent Edd. Dedit Aug.*

„ipſum quidem & *Cæſarem* perdidit; qui, quum devictis civibus peperciſſet reſpectu utilitatis publicæ, ab his eiſdem oppreſſus interiit."

131. Hujuſmodi artibus poſtquam *Antonius* partem utramque adgreſſus eſt; qui ulciſci Cæſaris necem cupiebant, *Lepidum* ultorem eſſe juſſerunt. Qui dum ad eos verba facere parat; turba quæ longius conſtiterat, poſtulavit, ut e ſuperiori loco in forum deſcenderet, quo facilius exaudiretur pariter ab omnibus. Et protinus *Lepidus* deſcendit: & mutatos jam multitudinis animos putans, pro roſtris progreſſus, gemebundus primum diu omnium in conſpectu deflevit caſum miſerabilem: tandemque, velut ſeſe ex dolore recolligens, hæc verba ſubjecit: „Hoc loco heri cum *Cæſare* ſteti, ubi nunc cogor de ejus nece a vobis quærere quidnam jubeatis." Tum vero adclamantibuſque multis, *Ultionem Cæſaris!* & contra reclamantibus mercenariis, *Pacem publicam!* his ille „*Placet*, reſpondit; ſed qualem pacem dicitis? aut qualibus ſacramentis ea firmabitur? nam quæ nobis patria juramenta ſunt, omnia juravimus *Cæſari*; conculcata nunc ab his qui opti-



Digitized by Google

A. U. 710. κατεπατήσαμεν, οἱ τῶν ὀμωμοκότων ἄριστοι εἶναι λεγόμενοι. Πρὸς δὲ τοὺς ἀμύνειν ἀξιοῦντας ἐπιστραφεὶς, Ὁ μὲν Καῖσαρ ἡμῶν, ἔφη, μεθέστηκεν, ἱερὸς τῷ ὄντι καὶ τίμιος ἀνήρ. τὴν δὲ πόλιν τοὺς ὑπολοίπους αἰδούμεθα βλάψαι. καὶ τάδε (ἔφη) σκοποῦσιν ἡμῶν οἱ πρόβουλοι, καὶ δοκεῖ τοῖς πλείοσιν. Ανακραγόντων δὲ αὖθις, Επέξιθι μόνος· Βούλομαι, εἶπε· καὶ εὔορκον ἐστί μοι καὶ μόνῳ. ἀλλ' οὐκ ἐμὲ καὶ ὑμᾶς βούλεσθαι δεῖ μόνους, οὐδὲ μόνους ἀντιτιθέναι.

CXXXII. Τοιαῦτα καὶ τοῦτον τεχνάζοντα οἱ μισθωτοὶ, φιλότιμον εἰδότες, ἐπῄνουν, καὶ ᾑροῦντο ἐπὶ τὴν Καίσαρος ἱερωσύνην. Τοῦ δὲ ἥψατο μὲν ἡ ἡδονή· Μέμνησθε δὲ, ἔφη, μοι τοῦδε καὶ ὕστερον, ἂν ἄξιος εἶναι δοκῶ. Μᾶλλον οὖν ἔτι παῤῥησίᾳ, διὰ τὴν ἱερωσύνην, ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τῶν μισθωτῶν ἐνισταμένων· Ασεβὲς μὲν, ἔφη, καὶ παράνομον, ἐργάσομαι δ' ὅμως, ὃ βούλεσθε. Καὶ εἰπὼν, ἐς τὸ βουλευτήριον ἀνέτρεχεν, ἐν ᾧ πάντα τὸν

*Lin.* 25. Καισ. ὑμῶν *expreſſit Cand.* *L.* 27. *pro* καὶ τάδε *dat* μετάδε (*ſic*) *Aug. mend.* *L.* 31. *verba* οὐδὲ μόνους, *ante* ἀντιτιθέναι, *abſunt ab Aug.* *Ibid.* ἀντιτίθεσθαι *voluit Muſgrav.*

mi & præcipui viri inter juratos habentur." Deinde converſus ad eos qui ultionem poſcebant: „*Cæſar*, inquit, a nobis migravit; vir vere ſanctus cariſſimuſque: veremur autem ſuperſtitibus nunc privare rempublicam. Et de hoc ipſo Patres pro nobis conſultant; eaque eſt ſententia plerorumque." Adclamatum eſt rurſus: *Vel ſolus tu rem adgredere!* „Volo, inquit, & fas eſt mihi vel ſoli: ſed oportet non me voſque ſolos id velle, & ſolos nos illis opponere."

132. Talibus artibus quum *Lepidus* quoque uteretur; mercenarii, quod ſcirent hominem honoris cupidum, laudabant eum, & *pontificatum Cæſaris* ei offerebant. Et ille gaudio perfuſus: „At memineritis mihi, ait, hujus rei in poſterum quoque, ſi dignus porro fuero viſus." Jamque audacius, ob pontificatum ei delatum, pacem flagitantibus mercenariis: „Quamvis, inquit, jus & fas vetare videatur; faciam tamen quod jubetis." Quibus dictis, in curiam propere reverſus eſt *Lepidus*. Ex quo autem ille exceſ-

Digitized by Google

χρόνον τόνδε ὁ Δολοβέλλας ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς ἐνίστατο ἀσχημόνως. Καὶ ὁ Ἀντώνιος, ἀναμένων ἅμα τὰ ἐν τῷ δήμῳ γιγνόμενα, σὺν γέλωτι αὐτὸν ἐφεώρα· καὶ γὰρ ἤστην διαφόρω. Ὡς δὲ ἅλις ἔσχε τῆς ὄψεως, καὶ οὐδὲν ἐν τῷ δήμῳ τι γεγένητο θερμότερον, τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας ἔγνω περισώζειν, ὑπὸ ἀνάγκης· (ἐπικρύπτων τὴν ἀνάγκην, καὶ ὡς ἐν βαρυτάτῃ χάριτι περισώζων·) τὰ δὲ τῷ Καίσαρι πεπραγμένα κυροῦν συμβόλῳ, καὶ τὰ βεβουλευμένα συντελεῖν. Σιωπὴν τε κατακηρύξας, αὖθις ἔλεγεν· A. U. 710.

CXXXIII. Ἐγὼ περὶ μὲν τῶν ἁμαρτόντων πολιτῶν, ὦ ἄνδρες ὁμότιμοι, σκεπτομένοις ὑμῖν οὐδὲν ἐπεφθεγξάμην· περὶ δὲ Καίσαρος ἀντ᾽ ἐκείνων ψῆφον αἰτοῦσιν, ἓν ἐκ τῶν Καίσαρος ἔργων προὔθηκα μέχρι νῦν. καὶ τοσούτους ὑμῖν τὸ ἓν ἀγῶνας ἤγειρεν, οὐκ ἀλόγως· εἰ γὰρ

*Lin. 42. καὶ γὰρ ἴστην Edd. ex Reg. A. καὶ γὰρ ἴστιν Reg. B. Recte Aug. L. 43. ὥστε ἅλις ἔσχε Edd. cum MSS. noſtris & Cand. Levi mutatione reſtitui impeditam orationem. Malim tamen, lin. ſeq. abeſſet particula οὖν, quæ importune inſerta videtur. L. 45. Verbis ὑπὸ ἀνάγκης, uſque χάριτι περισώζων, caruit Reg. B. a prim. manu. L. 46. χάριτι περισώζειν Edd. ex Reg. A. περισώζει Aug. περισώζων, quod reponendum duxi, legiſſe videtur Cand. Adjeci autem parentheſeos ſigna, quæ vulgo abſunt; & lin. 45. diſtinxi cum Aug. poſt ὑπὸ ἀνάγκης, quæ verba vulgo cum ſeqq. connectuntur.*

ſerat, per totum id tempus *Dolabella* in ſenatu parum ſane decore de magiſtratu ſuo contendit, ne eo excideret. Et *Antonius* interim, exſpectans quid factura plebs eſſet, cum riſu eum ſpectaverat; nam diſcordes inter ſeſe fuerant. Poſtquam autem ſatiatus fuit ſpectando, neque a plebe quidquam acriori ſtudio factum intellexit; neceſſitate compulſus, *ſtatuit ſervare* quidem *percuſſores*; (ita tamen, ut diſſimularet neceſſitatem, & pro ſingulari gratia incolumitatem eis imputaret;) *ſimul* vero & *Acta Cæſaris rata habere*, & Senatuſconſulto eadem confirmare. Itaque, indicto per præconem ſilentio, rurſus ſic orſus eſt ANTONIUS:

133. „ Equidem, *Patres conſcripti!* diſceptantibus vobis *de civibus*, *qui nefas illud admiſerunt*, non interpoſui meam ſententiam: ceterum poſtquam, illis omiſſis, ſuffragia popoſciſtis *de Cæſare*, unum hactenus ex *Actis Cæſaris* propoſui; quod unum tantas inter vos contentiones ex-



Digitized by Google

*A. U.* 710. ἀποθησόμεθα τὰς ἀρχὰς, ὁμολογήσομεν ἄνδρες τοσοίδε καὶ τοιοίδε ἀναξίως αὐτῶν τετυχηκέναι. Ὅσα δ' οὖν μηδὲ ἐπακούσεται ῥᾳδίως, ἐπισκέψασθε νῦν αὐτὰ, καὶ συναριθμεῖτε κατά τε πόλεις καὶ κατὰ ἔθνη, καὶ βασιλέας καὶ δυνάστας. Πάντα γὰρ δὴ, σχεδὸν εἰπεῖν, ὅσα ἐξ ἠοῦς ἐπὶ δύσιν ὁ Καῖσαρ ἡμῖν ἐχειρώσατο δυνάμει καὶ κράτει, συνεστήσατο νόμοις καὶ χάριτι καὶ φιλανθρωπίαις βεβαιωσάμενος. ὧν τίνας ὑποστήσεσθαι δοκεῖτε, ἀφαιρουμένους ἃ ἔλαβον, εἰ μὴ πάντα ἐμπλῆσαι πολέμων ἐθέλετε; οἱ τῇ πατρίδι, ὡς ἀσθενεστάτῃ μάλιστα οὔσῃ, τοὺς ἐναγεῖς περισώζειν ἀξιοῦτε; Καὶ τὰ μὲν πορρωτέρω τοῖς τε δεινοῖς ἔτι καὶ τοῖς φόβοις ἀφεστηκότα ἐάσω. ἃ δὲ οὐκ ἀγχοῦ μόνον ἐστὶν ὑμῖν, ἀλλὰ σύνοικα ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν αὐτὴν, τοὺς τὰ νικητήρια λαβόντας,

*Lin. 55. Conjunctionem* δ' *ante* οὖν *adjeci ex Aug. L. 56.* ὑπακούσεται *puto leg. ut paulo ſuperius.* ἐπακούσατε *expreſſit Cand. L. 59.* ἐπὶ δύσει *Edd. Correxi ex Aug. Ib. Diſtinguunt poſt* δύσει *ed. 2. 3. poſt* δυνάμει *vero & poſt* συνεστήσατο. *Edd. omnes. Ibid. Aug. ſic diſt.* ἐχειρώσατο, δυνάμει καὶ κράτει συνεστήσατο, νόμοις *&c. Mihi in tota hac turbatum aliquid etiam nunc ſupereſſe videtur. L. 65. regione Neſcio quid mendoſum ineſſe utique videtur in verbis* τοῖς τε δεινοῖς *uſque* ἀφεστηκότα. *Poſt* πορρωτέρω, *itemque poſt* ἀφεστηκότα, *hypoſtigmen ponit Aug.*

„citavit; neque illud quidem immerito. Si enim deponemus noſtros magiſtratus; nos tot ac tales viros indignos eis fatebimur. Jam vero reliqua, quæ ne in noſtra quidem poteſtate ſunt, conſiderate: & quid per omnes civitates, quid per provincias, quid per regna amicorum ſociorumque regum & dynaſtarum eventurum ſit, perpendite! Nam ab Oriente in Occidentem cunctos fere populos *Cæſar*, virtute ſua ſubactos, non ſolum vi & armis pacavit, ſed & legibus & be„neficentia liberalitateque ſibi devinxit. Quorum quoſnam putatis laturos eripi ſibi quæ ſemel acceperint? niſi forte bellis miſcere omnia volueritis; qui patriæ, quam nimium debilitatam dicitis, nefarios hos cives conſervandos cenſetis? Sed mitto jam de remotioribus provinciis dicere, quæ ab hujuſmodi periculo metuque longius abſunt. Hos vero, non vicinos modo, verum etiam ipſam nobiſcum incolentes Italiam, *veteranos Cæſaris*, (qui, ut victoriarum præmia accipe-

Digitized by Google

καὶ κατὰ πλῆθος ἅμα τοῖς ὅπλοις, ὡς ἐστρατεύοντο, ὑπὸ τῇ αὐτῇ συντάξει, συνῳκισμένους ὑπὸ Καίσαρος, (ὧν ἔτι πολλαὶ μυριάδες εἰσὶν ἐν τῇ πόλει) τί νομίζετε πράξειν, ἀφαιρουμένους, ὧν εἰλήφασιν ἢ προσδοκῶσι λήψεσθαι, πόλεών τε καὶ χωρίων; Καὶ τοῦδε μὲν ὑμῖν καὶ ἡ παρελθοῦσα νὺξ τὴν εἰκόνα ἔδειξε. δεομένοις γὰρ ὑμῖν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτόντων, ἀντιπαρέθεον ἐκεῖνοι μετὰ ἀπειλῆς. *A. U.* 710.

CXXXIV. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ Καίσαρος συρόμενον καὶ αἰκιζόμενον καὶ ἄταφον ῥιπτούμενον (καὶ γὰρ ταῦτα ἐκ τῶν νόμων τοῖς τυράννοις ἐπιτέτακται) περιόψεσθαι νομίζετε τοὺς ἐστρατευμένους αὐτῷ; καὶ τὰ Κελτῶν καὶ Βρεττανῶν νομιεῖν, ἃ εἰλήφασιν, ἕξειν βέβαια, τοῦ δόντος ὑβριζομένου; Τί δὲ τὸν δῆμον αὐτὸν ἐργάσεσθαι; τί δὲ τοὺς Ἰταλιώτας; πόσον δὲ ὑμῖν ἔσεσθαι φθόνον παρά τε ἀνδρῶν καὶ θεῶν, ἐνυβρίζουσιν ἐς τὸν ὑμῖν τὴν ἡγεμονίαν μέχρι Ὠκεανοῦ ἐπὶ τὴν ἄγνωστον προαγαγόντα; καὶ οὐκ

*Lin.* 80. ἐργάσασθαι *edit.* 1. *cum Regiis & Aug.* *L.* 82. τὴν *ad* ἡγεμον. *caret Aug.*

„rent, tanto numero, & quidem armati etiam nunc, & per eoſdem ordines, quibus ſub *Cæſare* militaverant, diſtributi, ab illo in colonias deſcripti ſunt, quorum multa millia etiam nunc in Urbe verſantur:) hos, inquam, quid exiſtimatis facturos, ſi auferantur eis quæ vel jam acceperunt, vel quæ eis promiſſa ſunt, oppida atque prædia? Certe præterita nox aliquod hujus rei ſpecimen vobis exhibuit: vidiſtiſque, quantis cum minis diſcurſantes illi ſe veſtræ deprecationi pro his, qui peccarunt, oppoſuerunt.

134. „Jam vero *corpus Cæſaris* unco *trahi per Urbem*, „& lacerari, & *inhumatum projici*, (ex legibus enim id quoque *tyrannis debetur:*) hæc igitur æquo animo paſſuros putatis veteranos ejus commilitones, & victoriarum præmia de Gallis Britanniſque reportatarum integra ſibi atque firma ſperaturos manſura, auctore eorumdem præmiorum contumelia omni adfecto? Jam quid ipſum populum? quid univerſæ incolas Italiæ putatis facturos? Quantam vero & hominum & deorum invidiam vos ſecuturam, ſi tali contumelia dignum judicaveritis hunc, qui imperium vobis uſque ad ignota prius Oceani littora promovit? An



Digitized by Google

A. U. 710. ἐν αἰτίᾳ καὶ καταγνώσει μᾶλλον ἔσεσθαι τὴν τοσήνδε ἡμῶν ἀνωμαλίαν, εἰ τοὺς μὲν ὕπατον ἐν βουλευτηρίῳ, καὶ ἱερὸν ἄνδρα ἐν ἱερῷ χωρίῳ, βουλῆς ἀγηγερμένης, ὑπὸ ὄψεσι θεῶν, κατακανόντας τιμᾷν ἀξιώσομεν, ἀτιμοῦν δὲ τὸν καὶ τοῖς πολεμίοις δι' ἀρετὴν τίμιον; Τούτων μὲν οὖν, ὡς οὔτε ὁσίων, οὔτ' ἐφ' ἡμῖν ὄντων, προλέγω πάμπαν ἀπέχεσθαι. γνώμην δὲ ἐσφέρω, τὰ μὲν πεπραγμένα καὶ βεβουλευμένα τῷ Καίσαρι πάντα κυροῦν· τοὺς δὲ ἁμαρτόντας ἐπαινεῖν μὲν οὐδενὶ τρόπῳ, (οὐ γὰρ ὅσιον, οὐδὲ δίκαιον, οὐδὲ σύμφωνον ἔτι τῷ κυροῦν τὰ Καίσαρι πεπραγμένα·) περισώζειν δὲ ἐξ ἐλέου μόνον, εἰ ἐθέλοιτε, διὰ τοὺς οἰκείους αὐτῶν καὶ φίλους, εἰ δὴ καὶ τόδε αὐτὸ οἵδε λαμβάνειν ὑπὲρ ἐκείνων ὁμολογοῖεν ἐν χάριτος μέρει.

CXXXV. Τοιαῦτα εἰπόντος τοῦ Ἀντωνίου σὺν ἀνατάσει τε καὶ ὁρμῇ βαρυτέρᾳ, γίγνεται δόγμα, ἡσυχα-

*Lin.* 85. ἀνομαλίαν *Aug.* *L.* 86. ἐγηγερμένης *Edd.* *Rectius Aug.* *L.* 87. κατακαίνοντας *Edd.* *Prætuli Aug.*

„ non inſignem noſtram iniquitatem accuſaturos putatis omnes, ſi eos qui Conſulem in curia, qui virum ſanctum in ſacrato loco, inſpectante ſenatu, ſub ipſorum oculis deorum, interemerunt, hos ſi præmiis dignabimur: ipſum vero contumeliis adficiemus, qui hoſtibus quoque propter virtutem carus fuit & venerabilis? Quare vos moneo, mittamus hæc nefaria, quæ ne, ſi velimus quidem, efficere valemus: & pro ſententia dico, *Acta conſiliaque Cæſaris rata debere haberi; auctores vero ſceleris laudandos* „quidem *nullo modo*, (id enim nec divino humanove jure licet, &, ſiquidem acta Cæſaris rata habemus, plane etiam repugnat;) ceterum *veniam* tamen eis *poſſe concedi*, ex ſola quidem commiſeratione, ſi vobis ita videtur, reſpectu amicorum quos habent & familiarium: ſi modo hi, id ipſum pro illis in gratiæ loco ſe habituros, atque eo nomine accepturos, profiteantur."

135. Hæc poſtquam *Antonius* magna contentione & acerrimo quodam impetu dixit; nihil jam porro moventibus ceteris, & cunctis hac ſententia

ζόντων ἤδη καὶ ἀγαπώντων ἁπάντων· φόνου μὲν οὐκ εἶναι δίκας ἐπὶ τῷ Καίσαρι· κύρια δὲ εἶναι τὰ πεπραγμένα αὐτῷ πάντα καὶ ἐγνωσμένα, ἐπεὶ τῇ πόλει συμφέρει. ἐβιάσαντο γὰρ τόδε ἐς ἀσφάλειαν οἱ τῶν περισωζομένων οἰκεῖοι προστεθῆναι μάλιστα, ὡς οὐ δικαίως φυλασσόμενα μᾶλλον, ἢ διὰ χρείαν. καὶ ὁ Ἀντώνιος αὐτοῖς ἐς τοῦτο ἐνέδωκεν. Ἐψηφισμένων δὲ τούτων, ὅσοι τῶν κληρούχων ἡγεμόνες ἦσαν, ἠξίουν ἴδιον περὶ σφῶν ἐπὶ τῷ κοινῷ δόγμα ἕτερον γενέσθαι, βεβαιοῦν αὐτῶν τὰς κληρουχίας. καὶ οὐκ ἐκώλυεν ὁ Ἀντώνιος, ἐπιδεικνὺς τῇ βουλῇ τὸν φόβον. γίγνεται μὲν δὴ καὶ τοῦτο· καὶ ἕτερον αὖ περὶ τῶν ἐξιόντων ἐπὶ τὰς ἀποικίας ὅμοιον. Λεύκιον δὲ Πείσωνα, ὅτῳ τὰς διαθήκας ὁ Καῖσαρ παρετίθετο, τοῦτον ἤδη τὸν τρόπον τῆς βουλῆς διαλελυμένης, τινὲς περιστάντες παρεκάλουν, μήτε τὰς διαθήκας προφέρειν, μήτε θάπτειν τὸ σῶμα φανερῶς, μή τι νεώτερον ἕτερον

A. U. 710

*Lin.* 1. ἁπάντων *caret Reg. B.* *L.* 5. προστεθῆναι *edit.* 1. *L.* 9. βεβαιούντων τὰς κληρουχ. *mendoſe, ut mihi videtur, Edd. & MSSti, noſtri. Levi correctione verum lectionem reſtitutam puto.* *L.* 12. ἐπιεικίας *Edd. & MSS. Correxi cum Muſgravio.*

contentis, fit *Senatusconſultum: „De cæde Cæſaris quæri in judicio non placere; Acta vero ejus decretaque rata eſſe, QUONIAM ITA E REPUBLICA ESSE VIDEATUR:"* hæc enim verba, ut adjicerentur, pervicerant (concedente id quoque *Antonio*) percuſſorum amici, ad illorum ſecuritatem; quaſi *propter utilitatem* magis ſervarentur Acta Cæſaris, quam quod *per ſe, jure quodam*, valida fuiſſent futura. Eo Senatuſconſulto facto, quotquot aderant coloniis deducendis præfecti, poſtularunt, ut præter commune illud S. C. aliud peculiare conficeretur, quo veteranis poſſeſſio agrorum, qui eiſdem fuiſſent adtributi, confirmaretur. Nec obſtitit *Antonius*; qui ipſe ſenatui, quid ab his eſſet metuendum, demonſtraverat. Itaque & hoc ipſum S. C. factum eſt; & ſimul aliud ſimile, de his qui in colonias jam deducti erant. Senatu deinde dimiſſo, *L. Piſonem, apud quem teſtamentum ſuum Cæſar depoſuerat*, nonnulli circumſtiterunt; rogantes, ne teſtamentum proferret, neve corpus publice funeraret; ne hinc alia rerum novarum fie-

Digitized by Google

A. U. 710.

ἐκ τούτων γένοιτο. καὶ οὐ πειθόμενον ἠπείλουν ἐσαγγέλλειν, ὅτι τὸν δῆμον οὐσίαν τηλικαύτην ἀφαιροῖτο, γιγνομένην κοινήν· αὖθις ἄρα ἐνσημαινόμενοι τὴν τυραννίδα.

CXXXVI. Ἐκβοήσας οὖν ὁ Πείσων ὅτι μέγιστον, καὶ τοὺς ὑπάτους ἔτι παροῦσαν οἳ τὴν βουλὴν ἀξιώσας συναγαγεῖν, εἶπεν· Οἱ τύραννον λέγοντες ἕνα ἀνῃρηκέναι, τοσοίδε ἡμῶν ἀνθ᾽ ἑνὸς ἤδη τυραννοῦσιν· οἳ θάπτειν με κωλύουσι τὸν ἀρχιερέα, καὶ τὰς διαθήκας ἀπειλοῦσι προφέροντι, καὶ τὴν οὐσίαν δημεύουσιν αὖθις ὡς τυράννου. καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τούτοις αὐτῷ πεπραγμένα κεκύρωται· ἃ δὲ ἐφ᾽ ἑαυτῷ κατέλιπεν, ἀκυροῦσιν, οὐ Βροῦτος ἔτι, οὐδὲ Κάσσιος, ἀλλ᾽ οἱ κἀκείνους ἐς τόνδε τὸν ὄλεθρον ἐκπιπίσαντες. Τῆς μὲν οὖν ταφῆς ὑμεῖς ἐστε κύριοι, τῶν δὲ διαθηκῶν ἐγώ· καὶ οὔποτε ἃ ἐπιστεύθην προδώσω, πρὶν κἀμέ τις ἐπανέλῃ. Θορύβου δὲ καὶ ἀγανακτήσεως γινομένης παρὰ πάντων, καὶ μάλιστα τῶν τι καὶ ἐλπι-

*Lin.* 17. πειθομένου *Edd. Prætuli Aug. Reg. B.* *L.* 32. τῶν τι καὶ *Edd. Recte Aug.*

ret materia. Quod quum ei non perſuaderent; diem ſe ei dicturos, quod populum Romanum tanta hæreditate fraudaret publico ærario debita, minabantur; rurſum ita ſubinnuentes tyrannidem.

136. Tum *Piſo*, quantum potuit exclamans, conſules invocavit, ut ſenatum nondum digreſſum coire denuo juberent. Quo facto, hæc verba fecit: „*Qui tyrannum jactant a ſe ſublatum*, tot jam pro uno *tyrannidem in nos volunt exercere*: ſepeliri vetant ſummum pontificem; teſtamentum ejus proferenti minantur; bona „rurſus, tamquam tyranni, publicata volunt: Acta *Cæſaris*, quæ quidem ad ſe pertinent, rata habent; quæ vero ad ipſum defunctum, volunt irrita fieri: idque non Brutus facit, nec Caſſius; ſed hi, qui cædis auctores & inſtigatores illis fuerunt. De *ſepultura* igitur vos videritis, quæ res in veſtra eſt poteſtate: ego, quod meum eſt, *teſtamentum* curabo; neque umquam, quod mihi eſt creditum, prodam; niſi me quoque aliquis, ſicut illum, occiderit." Inde omnibus ob rem indignam tumultuantibus, præſertim iis,

Digitized by Google

ζόντων ἐκ τῶν διαθηκῶν αὐτοῖς ἔσεσθαι· τάς τε διαθήκας ἐς τὸ μέσον ἔδοξε προφέρειν, καὶ θάπτειν τὸν ἄνδρα δημοσίᾳ. Καὶ ἐπὶ τοῖσδε ἡ βουλὴ διελύθη. A. U. 710.

CXXXVII. Βροῦτος δὲ καὶ Κάσσιος, αἰσθόμενοι τῶν γεγονότων, ἐς τὸ πλῆθος περιέπεμπον, καὶ παρεκάλουν, πρὸς αὐτοὺς ἀνελθεῖν ἐς τὸ Καπιτώλιον. Συνδραμόντων δὲ ὀξέως πολλῶν, ὁ Βροῦτος ἔλεγεν· Ενταῦθα ὑμῖν ἐντυγχάνομεν, ὦ πολῖται, οἱ χθὲς κατ' ἀγορὰν ἐντυχόντες· οὔτε ὡς ἐς ἱερὸν καταφυγόντες, (οὐ γὰρ ἡμάρτομεν·) οὔτε ὡς ἐπὶ κρημνὸν, (οἳ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέπομεν ὑμῖν·) ἀλλὰ τὸ Κίννα πάθος, ὀξύτερόν τε καὶ ἀλογώτερον αὐτῷ γενόμενον, οὕτως ἠνάγκασεν. ᾐσθόμην δὲ τῶν ἐχθρῶν διαβαλλόντων ἡμᾶς ἐς ἐπιορκίαν, καὶ ἐς αἰτίαν ἀπορίας εἰρήνης ἀσφαλοῦς. ἃ δὴ περὶ τούτων ἔχομεν εἰπεῖν, ἐν ὑμῖν ἐροῦμεν, ὦ πολῖται, μεθ' ὧν καὶ τἆλλα δημοκρατουμένων πράξομεν. Επειδὴ Γάϊος Καῖσαρ ἐκ Γαλατίας ἐπὶ τὴν πατρίδα ἤλασε σὺν ὅπλοις πολεμίοις, καὶ Πομπήϊος μὲν ὁ δημοκρατικώτατος ὑμῶν ἔπαθεν οἷα ἔπαθεν, ἐπὶ δ' αὐτῷ πλῆθος ἄλλο πολιτῶν

*Lin.* 45. *ἐς ante ἐπιορκίαν caret Aug. male.*

qui ſperabant ex eo teſtamento ſibi quoque aliquid obventurum; placuit, *et teſtamentum proferri in medium*, *et corpus funerari publice.* Atque ita ſenatus diſſolutus eſt.

137. Quæ ubi intellexerunt *Brutus* & *Caſſius*; dimiſſis nunciis *plebem vocarunt ad ſe in Capitolium.* Moxque facto ad eos multorum concurſu, BRUTUS *ſic locutus* eſt: „HICCE loci nunc, *Quirites*, agimus vobiſcum, qui in foro heri egimus: non jam ut ad fanum refugi, nec enim peccavimus; neque ut „ad locum præruptum, quippe qui res noſtras fidei veſtræ committimus: ſed *Cinnæ* caſus repentinus & indignus huc nos compulit. Et quoniam inimici nos calumniantur, quaſi perjuros & pacis turbatores; apud vos potiſſimum libet hanc cauſam agere, *Quirites*, cum quibus, reſtituta republica, reliqua quoque agemus quæ agenda ſunt. Poſtquam *Cæſar* e Gallia patriam invaſit hoſtiliter, & *Pompejus*, reipublicæ amantiſſimus, deplorabili fato functus eſt, & poſt eum magna bonorum civium

Digitized by Google

A. U. 710. ἀγαθῶν ἔς τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίαν ἐλαυνόμενοι διωλώλε-σαν· εἰκότως αὐτῷ δεδιότι, καὶ βέβαιον ἔχοντι τὴν τυραν-νίδα, ἀμνηστίαν αἰτοῦντι ἔδομεν, καὶ ὠμόσαμεν ὑπὲρ αὐτῆς. Εἰ δὲ ἡμῖν ὀμνῦναι προσέταττεν, οὐ τὰ παρελθόν-τα μόνον οἴσειν ἐγκρατῶς, ἀλλὰ δουλεύσειν ἐς τὸ μέλλον ἑκόντας, τί ἂν ἔπραξαν οἱ νῦν ἐπιβουλεύοντες ἡμῖν; ἐγὼ μὲν γὰρ, ὄντας γε Ῥωμαίους, οἶμαι πολλάκις ἀποθανεῖν ἑλέσθαι μᾶλλον, ἢ δουλεύειν ἑκόντας ἐπὶ ὅρκῳ.

CXXXVIII. Εἰ μὲν δὴ μηδὲν ἔτι εἰς δουλείαν εἰργάζετο ὁ Καῖσαρ, ἐπιωρκήσαμεν. εἰ δὲ οὔτε τὰς ἀρχὰς τὰς ἐν ἄστει, οὔτε τὰς τῶν ἐθνῶν ἡγεμονίας, οὔτε στρατείας, ἢ ἱερωσύνας, ἢ κληρουχίας, ἢ τιμὰς ἄλλας ὑμῖν ἀπέδωκεν, οὐδὲ προεβούλευεν ἡ βουλὴ ἐπὶ οὐδενὸς, οὐδ᾽ ὁ δῆμος ἐπεκύρου, ἀλλὰ πάνθ᾽ ὁ Καῖσαρ ἦν ἅπασιν ἐξ ἐπιτάγμα-τος, καὶ οὐδὲ κόρος αὐτῷ τοῦ κακοῦ τις ἐγίγνετο, οἷος

*Lin.* 53. δεδιότες *expreſſit Cand. Specioſe ſane; at ſic ne ea quidem verba, quæ vel præcedunt vel ſequuntur, menda caruerint.* διδό-ντι *ſuſpicatus eſt Henr. Stephanus. Ibid. Ante* βέβαιον *inſertam partic. negantem* οὐ *voluit Muſgravius. L.* 54. οὐ ὠμόσαμεν *Eli. invitis MSS. L.* 65. *An* ἦν ἐν ἅπασιν? *L.* 66. οἷον *Aug.*

„multitudo in Africam Hiſpaniamque pulſi perierunt; tunc quidem Cæſari, confirmata tyrannide, ſibi ipſi non ſine cauſa timenti, *oblivionem ante actorum*, quam a nobis poſtulavit, jurati conceſſimus. Qui ſi a nobis jusjurandum exegiſſet, non ſolum patientiæ *præteritarum* injuriarum, ſed *futuræ* etiam *ſervitutis*; quidnam tunc facturos fuiſſe putabimus hos, qui hodie nobis inſidiantur? Ego certe, *vere* quidem *Romanos non unam mortem laturos* fuiſſe, opinor, *priuſquam ſe* jurejurando interpoſito *ſervituti addixiſſent.*"

138. „Itaque ſi nihil porro contra libertatem noſtram *Cæſar* molitus eſt; perjuri ſimus. Quod ſi vero nec magiſtratus urbanos provincialeſve, nec præfecturas exercituum, nec ſacerdotia, nec coloniarum deductiones, nec alios quoſvis honores, in veſtra poteſtate reliquit; ſi non ad ſenatum de his rebus retulit, non populi auctoritatem requiſivit; ſed juſſa unius Cæſaris omnia potuerunt in omnibus rebus; ſi ne ſic quidem malis noſtris,

Digitized by Google

ἐγίνετο Σύλλᾳ· (ἀλλ' ὁ μὲν τοὺς ἐχθροὺς καθελὼν, ἀπέδωκεν ὑμῖν τὴν πολιτείαν· ὁ δ' ἐπὶ ἄλλην στρατείαν χρόνιον ἀπιὼν, ἐς πενταετὲς ὑμῶν τὰ ἀρχαιρέσια προέλαβεν·) ποία ταῦτα ἦν ἐλευθερία, ἧς οὐδ' ἐλπὶς ὑπεφαίνετο ἔτι; Τί δὲ οἱ τοῦ δήμου προστάται Καισήτιος καὶ Μάρυλλος; οὐχ, ἱερὰν καὶ ἄσυλον ἄρχοντες ἀρχὴν, ἐξηλαύνοντο σὺν ὕβρει; Καὶ ὁ μὲν νόμος ὁ τῶν προγόνων καὶ ὁ ὅρκος οὐδ' ἐπάγεσθαι δίκην ἔτι οὖσι δημάρχοις ἐπιτρέπουσιν· ὁ δὲ Καῖσαρ αὐτοὺς ἐξήλασεν, οὐδὲ δίκην ἐπαγαγών. Πότεροι οὖν ἐς τοὺς ἀσύλους ἡμάρτανον; ἢ Καῖσαρ μὲν ἱερὸς καὶ ἄσυλος, ὅτῳ ταῦτα οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης, οὐδὲ πρὶν ἐπελθεῖν αὐτὸν ἐς τὴν πατρίδα σὺν ὅπλοις, καὶ τοσούσδε καὶ τοιούσδε ἀγαθοὺς πολίτας κατακανεῖν, ἐθέμεθα· τὴν δὲ τῶν δημάρχων ἀρχὴν οὐχ ἱερὰν καὶ ἄσυλον οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν δημοκρατίᾳ χωρὶς ἀνάγκης ὤμοσάν τε καὶ ἐπηράσαντο ἐς ἀεὶ ἔσεσθαι; Ποῦ δὲ οἱ Φόροι τῆς ἡγεμονίας καὶ λογισμοὶ συνε- A. U. 710.

*Lin. 71. Rurſus* Σίκτιος, *pro* Καισήτιος, *Edd. & MSS. Sed recte Cand. ut alibi.* *L. 76.* σὺν καὶ ἐς τοὺς ἀσυλ. *Edd. Delevi conjunct.* καὶ *cum Aug. & Reg. A.* *L. 82.* ἐπειράσαντο *Edd. Recte Aug.*

„ut olim Sylla, ſatiatus eſt: (Sylla enim, ſublatis inimicis, adminiſtrationem rei publicæ vobis reddidit; hic contra, aliam diuturnam expeditionem adgreſſus, in quinquennium veſtra præoccupavit comitia:) *quænam aut qualis hæc* erat *libertas*, cujus ne ſpes quidem amplius nobis ulla oſtenſa eſt? Quid dicam de tribunis plebis, de *Cæſetio Marullo*que? annon ſacroſanctus magiſtratus contumelioſe pulſus eſt? Et leges quidem ac jusjurandum majorum noſtrorum ne in jus quidem vocari tribunos plebis ſinunt, quouſque in magiſtratu ſunt: *Cæſar* vero, ne in jus quidem vocatos, egit in exilium. Utri igitur ſacroſanctos violavimus? Niſi forte *Cæſar* quidem ſacroſanctus fuit; cui non ſponte, ſed coacti, oppreſſa armis patria, tot egregiis civibus occiſis, eum honorem contulimus; & *tribunitia poteſtas* ſacroſancta non fuit, quam inviolabilem in ſempiternum fore patres noſtri ultro, nemine eos cogente, jurarunt, diris etiam exſecrationibus additis, ſi umquam contra fieret? Quid vero? vecti-

Digitized by Google

*A. U.* *710.* Φέροντο; τίς δ᾽ ἡμῶν ἀκόντων ἤνοιγε τὰ ταμιεῖα; τίς τῶν ἀψαύστων καὶ ἐπαράτων ἐκίνει χρημάτων; καὶ ἑτέρῳ δημάρχῳ κωλύοντι θάνατον ἠπείλει;

CXXXIX. Ἀλλὰ τίς, φασὶν, ἔτι ὅρκος ἐς ἀσφάλειαν εἰρήνης ἂν γένοιτο; Εἰ μὲν οὐ τυραννήσει τις, οὐδὲ ὅρκων δεῖ· οὐδὲ γὰρ τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐδέησεν οὐδέποτε. εἰ δ᾽ ἐπιθυμήσει τις ἄλλος τυραννίδος, οὐδὲν πιστὸν ἐστὶ Ῥωμαίοις πρὸς τύραννον, οὐδ᾽ εὔορκον. Καὶ τάδε προλέγομεν, ἔτι ὄντες ὑπὸ τῷ κινδύνῳ, καὶ προεροῦμεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος αἰεί. καὶ γὰρ, ὄντες ἐν ἀσφαλεῖ τιμῇ παρὰ Καίσαρι, τὴν πατρίδα τῆς ἡμετέρας τιμῆς προετιμήσαμεν. Διαβάλλουσι δ᾽ ἡμᾶς καὶ ἐπὶ ταῖς κληρουχίαις, ἐρεθίζοντες ὑμᾶς. Εἰ δή τινες τῶν ᾠκισμένων ἢ οἰκισθησομένων πάρεστε, χαρίσασθέ μοι, καὶ ἐπισημήνασθε ἑαυτούς. CXL. Ἐπιση-

*Lin.* 84. ταμεῖα *Edd. Prætuli, ut alibi, Aug. Ven. cum quibus facit h. l. Reg. A. Ibid. ſq.* τίς τῶν ἀψαύστων καὶ ἀθίκτων χρημάτων προσήψατο; *Edd. ex Reg. A. Prætuli Aug. Ven. Reg. B. L.* 91. τύραννους (*ſic*) *Editi omnes, menda ex Reg. A. propagata.* τύραννον *del. Aug. Ven. Reg. B.*

„galia populi Romani, & rationes publicanorum, quonam conferebantur? *quis* nobis invitis *aperuit ærarium?* quis abſtulit intactas hactenus & dira cum exſecratione vetitas tangi pecunias? quis tribuno plebis obſiſtenti necem eſt comminatus?

139. „Sed quodnam ergo *jusjurandum*, ajunt, ſupereſt, quo pacis firmetur ſtabilitas? Nimirum, ſi nemo tyrannum agat, ne opus quidem erit ſacramentis; quemadmodum nec majores noſtri opus eis umquam habuerunt. Quod ſi quis vero ad novam adſpi„raverit tyrannidem; *nulla Romanis fides*, *nulla religio*, *erga tyrannum eſt*. Atque hæc profitemur, dum adhuc in periculo verſamur; neque umquam patriæ cauſa idem profiteri ceſſabimus. Nam qui tuto potueramus honoribus frui apud *Cæſarem*, caritatem patriæ potiorem noſtris honoribus habuimus. Ceterum quod ad *calumnias de coloniis deducendis* adtinet, quibus calumniis conantur vos exaſperare; *ſi qui adeſtis* aut jam *deducti in colonias*, *aut deducendi*; hoc mihi quæſo gratificamini, ut mihi vos ſignificetis."

140. Quumque

Digitized by Google

A. U. 710.

CXL. Ἐπισημηναμένων δὲ πολλῶν· Εὖ γε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες, τοῖς ἄλλοις ἐποιήσατε συνελθόντες. χρὴ δὲ ὑμᾶς, τὰ εἰκότα τιμωμένους τε καὶ περιποιουμένους ἐκ τῆς πατρίδος, τὰ ἴσα τὴν ἐκπέμπουσαν ἀντιγεραίρειν. Ὑμᾶς δ᾽ ὁ δῆμος ἔδωκεν ἐπὶ Κελτοὺς καὶ Βρεττανοὺς τῷ Καίσαρι· καὶ ἀριστεύοντας ἔδει τιμῶν καὶ ἀριστείων τυχεῖν. ὁ δὲ, ὑμᾶς τοῖς ὅρκοις προλαβὼν, ἐπήγαγε μὲν ἐπὶ τὴν πόλιν, μάλα ἀβουλοῦντας· ἐπήγαγε δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν πολιτῶν ἐς Λιβύην, ὀκνοῦντας ὁμοίως. Εἰ μὲν δὴ μόνα ταῦτα ὑμῖν ἐπέπρακτο, ᾐδεῖσθε ἂν ἴσως ἐπὶ τοιούτοις αἰτεῖν ἀριστεῖα. ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς φθόνος, ἢ χρόνος, ἢ ἀνθρωπίνη λήθη τὰ ἐπὶ Κελτοῖς καὶ Βρεττανοῖς ὑμῶν ἔργα σβέσει, ὑπὲρ τούτων ὑμῖν ἐστι τὰ ἀριστεῖα· ἃ καὶ τοῖς πάλαι στρατευομένοις ὁ δῆμος ἐδίδου, οἰκείων μὲν ἀνδρῶν ἢ ἀναμαρτήτων οὔ ποτε γῆν ἀφαιρούμενος, οὐδ᾽ ἑτέροις ἐπινέμων τὰ ἀλλότρια, οὐδ᾽ ἡγούμενος δεῖν ἀμείβεσθαι δι᾽ ἀδικημάτων. τῶν δὲ πολεμίων ὅτε κρατήσαιεν, οὐδὲ

*Lin. 4. Conjunctionem* δ᾽ *adjeci ex Aug. & Reg. A. quæ tamen & citra errorem poterat abeſſe. L. 10-12. Ab* ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς *&c. uſque* ἐστὶ τὰ ἀριστεῖα *deſiderantur omnia in Aug. & Ven.*

140. Quumque multi ſignum feciſſent; „Bene factum, inquit, quod cum aliis huc veniſtis civibus. Convenit autem, ut vos, qui debitos honores præmiaque eſtis a patria conſecuti, eidem, quæ vos emiſit, quod æquum eſt rependatis. *Vos populus Romanus adtribuit Cæſari* contra Gallos Britannoſque; & re feliciter geſta, meriti eſtis militaria dona atque præmia. At ille vos, novo ſacramento præreptos, duxit invitos contra patriam; duxit æque invitos contra optimos cives in Africam. Quam „igitur in hiſce bellis navaſtis operam, ejus præmia petere pudet vos fortaſſe. Sed quoniam nec nunc invidia, nec poſthac tempus ullum aut oblivio poterit egregia illa facinora, Gallicis bellis Britannicisque a vobis edita, obliterare; horum vos manent præmia, qualia & olim populus Romanus dare militibus conſuevit: non cum injuria eorum qui nihil peccarunt, nec aliis ademta dividendo aliis, & injuſtam prædam vertendo in præmia. Sed hoſtes devictos majores noſtri agris ſolebant mulctare;

A. U. 710.

τούτων ἅπασαν τὴν γῆν ἀφῃροῦντο· ἀλλὰ ἐμερίζοντο, καὶ ἐς τὸ μέρος ᾤκιζον τοὺς ἐστρατευμένους, φύλακας εἶναι τῶν πεπολεμηκότων. καὶ οὐκ ἀρκούσης ἐνίοτε τῆς δορικτήτου γῆς, καὶ τὴν δημοσίαν ἐπένεμον, ἢ ἐωνοῦντο ἑτέραν. Οὕτω μὲν ὑμᾶς ὁ δῆμος συνῴκιζεν ἀλύπως ἅπασι. Σύλλας δὲ καὶ Καῖσαρ, οἱ σὺν ὅπλοις ἐς τὴν πατρίδα ὡς πολεμίαν ἐμβαλόντες, ἐπὶ αὐτῇ τῇ πατρίδι φρουρῶν καὶ δορυφόρων δεόμενοι, οὔτε διέλυσαν ὑμᾶς ἐς τὰς πατρίδας, οὔτε γῆν ὑμῖν ἐωνοῦντο, ἢ τὴν τῶν δεδημευμένων ἀνδρῶν ἐπένεμον, οὔτε τὰς τιμὰς τοῖς ἀφαιρουμένοις ἐς παρηγορίαν ἐδίδοσαν, πολλὰ μὲν ἐκ τῶν ταμιείων ἔχοντες, πολλὰ δὲ ἐκ τῶν δεδημευμένων· ἀλλὰ τὴν Ἰταλίαν οὐδὲν ἁμαρτοῦσαν οὐδὲ ἀδικοῦσαν, πολέμου νόμῳ καὶ λῃστηρίου νόμῳ, τήν τε γῆν ἀφῃροῦντο, καὶ οἰκίας, καὶ τάφους, καὶ ἱερά· ὧν οὐδὲ τοὺς ἀλλοφύλους πολεμίους ἀφῃρούμεθα, ἀλλὰ δεκάτην αὐτοῖς μόνην καρπῶν ἐπετάσσομεν.

CXLI. Οἱ δὲ ὑμῖν τὰ τῶν ὑμετέρων ὁμοεθνῶν διένεμον,

„nec tamen omnibus, ſed parte tantum; in quam emeritos deducerent, cuſtodes futuros reipublicæ contra eos, qui arma adverſus eamdem tulerant. Quod ſi quando non ſufficeret ager armis quæſitus; addebatur portio de publico agro, aut emebatur alius ex publica pecunia. Ita populus ſine cujuſquam injuria vos in colonias olim deducebat. Sed *Sylla* & *Cæſar*, vi & armis hoſtiliter oppreſſa republica, quum contra ipſam patriam opus haberent cuſtodibus & ſatellitio, neque dimiſerunt vos in ſuam quemque patriam, neque a„gros vobis emerunt, aut eos qui ex bonis civium publicatis publici erant facti diviſerunt, neque priſtinos illorum dominos pretio reddito ſolati ſunt; quamvis multum pecuniarum haberent ex ærario, multum item ex publicatis civium bonis. Sed in ipſa Italia, nihil commerita, non jure belli, ſed more latrocinii, veteribus poſſeſſoribus ademerunt agros, domos, ſepulcra, fana; quæ ne externis quidem hoſtibus devictis adimimus, quibus nonniſi decimas fructuum ſolvendas imponimus.

141. „At iſti diviſerunt vobis

τῶν ἐπὶ Κελτοὺς ὑμᾶς αὐτῷ Καίσαρι ϛρατευσάντων, καὶ προπεμψάντων, καὶ εὐξαμένων πολλὰ κατὰ τῶν ὑμετέρων νικητηρίων. καὶ συνῴκιζον ὑμᾶς ἐς ταῦτα ἀθρόους ὑπὸ σημείοις καὶ συντάξει ϛρατιωτικῇ· μήτε εἰρηνεύειν δυναμένους, μήτε ἀδεεῖς εἶναι τῶν ἐξελαθέντων. ὁ γὰρ ἀλώμενος καὶ τῶν ὄντων ἀφῃρημένος, ἔμελλεν ὑμῖν περὶ πολλῶν ἐφεδρεύειν καιροφυλακῶν. Τοῦτο δ᾽ ἦν ὅπερ οἱ τύραννοι μάλιϛα ἐβούλοντο· οὐ γῆν ὑμᾶς λαβεῖν, ἣν δὴ καὶ ἑτέρωθεν εἶχον παρασχεῖν· ἀλλ᾽ ὅπως ἐχθροὺς ἐφεδρεύοντας ἔχοντες αἰεὶ, βέβαιοι φύλακες ἦτε τῆς ἀρχῆς τῆς ταῦτα ὑμῖν συναδικούσης. Εὔνοια γὰρ ἐς τυράννους γίγνεται δορυφόρων, ἐκ τοῦ συναδικεῖν καὶ συνδεδιέναι. Καὶ τοῦτο, ὦ θεοὶ, συνοικισμὸν ἐκάλουν, ὧ θρῆνος ὁμοφύλων ἀνδρῶν ἐπῆν, καὶ ἀνάϛασις οὐδὲν ἀδικούντων. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν ὑμᾶς ἐξεπίτηδες ἐχθροὺς ἐποίουν τοῖς ὁμοεθνέσιν ὑπὲρ τοῦ σφετέρου συμφέροντος. A. U. 710.

*Lin. 41. Acute ac vere, ut videtur, Muſgravius* περὶ πολλῶν ἐφεδρ.
*L. 45. forte* ταῦτα ὑμῖν. *L. 50.* ἐποιοῦντο τοῖς *Edd. ex Reg. A. Præsuli Aug. Reg. B.*

„agros veſtrorum popularium, quorum juſſu vos Gallicam expeditionem auſpiciis Cæſaris ſuſcepiſtis, qui iidem votis pro victoria veſtra nuncupatis vos erant proſecuti. Et in hujuſmodi colonias illi vos deduxerunt ſub ſignis, inſtructos militariter; ut qui nec pace ibi frui, nec ſecure agere poſſetis ab his qui coacti ſunt agris vobis cedere. Pulſus enim quiſque & bonis exutus, non poterat non inſidiari vobis, opportunum tempus captando. Atque id ipſum erat, quod tyranni voluerant maxime: non ut agros haberetis; quos „aliunde vobis dare poterant: ſed ut, metu inimicorum ſemper ſoliciti, firmi cuſtodes eſſetis poteſtatis in communi vobiſcum hærentis invidia. *Tyrannis* enim *ſuos ſatellites commune maleficium communiſque metus conciliat.* Atque huic inſtituto, pro Dii, nomen *coloniarum deducendarum* eſt inditum; quod inſtitutum conjunctum eſſet cum lamentis popularium, & expulſione hominum nihil commeritorum. Sed enim hoc illi ſpectarunt, ut veſtræ cum ejuſdem nationis hominibus inimicitiæ in ipſorum cederent utilitatem.

A. U. 710. Ἡμεῖς δὲ, οὓς οἱ νῦν τῆς πατρίδος προστάται φασὶν ἐλέῳ περισώζειν, τήν τε γῆν ὑμῖν τήνδε αὐτὴν ἐσαεὶ βεβαιοῦμεν καὶ βεβαιώσομεν, καὶ μάρτυρα τὸν θεὸν τόνδε ποιούμεθα. καὶ ἔχετε καὶ ἕξετε, ἃ εἰλήφατε· καὶ οὐ μή τις ὑμᾶς ἀφέληται ταῦτα, οὐ Βροῦτος, οὐ Κάσσιος, οὐχ οἵδε πάντες, οἳ τῆς ὑμετέρας ἐλευθερίας προεκινδυνεύσαμεν. ὃ δ᾽ ἐν τῷ ἔργῳ μόνον ἐστὶν ἐπίμεμπτον, ἰασόμεθα ἡμεῖς, διαλλακτήριον ὑμῖν ἅμα ἐς τοὺς ὁμοεθνεῖς ἐσόμενον, καὶ ἥδιστον ἤδη πυθομένοις, οἷς τὴν τιμὴν τῆσδε τῆς γῆς τοῖς ἀφῃρημένοις ἡμεῖς ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων εὐθὺς ἐκ πρώτης ἀφορμῆς ἀποδώσομεν· ἵνα μὴ βέβαιον ἔχητε μόνον ὑμεῖς τὴν κληρουχίαν, ἀλλὰ καὶ ἄφθονον.

CXLII. Τοιαῦτα τοῦ Βρούτου λέγοντος, ἀκροώμενοί τε ἔτι πάντες, καὶ διαλυόμενοι κατὰ σφᾶς ἐπῄνουν ὡς δικαιότατα· καὶ τοὺς ἄνδρας, ὡς ἀκαταπλήκτους δὴ, καὶ μάλιστα φιλοδήμους, ἐν θαύματι ἐποιοῦντο, καὶ

*Lin. 60. γῆς τῆς ἀφῃρημένης expreſſit Cand. nec male.*

„Nos vero, quibus hi, qui nunc præſunt reipublicæ, ſalutem ſe ajunt ex commiſeratione concedere, poſſeſſionem eorumdem agrorum ratam firmamque vobis & nunc volumus eſſe, & in poſterum eamdem confirmabimus: idque deum, in cujus fano nunc ſumus, teſtamur. Et nunc habete & in futurum omne tempus, quæ accepiſtis! nec quiſquam umquam vobis, quæ veſtra ſunt, auferet; non *Brutus* certe, non *Caſſius*, nemo ex his omnibus, qui pro veſtra libertate non gravati ſumus ſubire periculum. Sed quæ res una in hoc negotio poteſt incuſari, „ei rei adferemus remedium, pacis vobis futurum vinculum cum popularibus veſtris, & his ipſis jam nunc auditu gratiſſimum: veteribus namque poſſeſſoribus pretium ademtorum agrorum primo quoque tempore ex publica pecunia reſtituemus; quo fiet, ut in poſterum non ſolum firma ſit, ſed etiam invidia careat, veſtra poſſeſſio."

142. Hæc *Bruti dicta*, & dum adhuc ille concionatur, univerſe omnes, & ſoluta concione, ſinguli per ſe laudabant, ut æquiſſima: mirabanturque viros illos, ut intrepidos & ſingulariter amantes rei

Digitized by Google

ἐς εὔνοιαν πρὸς αὐτοὺς μετετίθεντο, καὶ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν αὐτοῖς συμπράξειν ἔμελλον. Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ οἱ μὲν ὕπατοι τὸ πλῆθος ἐς ἐκκλησίαν συνεκάλουν· καὶ ἀνεγιγνώσκετο αὐτοῖς τὰ δόξαντα, καὶ Κικέρων πολὺ τῆς ἀμνηστίας ἐγκώμιον ἐπέλεγεν. οἱ δὲ, ἡδόμενοι, κατεκάλουν ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοὺς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον· καὶ οἵδε ἀναπέμπειν αὐτοῖς ἐν τοσῷδε ὅμηρα ἐκέλευον, καὶ ἀνεπέμποντο οἱ παῖδες Ἀντωνίου τε καὶ Λεπίδου. Ὀφθέντων δὲ τῶν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον, κρότος ἦν καὶ βοή. καὶ τῶν ὑπάτων εἰπεῖν τι βουλομένων, οὐκ ἀνασχόμενοι, δεξιώσασθαι αὐτοὺς καὶ συναλλαγῆναι πρότερον ἐκέλευον· καὶ γίγνεται μὲν οὕτως. Καὶ διεσείετο μάλιστα τοῖς ὑπάτοις ἡ γνώμη ὑπὸ δέους ἢ φθόνου, ὡς τῶν ἀνδρῶν καὶ τὰ ἄλλα αὐτοὺς ὑπεροισόντων ἐν τῇ πολιτείᾳ.

A. U. 710.

CXLIII. Διαθῆκαι δὲ τοῦ Καίσαρος ὤφθησαν φερόμεναι, καὶ εὐθὺς αὐτὰς τὸ πλῆθος ἐκέλευον ἀναγιγνώσκειν. Θετὸς μὲν δὴ τῷ Καίσαρι παῖς ἐγίγνετο ἐν αὐταῖς, ὁ τῆς ἀδελφῆς θυγατριδοῦς Ὀκταούιος· τῷ δήμῳ δὲ ἦσαν

*Lin.* 70 *ſq.* ἀμνησίας *edit.* 1. *cum Regiis mend.*

publicæ; atque ita in benevolentiam eorum verſi, operam ſuam eiſdem in diem craſtinum ſunt polliciti. Qui dies poſtquam illuxit, advocata concione per Conſules, recitata ſunt Senatusconſulta pridie facta; & *Cicero in laudem oblivionis injuriarum multa diſſeruit.* Quibus libenter auditis, populus *Caſſium* cum ſociis vocavit e Capitolio: eiſque, obſides interim ſibi dari poſtulantibus, miſſi ſunt Antonii Lepidique filii. Jamque ubi cum Caſſio *Brutus* in conſpectum venit, plauſus cum adclamatione eſt exortus: & quum Conſules aliquid vellent dicere, conclamatum eſt „reconciliarentur prius, [& cives ſuos reciperent in gratiam:" id quod ita factum eſt. Et timor quidem atque invidia concuſſit Conſulum animos, quaſi conjurati jam in reliquis rebus, quæ ad rempublicam pertinerent, potiores eſſent futuri.

143. Jam vero *Teſtamentum* adferebatur *Cæſaris.* Quo conſpecto, protinus recitari illud juſſit populus. In eo igitur *filius a Cæſare* adoptatus erat ſororis nepos OCTAVIUS. Horti in uſum populi publica-

A. U. 710.

ἐνδιαίτημα οἱ κῆποι δεδομένοι. καὶ κατ' ἄνδρα Ῥωμαίων τῶν ὄντων ἔτι ἐν ἄστει, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα Ἀττικαὶ δραχμαί. Καὶ ὑπεσαλεύετο αὖθις ἐς ὀργὴν ὁ δῆμος, τυράννου μὲν κατηγορίας προπεπτωμένοι, διαθήκας δὲ φιλοπόλιδος ἀνδρὸς ὁρῶντες. Οἴκτιστον δὲ ἐφάνη μάλιστα αὐτοῖς, ὅτι τῶν ἀνδροφόνων Δέκμος ὁ Βροῦτος ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς. ἔθος γάρ τι Ῥωμαίοις, παραγράφειν τοῖς κληρονόμοις ἑτέρους, εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι. ἐφ' ᾧ δὴ καὶ μᾶλλον συνεταράσσοντο, καὶ δεινὸν καὶ ἀθέμιστον ἡγοῦντο, καὶ Δέκμον ἐπιβουλεῦσαι Καίσαρι, παῖδα αὐτῷ γεγραμμένον εἶναι. Ἐπεὶ δὲ καὶ Πείσωνος τὸ σῶμα φέροντος ἐς τὴν ἀγορὰν πλῆθός τε ἄπειρον ἐς φρουρὰν συνέδραμον σὺν ὅπλοις, καὶ μετὰ βοῆς καὶ πομπῆς δαψιλοῦς ἐπὶ τὰ Ἔμβολα προυτέθη· οἰμωγή τε καὶ θρῆνος ἦν αὖθις ἐπιπλεῖστον, καὶ τὰ ὅπλα ἐπατάγουν οἱ ὡπλισμένοι, καὶ κατὰ

*Lin. 85. Alia verborum ſerie* οἱ κῆποι ἐνδιαίτημα *Edd. Prætuli Aug. Reg. B.* *L. 88.* προπεπτυσμένοι *Edd. Prætuli Aug.* *L. 91.* ἔθος γάρ τοι *Edd. Prætuli Aug.* *L. 96.* δὲ *poſt* ἐπεὶ *carent Edd. Dedit Aug.*

ti; & viritim plebi urbanæ legati erant treceni ſeſtertii. Quæ res denuo commovit indignationem civium, dum ex teſtamento *amatorem patriæ* agnoſcunt, quibus modo propinatum fuerat, ut *tyrannum* eumdem adpellarent. Sed maxime miſerationem movit, quod *Decimus Brutus*, is qui in numero percuſſorum fuerat, *inter ſecundos hæredes* ſcriptus eſſet filius. Solent enim Romani alteros hæredes adſcribere; ſi forte contingat priores hæreditatem non adire. Id vero ut nefarium inprimis facinus omnes exhorruerunt, conjuraſſe in Cæſaris caput eum quoque qui adoptatus ſit in filium. Poſtquam autem a *Piſone corpus* etiam *Cæſaris in forum* eſt delatum, & cum armis infinita multitudo adcurrit ad ejus cuſtodiam, & magnifico adparatu corpus pro Roſtris eſt depoſitum cum multis proſequentium adclamationibus: ibi vero comploratio lamentaque renovata diu tenuerunt, armatis interim ſcuta complodentibus; atque paulatim animos populi tentabat pœnitentia decreti, quod *de obli-*

Digitized by Google

μικρὸν ἐν μετανοίᾳ τῆς ἀμνηστίας ἐγίγνοντο. Καὶ ὁ Αντώνιος ὧδε ἔχοντας ἰδὼν, οὐ μεθῆκεν, ἀλλὰ ᾑρημένος εἰπεῖν τὸν ἐπιτάφιον, οἷα ὕπατος ὑπάτου, καὶ φίλος φίλου, καὶ συγγενὴς συγγενοῦς (ἦν γὰρ δὴ Καίσαρι κατὰ μητέρα συγγενὴς) ἐτέχναζεν αὖθις, καὶ ἔλεγεν ὧδε. A. U. 710.

CXLIV. Οὐκ ἄξιον, ὦ πολῖται, τοσοῦδε ἀνδρὸς ἐπιτάφιον ἔπαινον παρ᾽ ἐμοῦ μᾶλλον, ἑνὸς ὄντος, ἢ παρὰ τῆς πατρίδος ὅλης, αὐτῷ γενέσθαι. ὅσα δὴ, τῆς ἀρετῆς αὐτὸν ἡμεῖς ἀγάμενοι πάντες ὁμαλῶς, ἥ τε βουλὴ καὶ μετ᾽ αὐτῆς ὁ δῆμος, ἔτι περιόντι ἐψηφίσασθε, ὑμετέραν, καὶ οὐκ Αντωνίου τάδε φωνὴν εἶναι τιθέμενος, ἀναγνώσομαι. Καὶ ἀνεγίγνωσκε τῷ μὲν προσώπῳ σοβαρῷ καὶ σκυθρωπῷ, τῇ φωνῇ δ᾽ ἐνσημαινόμενος ἕκαστα, καὶ ἐφιστάμενος οἷς μάλιστα αὐτὸν ἐν τῷ ψηφίσματι ἐξεθείαζον, ἱερὸν καὶ ἄσυλον, ἢ πατέρα πατρίδος, ἢ εὐεργέτην, ἢ προστάτην, οἷον οὐχ ἕτερον, ὀνομάζοντες. Εφ᾽

*Lin. 5 ſq.* κατὰ μέρη συγγενὴς, *Edd. & MSS. pro quo repoſui id, unde illud detortum puto.* ſanguine conjunctus *Cand. nec expreſſit mendoſum* κατὰ μέρη. *L. 9.* γενέσθαι *(ſic) Aug. Neſcio, an pro* γίνεσθαι *vel* γίγνεσθαι. *L. 10.* ὑμεῖς *Edd. invitis MSStis; niſi quod Reg. A. videri poſſit primum ita dediſſe, in quo tamen mox ab ead. manu* υ *in* η *mutatum eſt.*

vione injuriarum erat factum. Id animadvertens *Antonius*, non ceſſavit: ſed, quum conſtituiſſet *oratione funebri* defunctum laudare, conſul quippe conſulem, amicum amicus, cognatum cognatus; (nam & cognatione ipſum materno genere adtingebat;) rurſum ad ſolitas artes converſus, in hunc modum eſt locutus.

144. „ Non eſt æquum, *Quirites*, ut tanti viri *funebris laudatio* a me uno potius peragatur, quam ab univerſa ſimul patria. Quapropter quos illi honores virtutis ergo S. P. Q. R. de communi conſenſu decrevit viventi, illos publica magis veſtrûm omnium, quam privata mea voce, recitabo." Moxque recitare cœpit vultu gravi, & ad mœſtitiam compoſito; ſignificanter ſingula pronuncians, immoranſque ei maxime parti decretorum, qua ſupra humanam ſortem *Cæſar* fuerat elatus; qua *ſacroſanctum*, *inviolabilem*, *Patrem patriæ*, ſingulariter meritum, *Principem* nulli alii conferendum, eum-



Digitized by Google

A. U. 710. ἑκάστῳ δὲ τούτων ὁ Ἀντώνιος τὴν ὄψιν καὶ τὴν χεῖρα ἐς τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος ἐπιστρέφων, ἐν παραβολῇ τοῦ λόγου τὸ ἔργον ἐπεδείκνυ. ἐπεφθέγγετο δέ που τι καὶ βραχὺ ἑκάστῳ, μεμιγμένον οἴκτῳ καὶ ἀγανακτήσει. ἔνθα μὲν τὸ ψήφισμα εἴποι Πατέρα πατρίδος, ἐπιλέγων· Τοῦτο ἐπιεικείας ἐστὶ μαρτυρία. ἔνθα δ' ἦν ἱερὸς καὶ ἄσυλος, καὶ ἀπαθὴς καὶ ὅστις αὐτῷ καὶ ἕτερος προσφύγοι· Οὐχ ἕτερος, ἔφη, τῷδε προσφεύγων, ἀλλ' αὐτὸς ὑμῖν ὁ ἄσυλος καὶ ἱερὸς ἀνῄρηται, οὐ βιασάμενος οἷα τύραννος λαβεῖν τάσδε τὰς τιμὰς, ἃς οὐδὲ ἤτησεν. ἀνελευθερώτατοι δὲ ἄρα ἡμεῖς, οἳ τοιάδε τοῖς ἀναξίοις οὐδὲ αἰτοῦσι δίδομεν. ἀλλ' ὑμεῖς ἡμῶν ὑπεραπολογεῖσθε ὡς οὐκ ἀνελευθέρων, ὦ πιστοὶ πολῖται, τοιαύτῃ καὶ νῦν πρὸς τεθνεῶτα χρώμενοι τιμῇ.

CXLV. Καὶ αὖθις ἀνεγίγνωσκε τοὺς ὅρκους, ἦ μὴν φυλάξειν Καίσαρα καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος σῶμα παντὶ

*Lin.* 20. ἐπεδείκνυε *Aug.* *L.* 23. ἔνθα δ' ἦ ἱερὸς (*ſic*) *Aug.* *L.* 24. καὶ ἀπαθὴς *vulgo cum præcedentibus jungitur, quod mihi ad ſeqq. referendum videbatur.* *L.* 29. ὑμεῖς ὑμῶν *Edd. ex Reg. B. Rectius Reg. A. Aug. Ven. Cand.* *L.* 33. τοῦ *ad* Καίσαρος *carent Aug. & Reg. B.*

dem adpellaverant. Et per hæc ſingula *Antonius* faciem manumque vertens ad *corpus Cæſaris*, verba geſtu adjuvabat; & ad ſingulas has adpellationes addebat aliquot voces, ex miſeratione mixtas ac indignatione. Veluti, ubi decretum *Patrem patriæ* eum nominabat, *En*, inquit, *Clementiæ teſtimonium*, *Cæſari exhibitum!* Ubi, *ſacroſanctum et inviolabilem*, *et aliis etiam*, *quicumque ad ejus fidem ſe recepiſſent*, *tutum refugium*; ibi *Antonius* ſubjunxit: „Atqui non alius ad hunc „refugiens, ſed ipſe ſacroſanctus, occiſus eſt; qui honores hoſce a vobis non extorſerat, & ne concupiverat quidem. Pudenda autem & ſervilis iſta fuerit ſenatus adulatio, ſi indignis talia decrevimus, & quidem non petentibus! Sed ab ea nota ipſi vos nos liberatis, *fideles Quirites*, hoc tam eximio & honorifico ſtudio, quo nunc etiam defunctum proſequimini."

145. Tum reverſus eſt *Antonius* ad recitandum ſacramentum, cuſtodituros Cæſarem Cæſariſque corpus omnes

Digitized by Google

σθένει πάντας· ἢ, εἴ τις ἐπιβουλεύσειεν, ἐξώλεις εἶναι τοὺς οὐκ ἀμύναντας αὐτῷ. ἐφ᾽ ὅτῳ δὴ μάλιστα τὴν φωνὴν ἐπιτείνας, καὶ τὴν χεῖρα ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνασχὼν, Ἐγὼ μὲν, εἶπεν, ὦ Ζεῦ πάτριε καὶ θεοὶ, ἕτοιμος ἀμύνειν, ὡς ὤμοσα καὶ ἠρασάμην. ἐπεὶ δὲ τοῖς ὁμοτίμοις δοκεῖ συνοίσειν τὰ ἐγνωσμένα, συνενεγκεῖν εὔχομαι. Θορύβου δὴ ἐκ τῆς βουλῆς ἐπὶ τῷδε μάλιστα, προφανῶς ἐς αὐτὴν εἰρημένῳ, γενομένου· ἐπικαταψήχων αὐτὴν ὁ Ἀντώνιος, καὶ παλινῳδῶν, ἔφη· Ἔοικεν, ὦ πολῖται, τὰ γεγενημένα ἀνδρῶν μὲν οὐδενὸς, ἀλλά του δαιμόνων, ἔργα εἶναι. καὶ χρὴ τὸ παρὸν σκοπεῖν μᾶλλον, ἢ τὸ γεγενημένον· ὡς ἐν ἀκμῇ μεγάλων ἐστὶ κινδύνων ἡμῖν τὰ μέλλοντα, ἢ τὰ ὄντα, μὴ ἐς τὰς προτέρας στάσεις ὑπαχθῶμεν, καὶ ἐκτριφθῇ πᾶν ὅ τι λοιπόν ἐστιν εὐγενὲς τῇ πόλει. Προπέμπωμεν οὖν τὸν ἱερὸν τόνδε ἐπὶ τοὺς εὐδαίμονας, τὸν νενομισμένον ὕμνον αὐτῷ καὶ θρῆνον ἐπᾴδοντες. A. U. 710.

*Lin. 34. Verbum* εἶναι, *omiſſum ſtatim in Aug. dein inter lineas (ab eadem tamen, ut videtur, manu) eſt adſcriptum. Idem* εἶναι *aderat in Ven. ſed ibi rurſus deletum eſt. L. 38.* ὤμωσα *edit. a. 3. invit. MSS. L. 41.* ἐπικαταψύχων *Edd. Prætuli Aug. L. 45.* majus periculum *Cand. L. 46.* ἢ καὶ τὰ ὄντα *maluit Muſgrav.*

omnibus viribus: & ſi quis illi ſtruat inſidias, exſecrabilem fore qui eum non defenderit. Ad quæ verba potiſſimum vocem intendens, manuſque verſus Capitolium adtollens, ait: „Equidem, Jupiter, hujus Urbis cuſtos, diique ceteri! paratus ſum ulciſci, ſicut juravi exſecratione addita. Sed quoniam ſenatui magiſtratibuſque viſum eſt, e republica fore hæc quæ ab illis nunc decreta ſunt; precor, ut ea eſſe e republica velitis!" Tumultuantibus vero inde maxime ſenatoribus, ob dictum hoc manifeſte ad ſe pertinens; ad eos deliniendos *Antonius* recantans dixit: „Sed videtur, *Quirites*, caſus hic non tam ad mortalium ullum, quam ad deorum aliquem, qui ita voluerit, referendus. Et oportet præſentia magis curare, quam præterita: quandoquidem ſummum imminet aut jam adeſt periculum, ne ad priſtinas revolvamur ſeditiones, & abſumatur quidquid nobilitatis eſt in Urbe reliquum. Deducamus igitur hunc conſecratum ad beatorum ſedes, accinendo cum lamentis laudes ei more ſolenni debitas!"

A. U. 710.

CXLVI. Τοιάδε εἰπὼν, τὴν ἐσθῆτα οἷά τις ἔνθους ἀνεσύρατο, καὶ περιζωσάμενος ἐς τὸ τῶν χειρῶν εὔκολον, τὸ λέχος ὡς ἐπὶ σκηνῆς περιέστη· κατακύπτων τε ἐς αὐτὸ καὶ ἀνίσχων, πρῶτα μὲν ὡς θεὸν οὐράνιον ὕμνει, καὶ ἐς πίστιν θεοῦ γενέσεως τὰς χεῖρας ἀνέτεινεν, ἐπιλέγων ὁμοῦ σὺν δρόμῳ φωνῆς πολέμους αὐτοῦ, καὶ μάχας, καὶ νίκας, καὶ ἔθνη ὅσα προσποιήσειε τῇ πατρίδι, καὶ λάφυρα ὅσα πέμψειεν, ἐν θαύματι αὐτῶν ἕκαστα ποιούμενος, καὶ συνεχῶς ἐπιβοῶν· Μόνος ὅδε ἀήττητος ἐκ πάντων τῶν ἐς χεῖρας αὐτῷ συνελθόντων. Σὺ δὲ, ἔφη, καὶ μόνος ἐκ τριακοσίων ἐτῶν ὑβρισμένῃ τῇ πατρίδι ἐπήμυνας, ἄγρια ἔθνη τὰ μόνα ἐς Ῥώμην ἐμβαλόντα, καὶ μόνα ἐμπρήσαντα αὐτὴν, ἐς γόνυ βαλών. Πολλά τε ἄλλα ἐπιθειάσας, τὴν φωνὴν ἐς τὸ θρηνῶδες ἐκ τοῦ λαμπροτέρου μετεποίει, καὶ ὡς φίλον ἄδικα παθόντα ὠδύρετο καὶ ἔκλαιε, καὶ ἠρᾶτο τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐθέλειν ἀντιδοῦναι τῆς Καίσαρος. εὐφορώτατα δὲ ἐς τὸ πάθος ἐκφερόμενος, τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος ἐγυ-

*Lin.* 57 *ſq.* ποιούμενος ἕκαστα αὐτῶν *Edd. Prætuli Aug. Ven.*

146. His dictis, quaſi fanaticus, veſtem ſubductam accinxit, quo eſſet manibus expeditior; & ad ipſum lectulum, velut in ſcena quadam, adſtans, capite mox ad lectulum inclinato, mox iterum erecto, primum quidem *ut cæleſti alicui Deo* hymnum *Cæſari* cecinit: &, quo inter divos relatum eſſe faceret fidem, manibus ad cœlum porrectis, celeri vocis curſu, recenſuit bella, prælia, victorias, additas imperio provincias, manubiaſque Romam miſſas, ad miraculum uſque extollens ſingula, & iterum iterumque exclamans; „ Tu ſolus invictus diſceſſiſti ex omnibus præliis! Tu vero etiam ſolus patriam vindicaſti ab injuriis, quas per trecentos annos perpeſſa eſt, fractis devictiſque ferociſſimis gentibus, quæ ſolæ Urbem captam incenderant." Hæc & alia multa velut divino impetu locutus *Antonius*, vocem inde ex elatiori ad lugubrem modum flexit; & multa de indigna morte amici multo cum fletu conqueſtus, precatus eſt, *ut vitam Cæſaris ſibi liceret ſua anima redimere:* ampliuſque indulgens adfectibus, eo eſt pro-

μνου, καὶ τὴν ἐσθῆτα ἐπὶ κοντοῦ φερομένην ἀνέσειε, λελακισμένην ὑπὸ τῶν πληγῶν, καὶ πεφυρμένην αἵματι αὐτοκράτορος. Ἐφ' οἷς ὁ δῆμος, οἷα χορὸς, αὐτῷ πενθιμώτατα συνωδύρατο, καὶ ἐκ τοῦ πάθους αὖθις ὀργῆς ἐνεπίμπλατο. Ὡς δ' ἐπὶ τοῖς λόγοις ἕτεροι θρῆνοι μετὰ ᾠδῆς κατὰ πάτριον ἔθος ὑπὸ χορῶν ἐς αὐτὸν ᾔδοντο, καὶ τὰ ἔργα αὖθις αὐτοῦ καὶ τὸ πάθος κατέλεγον, καὶ που τῶν θρήνων αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐδόκει λέγειν, ὅσους εὖ ποιήσειε τῶν ἐχθρῶν ἐξ ὀνόματος, καὶ περὶ τῶν σφαγέων αὐτῶν ἐπέλεγεν ὥσπερ ἐν θαύματι, Ἐμὲ δὲ καὶ τούσδε περισῶσαι τοὺς κτενοῦντάς με; οὐκ ἔφερεν ἔτι ὁ δῆμος, ἐν παραλόγῳ ποιούμενος τὸ πάντας αὐτοῦ τοὺς σφαγέας, χωρὶς μόνου Δέκμου, αἰχμαλώτους ἐκ τῆς Πομπηΐου στάσεως γενομένους, ἀντὶ κολάσεων ἐπὶ ἀρχὰς καὶ ἡγεμονίας ἐθνῶν καὶ στρατοπέδων προαχθέντας, A. U. 710.

*Lin.* 71. συνωδύρετο *Edd. Prætuli Aug. Ibid.* ἐκ τοῦ πένθους *maluit Muſgrav.* ex luctu *Cand. L.* 72. ἐνεπίπλατο *Edd. Secutus ſum Aug. L.* 76. ποίσειε, *& l.* 78. ὅτι, *pro* ἔτι, *edit.* 1. *mendoſe. L.* 81. & pro ſuppliciis *Cand. Mallemque* καὶ ἀντὶ κολάσεων. *L.* 82. στρατοπέδου *Edd. Rectius Aug. Ven.*

vectus, ut *Cæſaris corpus* detegeret, ejuſque veſtem conto ſublatam explicaret, ut erat ictibus perfoſſa & lacera & ſanguine imperatoris inquinata. Ita provocata plebs, quaſi chorus præcentorem, ſequebatur lamentationibus, & ex commiſeratione ad iram rurſus accendebatur. Ut vero conſulis orationem aliud lugubre carmen excepit more patrio, choris concinentibus, quo *Cæſaris* res geſtæ miſerandusque exitus denuo exponebantur, & ex perſona ipſius *Cæſaris* nominatim quoque memorabantur, quotquot ex inimicis in gratiam receptos beneficiis inſuper ornaſſet, &, ad conjuratos ſermone verſo, velut per admirationem exclamans *Cæſar* inducebatur, *Men' ſervaſſe, ut eſſent qui me perderent!* id vero non amplius tulit populus; quippe cui dirum inprimis inauditumque videbatur, interfectores *Cæſaris* cunctos, uno Decimo Bruto excepto, ex eorum eſſe numero, qui, poſtquam ex Pompejana factione captivi in manus victoris pervenerant, pœnarum loco ad honores & ad provinciarum exercituumque præfecturas fuiſſent promoti; &

A. U. 710. ἐπιβουλεῦσαι· Δέκμον δὲ καὶ παῖδα αὐτῷ θετὸν ἀξιωθῆναι γενέσθαι.

CXLVII. Ὧδε δὲ αὐτοῖς ἔχουσιν ἤδη, καὶ χειρῶν ἐγγὺς οὖσιν, ἀνέσχε τις ὑπὲρ τὸ λέχος ἀνδρείκελον αὐτοῦ Καίσαρος ἐκ κηροῦ πεποιημένον· τὸ μὲν γὰρ σῶμα, ὡς ὕπτιον ἐπὶ λέχους, οὐχ ἑωρᾶτο. τὸ δὲ ἀνδρείκελον ἐκ μηχανῆς ἐπεστρέφετο πάντη, καὶ σφαγαὶ τρεῖς καὶ εἴκοσιν ὤφθησαν, ἀνά τε τὸ σῶμα πᾶν καὶ ἀνὰ τὸ πρόσωπον θηριωδῶς ἐς αὐτὸν γενόμεναι. Τήνδε οὖν τὴν ὄψιν ὁ δῆμος οἰκτίστην σφίσι φανεῖσαν οὐκέτι ἐνεγκὼν, ἀνῴμωξάν τε, καὶ, διαζωσάμενοι, τὸ βουλευτήριον, ἔνθα ὁ Καῖσαρ ἀνῄρητο, κατέφλεξαν· καὶ τοὺς ἀνδροφόνους, ἐκφυγόντας πρὸ πολλοῦ, περιθέοντες ἐζήτουν, οὕτω δὴ μανιωδῶς ὑπὸ ὀργῆς τε καὶ λύπης, ὥστε τὸν δημαρχοῦντα Κίνναν ἐξ ὁμωνυμίας τοῦ στρατηγοῦ Κίννα, τοῦ δημηγορήσαντος ἐπὶ τῷ Καίσαρι, οὐκ ἀνασχόμενοί τι περὶ τῆς ὁμωνυμίας οὐδ' ἀκοῦσαι, διέσπασαν θηριωδῶς, καὶ οὐδὲν

*Lin.* 88. ἐπὶ λέχος *Edd. ex Reg. B. Recte Reg. A. cum Aug. L.* 92. ἀνεγκὼν *Edd. invitis MSS. niſi quod in Reg. B. dubie quodammodo expreſſa ſit prima vocis litera. L.* 95. πρὸ πολλοῦ *Aug. Reg. B. L.* 97. στρατεῦ, *pro* στρατηγοῦ, *Aug. mend.*

cum his feciſſe *Decimum Brutum*, qui adoptione etiam a Cæſare eſſet dignatus.

147. Sic adfectis plerique, & ad vim jam ſpectantibus, unus quiſpiam *ceream Cæſaris effigiem* ſuper lectulum extulit: nam cadaver, ſupinum quippe in lectulo, non erat conſpicuum. Illa effigies ex machina quadam in omnes partes convertebatur; & conſpiciebantur in ea notæ viginti trium vulnerum, per totum corpus & partim etiam in faciem immaniter *Cæſari* inflictarum. Tam miſerandum adſpectum minime jam ferens *populus*, congemuit; moxque præcinctis togis, curiam *incendit*, *in qua Cæſar occiſus eſt:* & homicidas, qui mature diffugerant, diſcurrendo perquiſivit; eo furoris progreſſus præ ira mœſtitiaque, ut *Cinnam tribunum plebis* propter ſimilitudinem nominis, *pro Cinna prætore*, qui pro concione in Cæſarem fuerat invectus, nihil morati excuſantem nominis errorem, tam immaniter *diſcerpſerint*, ut

ἢ αὐτοῦ μέρος ἐς ταφὴν εὑρέθη. πῦρ δ' ἐπὶ τὰς τῶν ἄλλων οἰκίας ἔφερον, καὶ καρτερῶς αὐτοὺς ἐκείνων τε ἀμυνομένων, καὶ τῶν γειτόνων δεομένων, τοῦ μὲν πυρὸς ἀπέσχοντο, ὅπλα δ' ἠπείλησαν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν οἴσειν. A. U. 710.

CXLVIII. Καὶ οἱ μὲν σφαγεῖς ἐξέφυγον ἐκ τῆς πόλεως διαλαθόντες. Ὁ δὲ δῆμος ἐπὶ τὸ λέχος τοῦ Καίσαρος ἐπανελθὼν, ἔφερον αὐτὸ ἐς τὸ Καπιτώλιον ὡς εὐαγές, θάψαι τε ἐν ἱερῷ, καὶ μετὰ θεῶν θέσθαι. κωλυόμενοι δὲ ὑπὸ τῶν ἱερέων, ἐς τὴν ἀγορὰν αὖθις ἔθεσαν, ἔνθα τὸ πάλαι Ῥωμαίοις ἐστὶ βασίλειον, καὶ ξύλα αὐτῷ καὶ βάθρα ὅσα πολλὰ ἦν ἐν ἀγορᾷ, καὶ εἴ τι τοιουτότροπον ἄλλο, συνενεγκόντες, καὶ τὴν πομπὴν δαψιλεστάτην οὖσαν ἐπιβαλόντες, στεφάνους τε ἔνιοι παρ' ἑαυτῶν, καὶ ἀριστεῖα πολλὰ ἐπιθέντες, ἐξῆψαν, καὶ τὴν νύκτα πανδημεὶ τῇ πυρᾷ παρέμενον. ἔνθα βωμὸς πρῶτος ἐτέθη, νῦν δ' ἐστὶ νεὼς αὐτοῦ Καίσαρος, θείων τιμῶν ἀξιούμενος. Ὁ γάρ τοι θετὸς αὐτῷ παῖς Ὀκταούϊος, τό τε ὄνομα ἐς τὸν Καίσαρα μεταβαλὼν, καὶ κατ'

*Lin.* 10. Ῥωμαίων ἐστὶ *Edd. Prætuli Aug.*

nullum ejus membrum ad ſepulturam ſit inventum. Deinde, arreptis ex incendio curiæ torribus, in ædes conjuratorum fecerunt impetum : ſed partim domeſticis fortiter propugnantibus. partim deprecantibus vicinis, ab igne quidem temperarunt; in craſtinum autem minati ſunt cum armis ſe redituros.

148. Jam igitur *percuſſores* clam *ex Urbe profugerunt.* Plebs vero ad lectum Cæſaris reverſa, deferebat illum in Capitolium, ſepelitura, velut jam conſecratum, in templo inter deorum imagines. Sed prohibentibus id ſacerdotibus, in forum retulerunt *funus*, quo loco regum quondam Romanorum fuerat palatium; congeſtiſque ſubſelliis & quidquid lignorum ad manus *in foro* erat, *in rogum impoſuerunt*; & funeris pompam, quamvis ſplendidiſſimam, nonnulli privatim etiam coronas donaque militaria, injecerunt; ſubjectoque igne, pernoctavit circa rogum univerſus populus. Quo loco deinde *ara* primum exſtructa eſt, nunc *templum* eſt ipſius *Cæſaris*, *ubi divinis honoribus colitur.* Nam adoptivus ejus filius Octavius,

A. U. 710. ἴχνος ἐκείνου τῇ πολιτείᾳ προσιὼν, τήν τε ἀρχὴν τὴν ἐπικρατοῦσαν ἔτι νῦν, ἐῤῥιζωμένην ὑπ' ἐκείνου, μειζόνως ἐκρατύνατο, καὶ τὸν πατέρα τιμῶν ἰσοθέων ἠξίωσεν· ὧν δὴ καὶ νῦν, ἐξ ἐκείνου πρώτου, Ῥωμαῖοι τὸν ἑκάστοτε τὴν ἀρχὴν τήνδε ἄρχοντα, ἢν μὴ τύχῃ τυραννικὸς ὢν ἢ ἐπίμεμπτος, ἀποθανόντα ἀξιοῦσιν, οἱ πρότερον οὐδὲ περιόντας αὐτοὺς ἔφερον καλεῖν Βασιλέας.

CXLIX. Οὕτω μὲν δὴ Γάϊος Καῖσαρ ἐτελεύτησεν ἐν ἡμέραις αἷς καλοῦσιν Εἰδοῖς Μαρτίαις, Ἀνθεστηριῶνος μάλιστα μέσου. ἥν τινα ἡμέραν αὐτὸν ὁ μάντις οὐ περιώσειν προύλεγεν. ὁ δ' ἐπισκώπτων αὐτὸν, ἔφη περὶ τὴν ἕω, Πάρεισιν αἱ Εἰδοί· καὶ ὁ μὲν, οὐδὲν καταπλαγεὶς, ἀπεκρίνατο, Ἀλλ' οὐ παρεληλύθασιν. Ὁ δὲ καὶ τοιῶνδε προαγορεύσεων αὐτῷ σὺν τοσῷδε τοῦ μάντεως θάρσει γενομένων, καὶ σημείων ὧν προεῖπον ἑτέρων, ὑπεριδὼν, προῆλθε καὶ ἐτελεύτησεν, ἔτος ἄγων ἕκτον ἐπὶ πεντήκοντα. Ἀνὴρ ἐπιτυχέστατος ἐς πάντα καὶ δαιμόνιος καὶ

*Lin.* 23. τυραν. ἢ ἐπιμεμπτ. ὢν *Edd. Prætuli ſeriem verb. Aug.* & *Reg. B. L.* 27 *ſq. Duobus verbis* μάλιστα μέσου *carent Edd.* & *Cand. cum MSS. Regiis A.* & *B. in quorum altero* (*B.*) *etiam plura quædam verba h. l. deſiderantur. Dederunt ea verba Aug. Ven. Reg. C.* & *alius præterea Codex Regius.*

mutato nomine Cæſar, poſtquam per illius veſtigia ad rerum adminiſtrationem acceſſit, & principatum hunc hodieque manentem, cujus ille fundamenta jecerat, confirmavit auxitque, divinos honores Patri exhibendos inſtituit. Quo exemplo nunc quoque *Romani ſuos imperatores*, niſi quis aut tyrannicus ſit, aut alioqui criminum cauſa inviſus, *poſt mortem conſecrant, qui prius ne vivos quidem vel* REGES *adpellari tulerant.*

149. Hunc vitæ finem invenerat C. CÆSAR *Idibus Martiis*, quæ in medium fere menſem *Antheſterionem* incidunt. Quem ipſum diem quum prædixiſſet vates *fatalem fore Cæſari*; illudens ille mane ejus diei vati dixit, *Adſunt Idus*: & vates nihil territus, reſpondit, *At non præterierunt.* At CÆSAR ne hac quidem vatis confidentia motus, contemtis & ceteris, de quibus dixi, prodigiis, in publicum progreſſus, occubuit, annum agens ſextum ſupra quinquageſimum. VIR per omnia ſingu-

Digitized by Google

μεγαλοπράγμων, καὶ εἰκότως ἐξομοιούμενος Ἀλεξάνδρῳ. Ἄμφω γὰρ ἐγενέσθην φιλοτιμοτάτω τε πάντων καὶ πολεμικωτάτω, καὶ τὰ δόξαντα ἐπελθεῖν ταχυτάτω, πρός τε κινδύνους παραβολωτάτω, καὶ τοῦ σώματος ἀφειδεστάτω, καὶ οὐ στρατηγίᾳ πεποιθότε μᾶλλον, ἢ τόλμῃ καὶ τύχῃ. Ὧν ὁ μὲν ἄνυδρόν τε πολλὴν ἐς Ἄμμωνος ὥδευεν ὥρᾳ καύματος· καὶ τὸν Παμφύλιον κόλπον, τῆς θαλάσσης ἀνακοπείσης, διέτρεχε δαιμονίως· τὸ πέλαγος αὐτῷ τοῦ δαίμονος κατέχοντος ἔστε παρελθοι, καὶ καθ᾽ ὁδὸν ὁδεύοντι ὕοντος. ἀπλώτου τε θαλάσσης ἐν Ινδοῖς ἀπεπείρασε, καὶ ἐπὶ κλίμακα πρῶτος ἀνέβη, καὶ ἐς πολεμίων τεῖχος ἐσήλατο μόνος, καὶ τρισκαίδεκα τραύματα μόνος ὑπέστη· καὶ ἀήσσητος αἰεὶ γενόμενος, ἑνὶ σχεδὸν ἢ δύο ἔργοις ἕκαστον πόλεμον ἐξήνυσε· τῆς μὲν Εὐρώπης πολλὰ βάρβαρα ἑλὼν, καὶ τὴν Ἑλλάδα χειρωσάμενος, δυσαρκτότατον ἔθνος καὶ φιλελεύθερον, καὶ οὐδενὶ πρὸ αὐτοῦ πλὴν Φιλίππῳ κατ᾽ εὐ-

*Lin.* 37. γενέσθην *Edd. Recte Aug. Ven.* *L.* 41 *ſq.* Ἀμμωνος *edit.* 2. 3. *inv. MSS.* *L.* 43 *ſq.* δαιμονίως, καὶ τὸ πέλαγος *Edd. Aug. Delevi conjunct. cum Reg. C.* *L.* 48. ἀήττητος *Aug.*

lariter fortunatus, maximiſque rebus geſtis memorabilis, & merito *CUM ALEXANDRO CONFERENDUS. Ambo* enim fuere hominum omnium *laudis cupidiſſimi, bellicoſiſſimique*, in conſiliis exſequendis *celerrimi*, in periculis adgrediendis *audaciſſimi*, minime parcentes ſuo corpori, nec magis *imperatoriis artibus* freti quam *fortuna et audacia*. Quorum alter per arida loca longiſſimum iter *ad Hammonis oraculum* fecit tempore ferventiſſimo; & intimum *Pamphylium ſinum*, vadis vento nudatis, tranſcurrit feliciter; fortuna interim marinas undas cohibente, ſicut antea iter facienti æſtum pluvia temperaverat. Idem in India ignotum mare pertentavit navibus; primuſque ſcalis adſcendit mœnia, & inde ſolus in hoſtes deſiliit, & tredecim accepit vulnera; & ſemper invictus, unumquodque bellum uno alterove abſolvebat prælio: in Europa multorum barbarorum domitor, & Græcorum gentis ſubjugator, impatientiſſimæ imperii, & libertatis amantiſſimæ, quæ nemini ante paruiſſe gloriabatur præterquam Philippo, idque brevi, & ſub

Digitized by Google

πρέπειαν ἐς ἡγεμονίαν πολέμου δόξασαν ὑπακούειν ἐπ' ὀλίγον· τὴν δὲ Ἀσίαν σχεδὸν εἰπεῖν ὅλην ἐπέδραμε. καὶ ὡς λόγῳ τὴν Ἀλεξάνδρου τύχην καὶ δύναμιν εἰπεῖν, ὅσην εἶδε γῆν, ἐκτήσατο, καὶ περὶ τῆς λοιπῆς ἐνθυμούμενός τε καὶ διανοούμενος ἀπέθανε.

CL. Καίσαρι δὲ ἥ τε Ἰόνιος θάλασσα εἶξε, χειμῶνος μέσου πλωτὴ καὶ εὔδιος γενομένη· καὶ τὸν Ἑσπέριον ὠκεανὸν ἐπὶ Βρεττανοὺς διέπλευσεν, οὔπω γενόμενον ἐν πείρᾳ, κρημνοῖς τε τῶν Βρεττανῶν τοὺς κυβερνήτας ἐποκέλλοντας ἐκέλευε τὰς ναῦς περιαγνῦναι· καὶ πρὸς ἄλλον κλύδωνα μόνος ἐν σκάφει σμικρῷ νυκτὸς ἐβιάζετο, καὶ τὸν κυβερνήτην ἐκέλευε προχέαι τὰ ἱστία, καὶ θαῤῥεῖν τῇ Καίσαρος τύχῃ μᾶλλον, ἢ τῇ θαλάσσῃ· ἔς τε πολεμίους προεπήδησε μόνος ἐκ πάντων δεδιότων πολλάκις· καὶ τριακοντάκις αὐτὸς ἐν Κελτοῖς μόνοις παρετάξατο, μέχρι τετρακόσια αὐτῶν ἐχειρώσατο ἔθνη· οὕτω δή τι Ῥωμαίοις ἐπίφοβα,

*Lin.* 53. *ἐς πολέμου ἡγεμονίαν Edd. Prætuli Aug. & Reg. B. C. Ibid. δοξάσασαν Edd. ex Reg. A. Expreſſi Aug. Reg. C. & Reg. B. a prima manu. Forſan tamen δόξαν legendum, aut δοξάσαι, quod maluit Muſgrav.* ' *L.* 54. *εἰπεῖν poſt σχεδὸν caret Reg. C. nec ita male. L.* 67. trecenties *Cand. mendoſe. Ibid. vulgo omnes μόνος: quod cum Muſgr. in μόνοις utique mutandum duxi. L.* 68. *δή τοι Reg. C.*

decoro imperatoris titulo; Aſiam vero ferme univerſam mira celeritate pervagatus: &, ut compendio *fortunam* ALEXANDRI *atque potentiam* complectar, *quidquid terrarum vidit, id ſubegit*; ac de reliquo etiam invadendo cogitantem mors intercepit.

150. CÆSARI vero & *Adriaticum mare* naviganti media bruma tranquillum ceſſit; *Britannicum*que *Oceanum* trajecit idem, numquam tentatum antea, & gubernatores ad Britannica ſaxa adpulſas naves frangere juſſit; aliaque tempeſtate ſolus in exigua navicula contra fluctus nitens, gubernatorem vela dare ventis juſſit, & *Cæſaris fortunam* pluris quam maris undas facere. Nec ſemel in hoſtem proſiliit ſolus, ceteris trepidantibus; & *tricies in* ſola *Gallia* ipſe præſens *ſigna cum hoſte contulit*, donec quadringentas Gallorum ſubegit populos, Romanis

Digitized by Google

ἐπίφοβα, ὡς νόμῳ τῷ περὶ ἀστρατείας ἱερέων καὶ γερόντων ἐγγραφῆναι, Πλὴν εἰ μὴ Κελτικὸς πόλεμος ἐπίοι, τότε δὲ καὶ γέροντας καὶ ἱερέας στρατεύεσθαι. περί τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν πολεμῶν, καὶ ἀπολειφθεὶς ἐπὶ γεφύρας μόνος καὶ κακοπαθῶν, τὴν πορφύραν ἀπέρριψε, καὶ ἐς τὴν θάλασσαν ἐξήλατο· καὶ ζητούμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐν τῷ μυχῷ διενήχετο λανθάνων ἐπιπολὺ, μόνην ἐκ διαστήματος ἀνίσχων τὴν ἀναπνοήν· μέχρι φιλίᾳ νηὶ προσπελάσας, ὤρεξε τὰς χεῖρας, καὶ ἑαυτὸν ἔδειξε, καὶ περιεσώθη. Ες δὲ τὰ ἐμφύλια τάδε, ἢ διὰ δέος, καθάπερ αὐτὸς ἔλεγεν, ἢ ἀρχῆς ἐπιθυμίᾳ συμπεσὼν, στρατηγοῖς τοῖς καθ' αὐτὸν ἀρίστοις συνηνέχθη, καὶ στρατοῖς πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις, οὐ βαρβάρων ἔτι, ἀλλὰ Ῥωμαίων, ἀκμαζόντων μάλιστα εὐπραξίαις καὶ τύχαις· καὶ ἁπάντων ἐκράτησε, διὰ μιᾶς καὶ ὅδε πείρας ἑκάστων, ἢ διὰ δύο. οὐ μὴν ἀησσήτου, καθάπερ Ἀλεξάνδρου,

*Lin.* 69. νόμῳ τῶν περὶ *Edd. Aug. puto & Ven. Recte Reg. C.* *L.* 80. καθ' αὐτὸν (*ſic*) *Aug.* *Ibid.* ἀρίστοις στρατ. τοῖς καθ' αὐτὸν *Reg. C.* *L.* 81. βαρβάροις *Edd. Aug. Prætuli Reg. C. &* βαρβάρων *expreſſit etiam Cand.* *L.* 83. καὶ, *quod ante* ἁπάντων *neceſſario requirere videbatur biulca aliàs oratio, deſideratur in Edd. & MSS.*

manis tam formidabiles, ut in *Lege, qua immunitas militiæ concedebatur ſacerdotibus et natu grandioribus*, excepta diſerte fuerint bella Gallica; quorum tempore nec ſenibus nec ſacerdotibus militiæ ſeſe ſubtrahere liceret. *Alexandrino* autem *bello* ſolus in ponte relictus, premente hoſte, abjecit purpuram & in mare deſiliit: inſectanteſque regios diu ſub aquis natans latuit, per intervalla tantum exſerto ore reſpirans; donec amicam navem adtingens, porrectis manibus ſeſe oſtendit, & ſervatus eſt. Ad hæc vero Civilia bella, ſive metu, ut ipſe ajebat, ſive ambitione delatus, cum imperatoribus ſui ſeculi præſtantiſſimis congreſſus eſt, cum multiſque ac magnis exercitibus, non jam barbarorum, ſed Romanorum, cum viribus tum rebus geſtis florentiſſimorum; eoſque omnes hic pariter, ut ille, devicit, uno aut altero prælio ſingulos. Quamquam non, ut *Alexan-*



Digitized by Google

τοῦ στρατοῦ γενομένου· ἐπεὶ καὶ ὑπὸ Κελτῶν ἡσσῶντο λαμπρῶς, ὅτε ἡ μεγάλη σφᾶς συμφορὰ κατέλαβε, Κόττα καὶ Τιτυρίου στρατηγούντων· καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ Πετρώϊος αὐτοὺς καὶ Ἀφράνιος συνέκλεισαν, οἷα πολιορκουμένους· ἔν τε Δυῤῥαχίῳ καὶ Λιβύῃ λαμπρῶς ἔφευγον· καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ Πομπήϊον τὸν νέον κατεπλάγησαν. Ὁ δὲ Καῖσαρ αὐτὸς ἦν ἀκατάπληκτος, καὶ ἐς παντὸς πολέμου τέλος ἀήττητος· τήν τε Ῥωμαίων ἰσχὺν, γῆς ἤδη καὶ θαλάσσης ἐκ δύσεων ἐπὶ τὸν ποταμὸν Εὐφράτην κρατοῦσαν, ἐχυρώσατο βίᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ, πολὺ βεβαιότερον καὶ πολὺ ἐγκρατέστερον Σύλλα· βασιλέα τε αὐτὸν ἀπέφηνεν ἀκόντων, εἰ καὶ τὴν προσηγορίαν οὐκ ἐδέχετο· καὶ πολέμους ἄλλους καὶ ὅδε διανοούμενος ἀνῃρέθη.

CLI. Συνέβη δ' αὐτοῖς καὶ τὰ στρατόπεδα ὁμοίως πρόθυμα μὲν ἐς ἄμφω καὶ μετὰ εὐνοίας γενέσθαι, καὶ ἐς μάχας θηριώδεσιν ἐοικότα· δυσπειθῆ δὲ πολλάκις

*Lin.* 85. τοῦ στρατηγοῦ *Edd. ex Reg. A. quod & oræ Regii B. adſcriptum. Recte Aug. Reg. B. in contextu, & Reg. C. Ibid.* ἡσσῶντο *&, paulo ante,* ἀηττήτου *Aug.* *L.* 86. σφῶν, *& ſuperſcr.* σφᾶς *Reg. B. ab eadem manu utrumque.* *L.* 87. Πετρώϊνος *Reg. C. mend.* *L.* 88. συνέκλεισαν *Aug. quod valet* συνέκλῃσαν: *bene.* συνέκλασαν *Reg. B.* *L.* 95. αὐτὸν *Edd. & Reg. C.*

*dri*, ſic *Cæſaris* exercitus perpetuo invictus fuit: nam & a Gallis inſignem cladem milites Cæſaris acceperunt ductu Titurii Cottæque, legatorum; & in Hiſpania a Petrejo Afranioque ſic cincti ſunt undique, ut ab obſeſſis nihil differrent; ad Dyrrhachium vero & in Africa palam fugam corripuerunt; & in Hiſpania coram Pompeio trepidarunt in acie. Verum *Cæſar* ipſe ſemper interritus, *bello* certe *nullo victus* eſt; & imperium Romanum, ab Euphrate ad Occidentalem uſque Oceanum jam tum patens, partim vi, partim beneficentia, ſuæ ſubjecit poteſtati, firmius multo quam Sylla validiuſque; & in invitos Regnum obtinuit, quamquam nomine abſtinuit Regis: denique & haud ſecus quam *Alexander*, dum alia bella parat, e medio ſublatus eſt.

151. Jam & utrique contigerat, exercitus habere promtos ad omnia, & ut benevolentiſſimos in imperatores, ſic ad pugnas ferociſſimos; interdum tamen contumaces & ſe-

ἑκατέρῳ καὶ πολυστασίαστα, διὰ τοὺς πόνους. ἀποθανόντας γε μὴν ὁμοίως ὠδύραντο καὶ ἐπεπόθησαν, καὶ θείων τιμῶν ἠξίωσαν. Ἐγένοντο δὲ καὶ τὰ σώματα εὐφυεῖς ἄμφω καὶ καλοί. Καὶ τὸ γένος ἐκ Διὸς ἤστην ἑκάτερος, ὁ μὲν Αἰακίδης τε καὶ Ἡρακλείδης, ὁ δὲ ἀπὸ Ἀγχίσου τε καὶ Ἀφροδίτης. Φιλονεικότεροι δὲ τοῖς ἐξερίζουσιν ὄντες, ταχύτατοι πρὸς διαλύσεις ἦσαν, καὶ συγγνώμονες τοῖς ἁλοῦσιν· ἐπὶ δὲ τῇ συγγνώμῃ καὶ εὐεργέται, καὶ οὐδὲν ἢ κρατῆσαι μόνον ἐνθυμούμενοι. Καὶ τάδε μὲν ἐς τοσοῦτον συγκεκρίσθω· καίπερ οὐκ ἐξ ἴσης δυνάμεως ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὁρμήσαντος αὐτῶν ἑκατέρου, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἐκ βασιλείας ἠσκημένης ὑπὸ Φιλίππῳ, τοῦ δ' ἐξ ἰδιωτείας, εὐγενοῦς μὲν καὶ περιφανοῦς, χρημάτων δὲ πάνυ ἐνδεοῦς.

CLII. Ἐγένοντο δὲ καὶ σημείων τῶν ἐπὶ σφίσιν ἑκάτεροι ὑπερόπται, καὶ τοῖς μάντεσι τὴν τελευτὴν προειποῦσιν οὐκ ἐχαλέπηναν, καὶ τὰ σημεῖα αὐτὰ ὅμοιά τε πολλάκις, καὶ ἐς τὸ ὅμοιον, ἀμφοῖν συνηνέχθη. ἐγένετο

*Lin.* 5. ἤστην ἐκ Διὸς *Edd. Prætuli Aug. Reg. B. C.* *L.* 7. φιλονεικότατοι *Reg. C.* *Ibid.* τοῖς ἐξερεθίζουσι *maluit Muſgravius. Sic &* *Cand.* adverſus irritantes. *L.* 16 *ſq.* προσειποῦσιν *Edd. invitis MSS.* προειποῦσι *Reg. B.*

ditioſos, continui laboris tædio: ſed utrumque certe ſuus defunctum luxit ac deſideravit pariter, & divinis dignatus eſt honoribus. Ambo etiam *pulcri* fuere & eximiis corporis dotibus a natura præditi. *Genus* uterque *a Jove* derivabat: *Alexander* per Æaci Herculiſque ſtemmata; *Cæſar* per Anchiſen & Venerem. Uterque quam acer ad contendendum cum adverſariis, tam *erga victos* erat *facilis* ad veniam & ad gratiam, & beneficus inſuper; ſola contentus victoria. Atque hactenus quadrat collatio: niſi quod non a paribus initiis exorſi ſunt; ſed ille a regno, jam exculto exercitatoque per Philippum; hic a privata conditione, licet nobili ac illuſtri, pecuniarum tamen admodum indiga.

152. *Prodigiorum* ad ſe pertinentium *uterque contemtor* fuit; neuter ſuccenſens vatibus mortem prædicentibus: atque etiam ipſa *prodigia* plus ſemel *eadem utrique* ſunt *oblata*, eventu quoque ſimili. Nam utrique bis



Digitized by Google

γὰρ ἑκατέρῳ δὶς ἄλοβα. καὶ τὰ μὲν πρῶτα κίνδυνον σφαλερὸν ὑπέδειξεν· Ἀλεξάνδρῳ μὲν ἐν Ὀξυδράκαις, ἐπὶ τὸ τῶν ἐχθρῶν τεῖχος ἀναβάντι πρὸ τῶν Μακεδόνων, καὶ τῆς κλίμακος συντριβείσης, ἀπολειφθέντι τε ἄνω, καὶ ὑπὸ τόλμης ἐς τὸ ἐντὸς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐξαλλομένῳ, καὶ πληγέντι τὰ στέρνα χαλεπῶς καὶ ἐς τὸν τράχηλον ὑπέρῳ βαρυτάτῳ, καὶ πίπτοντι ἤδη, καὶ περισωθέντι μόλις ὑπὸ τῶν Μακεδόνων, ἀναῤῥηξάντων τὰς πύλας ὑπὸ δέους· Καίσαρι δὲ ἐν Ἰβηρίᾳ, τοῦ στρατοῦ περιφόβου τε ὄντος ἐπὶ Πομπηΐῳ τῷ νέῳ, καὶ ὀκνοῦντος ἐς μάχην ἰέναι, προδραμόντι πάντων ἐς τὸ μεταίχμιον, καὶ διακόσια ἀναδεξαμένῳ δόρατα ἐς τὴν ἀσπίδα, μέχρι καὶ τόνδε ὁ στρατὸς ἐπιδραμὼν ὑπὸ αἰδοῦς καὶ φόβου περιέσωσεν. Οὕτω μὲν αὐτοῖς τὰ πρῶτα ἄλοβα ἐς κίνδυνον ἦλθε θανάτου· τὰ δεύτερα δὲ ἐς τὸν θάνατον αὐτόν. Πειθαγόρας τε γὰρ ὁ μάντις, Ἀπολλοδώρῳ δεδοικότι Ἀλέξανδρόν τε καὶ Ἡφαιστίωνα, θυόμενος εἶπε, μὴ δε-

*Lin. 22.* ἀπολειφθέντι *Aug. Reg. A. B. Sed* ἀπολειφθ. *cum Editis dat Reg. C. Ibid.* τε *caret Aug. L. 27.* περιφόβου γε *Edd. Aug. Rectius Reg. C. L. 34.* Πιθαγόρας *Edd. invitis MSS.* Πυθαγόρας *Reg. A. & Reg. C. cum Cand. Recte Aug. Reg. B.*

exta viſa ſunt ſine capite; primo quidem periculum anceps portendentia: ALEXANDRO *in Oxydracis*, ubi, ante alios conſcenſis mœnibus, & ſcala poſt eum fracta, in muro a ſuis deſtitutus, & in hoſtem deſilire auſus, in pectus graviter ſauciatus, inflicta in cervicem quoque clava, dum in eo erat ut concideret, ægre tandem a Macedonibus, refracta ob metum porta, ſervatus eſt: CÆSARI vero *in Hiſpania*, ubi, ſuis trepide contra juniorem Pompejum in aciem progreſſis, ante omnes in medium procurrens, tela ducenta excepit clypeo; donec & hunc exercitus, pudore tactus & vitæ imperatoris metuens, impreſſione in hoſtem ocius facta, ſervavit. Atque ita priora ſine capite exta extremum periculum eis ſignificarunt: ſecunda vero præſens exitium. Nam *Pithagoras vates* Apollodoro, *Alexandrum* & Hephæſtionem metuenti, extis inſpectis, au-

Digitized by Google

διέναι, ἐκποδὼν γὰρ ἀμφοτέρους αὐτίκα ἔσεσθαι. καὶ τελευτήσαντος εὐθὺς Ἡφαιστίωνος, ὁ Ἀπολλόδωρος ἔδεισε μή τις ἐπιβουλὴ γένοιτο κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐξήνεγκεν αὐτῷ τὰ μαντεύματα. ὁ δὲ ἐπεμειδίασε, καὶ Πειθαγόραν αὐτὸν ἤρετο, ὅ τι λέγοι τὸ σημεῖον. τοῦ δὲ εἰπόντος, ὅτι τὰ ὕστατα λέγει, αὖθις ἐπεμειδίασε, καὶ ἐπῄνεσεν ὅμως Ἀπολλόδωρόν τε τῆς εὐνοίας, καὶ τὸν μάντιν τῆς παῤῥησίας.

CLIII. Καίσαρι δ' ἐς τὸ ἔσχατον βουλευτήριον ἰόντι, καθὰ μοι πρὸ βραχέος εἴρηται, τὰ αὐτὰ σημεῖα γίγνεται· καὶ χλευάσας, ἔφη, τοιαῦτα εἰ καὶ περὶ Ἰβηρίαν γεγονέναι. τοῦ δὲ μάντεως εἰπόντος, καὶ τότε αὐτὸν κινδυνεῦσαι, καὶ νῦν ἐπιθανατώτερον ἔχειν τὸ σημεῖον, ἐνδούς τι πρὸς τὴν παῤῥησίαν, ἐθύετο ὅμως αὖθις, μέχρι βραδυνόντων αὐτῷ τῶν ἱερῶν δυσχεράνας, ἐσῆλθε καὶ ἀνῃρέθη. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Ἀλεξάνδρῳ συνέπεσεν.

*Lin. 36. ἐκ ποδῶν Edd. ex Reg. A. Expreſſi Aug. Reg. B. C. L. 38. γίνεται Edd. ex Reg. A. Prætuli Aug. Reg. B. C. L. 40. Πιθαγορ. edit. 2. 3. ſed Πειθαγ. h. l. recte edit. 1. L. 41. ὕστατα λέγοι Edd. Prætuli Aug. Reg. C. L. 46. καὶ, quod ante περὶ Ἰβηρ. vulgo deeſt, adjeci ex Reg. C. L. 49. ἐνδύς τι Edd. Recte Aug. Reg. C.*

ctoq; fuit bene ſperandi, utrumque enim brevi e medio iri ſublatum. Moxque Hephæſtione defuncto, Apollodorus, timens ne qua contra regem aleretur conſpiratio, præſagium id ei prodidit. Et ſubridens *Alexander*, ex ipſo Pithagora quæſivit, quidnam indicarent exta: qui ubi reſpondit, extremum diem ſignificari; rurſus arridens ille, & Apollodori ſtudium laudavit, & vatis vocem liberam.

153. CÆSARI vero *extremum in ſenatum eunti*, ut paulo ante dixi, idem prodigium rurſus oblatum eſt; quod ille irridens, ait, idem ſibi in Hiſpania quoque obtigiſſe: quumque aruſpex reſpondiſſet, tunc quoque magnum eum adiiſſe diſcrimen capitis, nunc vero lethalius etiam ipſi ſignum eſſe; cedens nonnihil tam confidenter monenti, denuo ſacrificavit, donec moram ſacrorum pertæſus, curiam ingreſſus periit. Idem & ALEXANDRO accidit. Repe-



Digitized by Google

ἐπανιόντα γὰρ ἐξ Ἰνδῶν ἐς Βαβυλῶνα μετὰ τοῦ στρατοῦ, καὶ πλησιάζοντα ἤδη, παρεκάλουν οἱ Χαλδαῖοι, τὴν εἴσοδον ἐπισχεῖν ἐν τῷ παρόντι. τοῦ δὲ τὸ ἰαμβεῖον εἰπόντος, ὅτι ΜΑΝΤΙΣ ἌΡΙΣΤΟΣ ὅστις εἰκάζει καλῶς· δεύτερα γοῦν οἱ Χαλδαῖοι παρεκάλουν, μὴ ἐς δύσιν ὁρῶντα μετὰ τῆς στρατιᾶς ἐσελθεῖν, ἀλλὰ περιοδεῦσαι, καὶ τὴν πόλιν λαβεῖν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. ὁ δ᾽ ἐς τοῦτο μὲν ἐνδοῦναι λέγεται, καὶ ἐπιχειρῆσαι περιοδεῦσαι· λίμνῃ δὲ καὶ ἕλει δυσχεραίνων, καταφρονῆσαι καὶ τοῦ δευτέρου μαντεύματος, καὶ ἐσελθεῖν ἐς δύσιν ὁρῶν. Ἐσελθών γε μὴν, καὶ πλέων κατὰ τὸν Εὐφράτην ἐπὶ ποταμὸν Παλλακότταν, ὃς τὸν Εὐφράτην ὑπολαμβάνων, ἐς ἕλη καὶ λίμνας ἐκφέρει, καὶ κωλύει τὴν Ἀσσυρίδα γῆν ἄρδειν καὶ ἐπιπλέειν. ἐπινοοῦντα δὴ τοῦτον διατειχίσαι τὸν ποταμὸν, καὶ ἐπὶ τοῦτο ἐκπλέοντα, φασὶν ἐπιτω-

*Lin.* 59. ἰνδοῦναι *Aug. mend.* *L.* 61 *ſq. An* ἐσελθόντα γε μὴν καὶ πλέοντα? *L.* 62. ἐπὶ τὸν ποταμὸν *Edd. ex Reg. A. Delevi artic. cum Aug. Reg. B. C.* *L.* 63. Παλλάκοταν *Reg. A. Cand.* Παλακόπταν *Reg. C. An* Παλλακόπαν, *ut apud Arrianum?* *L.* 64. Ἀσυρίδα *Edd. Prætuli Aug. Reg. C.* *L.* 65. ἄρδειν ἐπιπλέειν *Edd. ex Reg. A.* ἄρδειν, ἐπιπλέειν *Aug. Ven. Reg. B. Prætuli Reg. C.* *Ib.* ἐπινοοῦντα δὲ *Edd. Aug. Prætuli Reg. C.* *L.* 66. ἐπὶ τοῦτον *Edd. cum Regiis A. B. C. Prætuli Aug.*

tentem enim *Babylonem* cum exercitu ex India, jamque adpropinquantem urbi, *Chaldæi* monebant, differret in præſenti introitum: reſpondit ille vulgato proverbio, *Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum.* Tum Chaldæi denuo hortabantur, ſaltem non Occidentem ſpectans introduceret exercitum; ſed ita circumductis copiis, ut a fronte urbem & Orientem ſolem habeat. Ferturque ille hactenus paruiſſe, ut cœperit circumducere; ſed offenſus via cœnoſa paluſtrique, poſteriora quoque contemſiſſe vatum monita; atque ita introgreſſum obverſa in Occidentem facie. Nec multo poſt ſecundo Euphrate navigavit ad *Pallacottam* (vel Pallacopam) *fluvium*, qui *Euphratem* excipiens in paludes & ſtagna devehit; atque ita impedit quominus Aſſyriam regionem irriget perfluatque. Hunc igitur fluvium munire cogitans, quum hujus rei cauſa enavigaſſet, cavilla-

Digitized by Google

θάσαι τοῖς Χαλδαίοις, ὅτι σῶος ἐς Βαβυλῶνα ἐσέλθοι τε καὶ ἐκπλέοι. ἔμελλε δ᾽ ἐπανελθὼν αὐτίκα ἐν αὐτῇ τεθνήξεσθαι. Ἐπετώθασε δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ ὅμοια· τοῦ γὰρ μάντεως αὐτῷ τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς προειπόντος, ὅτι μὴ περιοίσει τὰς Μαρτίας Εἰδούς· ἐλθούσης τῆς ἡμέρας, ἔφη, τὸν μάντιν χλευάζων, ὅτι πάρεισιν αἱ Εἰδοί· καὶ ἐν αὐταῖς ὅμως ἀπέθανεν. Οὕτω μὲν δὴ καὶ σημεῖα τὰ περὶ σφῶν ἐχλεύασαν ὁμοίως, καὶ τοῖς προειποῦσιν αὐτὰ μάντεσιν οὐκ ἐχαλέπηναν, καὶ ἑάλωσαν ὅμως ὑπὸ τῷ λόγῳ τῶν μαντευμάτων.

CLIV. Ἐγένοντο δὲ καὶ ἐς ἐπιστήμην τῆς ἀρετῆς, τῆς τε πατρίου καὶ Ἑλληνικῆς καὶ ξένης, φιλόκαλοι· τὰ μὲν Ἰνδῶν Ἀλέξανδρος ἐξετάζων τοὺς Βραχμᾶνας, οἳ δοκοῦσιν Ἰνδῶν εἶναι μετεωρολόγοι τε καὶ σοφοί, καθὰ Περσῶν οἱ μάγοι· τὰ δὲ Αἰγυπτίων ὁ Καῖσαρ, ὅτε ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενος καθίστατο Κλεοπάτραν. ὅθεν ἄρα καὶ τῶν εἰρηνικῶν πολλὰ Ῥωμαίοις διωρθώσατο· καὶ τὸν ἐνιαυτὸν, ἀνώμαλον ἔτι ὄντα διὰ τοὺς ἔσθ᾽ ὅτε μῆνας ἐμβολίμους,

*Lin.* 71 & 73. Εἰδοὺς & Εἰδοῖ *Reg. C.* *L.* 76. ὑπὸ τῶν λόγω (*ſic*) *Aug.* *L.* 83. Ῥωμαίοις *caret Reg. C. male.*

tus fertur in Chaldæos, quod ſalvus & intraſſet & nunc exiiſſet Babylonem. Sed eumdem mox rediturum manebat in eadem urbe vitæ finis. Similiter & *Cæſar cavillatus* eſt: nam præmonitus a vate, *fatales* ſibi eſſe *Idus Martias*, ubi is dies venit, exprobravit illi adeſſe Idus: & tamen ultra eas vitam non produxit. Ita igitur uterque, prodigia ſibi oblata pariter cavillati, neque vatibus irati extrema nunciantibus, tamen eventum inevitabilem prædictionum experti ſunt.

154. Fuerunt etiam ambo liberaliorum artium ſcientiarumque, tam patriarum, quam Græcarum externarumque, ſtudioſi: *Alexander* ex *Brachmanis* multa percontatus, qui habentur apud Indos rerum divinarum humanarumque ſapientes, ſicut apud Perſas Magi: *Cæſar* ex Ægyptiis, quando in Ægypto moratus Cleopatram reduxit in regnum. Quapropter etiam in artibus ad pacem pertinentibus multa apud Romanos correxit: & *annum* ad id ætatis *inæqualem* propter intercalares menſes (nam ra-



Digitized by Google

(κατὰ γὰρ σελήνην αὐτοῖς ἠριθμεῖτο,) ἐς τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον μετέβαλεν, ὡς ἦγον Αἰγύπτιοι. Συνέβη δὲ αὐτῷ, καὶ τῶν ἐς τὸ σῶμα ἐπιβουλευσάντων μηδένα διαφυγεῖν, ἀλλὰ τῷ παιδὶ δοῦναι δίκην ἀξίαν, καθάπερ Ἀλεξάνδρῳ τοὺς Φίλιππον ἀνελόντας. ὅπως δὲ ἔδοσαν, αἱ ἑξῆς βίβλοι δεικνύουσιν. 90

tione lunari utebantur) *juxta ſolis curſum ordinavit*, auctoribus Ægyptiis. Denique & illud *Cæſari* contigit, ut nemo ex conjuratis evaſerit; ſed pœnas meritas cuncti filio ejus dederint, ſicut *Alexandro* interfectores Philippi. Quomodo autem dederint, ſequentibus voluminibus exponetur.

# ΑΠΠΙΑΝΟΥ

## ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

## ΡΩΜΑΙΚΩΝ

## ΕΜΦΥΛΙΩΝ Γ'.

Οὕτω μὲν δὴ Γάϊος Καῖσαρ, πλείστου Ῥωμαίοις ἄξιος ἐς τὴν ἡγεμονίαν γενόμενος, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀνῄρητο, καὶ ὑπὰ τοῦ δήμου τέθαπτο. Ἁπάντων δὲ αὐτοῦ τῶν σφαγέων δίκην δόντων, ὅπως οἱ περιφανέστατοι μάλιστα ἔδοσαν, ἥδε ἡ Βίβλος καὶ ἡ μετὰ τήνδε ἐπιδείξουσιν· ἐπιλαμβάνουσαι καὶ ὅσα ἄλλα Ῥωμαίοις Ἐμφύλια ἐς ἀλλήλους ἐγίγνετο ὁμοῦ. A. U. 710.

II. Ἀντώνιον μὲν ἡ βουλὴ δι' αἰτίας εἶχεν ἐπὶ τοῖς ἐπιταφίοις τοῦ Καίσαρος· ὑφ' ὧν δὴ μάλιστα ὁ δῆμος ἐρεθισθεὶς, ὑπερεῖδε τῆς ἄρτι ἐπεψηφισμένης ἀμνηστίας, καὶ ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν σφαγέων σὺν πυρὶ ἔδραμον. Ὁ

*Lin.* 10. *ἐπιψηφισμένης ἀμνηστείας Edd. mendoſe utrumque ex Reg. A.*

# APPIANI

## ALEXANDRINI

## ROMANARUM HISTORIARUM

## DE BELLIS CIVILIBUS

### LIBER TERTIUS.

Sic quidem CÆSAR, quum in promovendis imperii Romani pomœriis omnium fuiſſet præſtantiſſimus, ab inimicis *occiſus* eſt, & publice a populo *funeratus*. Quoniam vero omnes ejus percuſſores pœnas dederunt; *præcipuorum ex Percuſſoribus exitum* HIC LIBER ET PROXIMUS exponet; [quibus ſimul reliqua Romanorum bella Civilia, quæ in eadem tempora inciderunt, complectar.

2. Quum ſenatus in *Antonium* culpam conferret, quod ejus maxime opera in Cæſaris funere populus concitatus, & legis de præteritarum injuriarum oblivione recens latæ oblitus, cum facibus adcurriſſet ad ædes conjuratorum; ille

A. U. 710.

δὲ αὐτὴν χαλεπαίνουσαν, ἑνὶ τοιῷδε πολιτεύματι ἐς εὔνοιαν ἑαυτοῦ μετέβαλεν. Ἀμάτιος ἦν ὁ Ψευδομάριος· Μαρίου γὰρ ὑπεκρίνετο υἱωνὸς εἶναι, καὶ διὰ Μάριον ὑπερήρεσκε τῷ δήμῳ. γιγνόμενος οὖν κατὰ τήνδε τὴν ὑπόκρισιν συγγενὴς τῷ Καίσαρι, ὑπερήλγει μάλιστα αὐτοῦ τεθνεῶτος, καὶ βωμὸν ἐπῳκοδόμει τῇ πυρᾷ, καὶ χεῖρα θρασυτέρων ἀνδρῶν εἶχε, καὶ φοβερὸς ἦν αἰεὶ τοῖς σφαγεῦσιν. ὧν οἱ μὲν ἄλλοι διεπεφεύγεσαν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ὅσοι παρ' αὐτοῦ Καίσαρος εἰλήφεσαν ἡγεμονίας ἐθνῶν, ἀπεληλύθεσαν ἐπὶ τὰς ἡγεμονίας, Βροῦτος μὲν ὁ Δέκμος ἐς τὴν ὅμορον τῆς Ἰταλίας Κελτικὴν, Τρεβώνιος δὲ ἐς τὴν Ἀσίαν τὴν περὶ Ἰωνίαν, Τίλλιος δὲ Κίμβερ ἐς Βιθυνίαν. Κάσσιος δὲ καὶ Βροῦτος ὁ Μάρκος, ὧν δὴ καὶ μάλιστα τῇ βουλῇ διέφερεν, ᾕρηντο μὲν καὶ οἵδε ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐς τὸ μέλλον ἔτος ἡγεμονεύειν, Συρίας μὲν ὁ Κάσσιος, καὶ Μακεδονίας ὁ Βροῦτος· ἔτι δὲ ὄντες ἀστικοὶ στρατηγοὶ, ὑπέμενον ἐν ἄστει ὑπ' ἀνάγκης· καὶ διατά-

*Lin.* 27. Τύλλιος *h. l. Edd.* & Tullius *Cand.* Τίλλιος *h. l. MSS. Regii, Aug.* & *Ven.* *Ibid.* μὲν Κίμβερ *Edd. cum Regiis.* δὲ *recte dedit Aug.* *L.* 27. Ἀστικοὶ *edit.* 1. *cum Regiis.* ἀστικοὶ *edit.* 2. 3. *Rectius, ut alibi, Aug.* *L.* 28. στρατηγοὶ ὑπ' ἀνάγκης καὶ διατάγμασιν *Edd.* & *MSS. nostri. Verba* ὑπέμενον ἐν ἄστει, *quæ ad ſententiam neceſ-*

indignationem iſtam uno callido facto mutavit in benevolentiam. Erat *Amatius* quidam, qui ſe *falſo* in Marii nomen inſeruerat, quaſi majoris *Marii nepos;* gratioſus apud plebem ob ipſius Marii memoriam. Is quoniam hac ſimulatione effecerat, ut videretur *Cæſari* cognatione conjunctus, præ ceteris ægre ferens ejus obitum, *aram* eo loco, ubi crematus eſt, *poſuit:* ſtipatuſque manu hominum audacium, terrori conjuratis fuit. Quorum aliis ex Urbe fuga dilapſis, quotquot a Cæſare provincias acceperant, in eas *profecti* ſunt: *Decimus Brutus in Galliam* Italiæ finitimam, *Trebonius in Aſiam, Tillius Cimber in Bithyniam.* Sed *Caſſius et Marcus Brutus,* qui maxime cordi erant ſenatui, quum & ipſi in futurum annum deſignati fuiſſent a Cæſare provinciarum *proprætores, Syriæ Caſſius, Brutus Macedoniæ;* tamen, ut prætores urbani, ex officio *in Ur-*

Digitized by Google

γμασιν, οἷα ϛρατηγοὶ, τοὺς κληρούχους ἐθεράπευον, ὅσοις τε ἄλλοις ἐπενόουν, καὶ τὰ κληρουχήματα συγχωροῦντες αὐτοῖς πιπράσκειν, τοῦ νόμου κωλύοντος ἐντὸς εἴκοσιν ἐτῶν ἀποδίδοσθαι. A. U. 710.

III. Τούτοις δὲ αὐτοῖς ὁ Ἀμάτιος, ὅτε συντύχοι, καὶ ἐνεδρεύσειν ἐλέγετο. τῷδε οὖν τῷ λόγῳ τῆς ἐνέδρας ὁ Ἀντώνιος ἐπιβαίνων, οἷα ὕπατος, συλλαμβάνει καὶ κτείνει τὸν Ἀμάτιον χωρὶς δίκης, μάλα θρασέως. καὶ ἡ βουλὴ τὸ μὲν ἔργον ἐθαύμαζεν, ὡς μέγα καὶ παράνομον, τὴν δὲ χρείαν αὐτοῦ προσεποιοῦντο ἥδιϛα· οὐ γὰρ αὐτοῖς ἐδόκει ποτὲ χωρὶς τοιᾶσδε τόλμης ἀσφαλῆ τὰ κατὰ Βροῦτον καὶ Κάσσιον ἔσεσθαι. Οἱ δὲ τοῦ Ἀματίου ϛρατιῶται, καὶ ὁ ἄλλος δῆμος ἐπ' ἐκείνοις, πόθῳ τε τοῦ Ἀματίου, καὶ ἀγανακτήσει τοῦ γεγονότος, ὅτι μάλιϛα αὐτὸ ὁ Ἀντώνιος ἐπεπράχει, ὑπὸ τοῦ δήμου τιμώμενος, οὐκ ἠξίουν σφῶν καταφρονεῖν. τὴν ἀγορὰν οὖν καταλαβόντες ἐβόων, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐβλασφήμουν, καὶ τὰς

*ſaria videbantur, ex conjectura adjeci, & diſtinxi poſt* ἀνάγκης. *Ubi illa verba inſerui, ibi in MS. Reg. B. ſpatium duodecim fere literarum vacuum erat relictum.* *L.* 33. *Pro* τούτοις δὲ αὐτοῖς, *quod recte dedit Aug. & Ven. dant* σὺν αὐτοῖς δὲ *Edd. mend. cum Regiis.* *L.* 43. τιμώμενον *Edd. Recte Aug. Ven.*

*be manere* coacti ſunt. Atque hi interim prætoriis edictis colonos demerebantur, cum alia commoda eis concedentes, tum hoc, ut liceret illis portiones ſuas vendere, quod lex non permittebat niſi poſt annum vigeſimum.

3. His igitur *Amatius* dicebatur moliri perniciem, nec aliud quam occaſionem exſpectare. Cujus rumoris occaſione *Antonius*, pro poteſtate conſulari, juſſit comprehendi *Amatium*, moxque indicta cauſa *interfecit*, per inſignem audaciam. Id factum quidem ſenatus miratus eſt, ut vehemens & contrarium legibus; at fructum tamen facti cupidiſſime arripiebat; nam abſque tali audacia numquam tuti futuri videbantur *Brutus et Caſſius*. At milites *Amatii*, ceteraque plebs, necati deſiderio moti; & indigne ferentes, hanc ſibi mercedem ab *Antonio* maxime redditam pro honore hactenus illi habito; non paſſi ſunt ſe tali modo contemni. Occupato igitur foro, conviciose clamabant in *Antoni-*

Digitized by Google

A. U. 710. ἀρχάς. ἐκέλευον ἀντὶ Ἀματίου τὸν βωμὸν ἐκθεοῦν, καὶ θύειν ἐπ' αὐτοῦ Καίσαρι πρώτους. ἐξελαυνόμενοι δ' ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὑπὸ στρατιωτῶν ἐπιπεμφθέντων ὑπὸ Ἀντωνίου, μᾶλλόν τε ἠγανάκτουν καὶ ἐκεκράγεσαν, καὶ ἕδρας ἔνιοι τῶν Καίσαρος ἀνδριάντων ἐπεδείκνυον ἀνῃρημένων. ὡς δέ τις αὐτοῖς ἔφη καὶ τὸ ἐργαστήριον, ἔνθα οἱ ἀνδριάντες ἀνεσκευάζοντο, δείξειν, εὐθὺς εἵποντο, καὶ ἰδόντες ἐνεπίμπρασαν· ἕως, ἑτέρων ἐπιπεμφθέντων ἐξ Ἀντωνίου, ἀμυνόμενοί τε ἀνῃρέθησαν ἔνιοι, καὶ συλληφθέντες ἕτεροι ἐκρεμάσθησαν, ὅσοι θεράποντες ἦσαν, οἱ δὲ ἐλεύθεροι κατὰ τοῦ κρημνοῦ κατερρίφησαν.

IV. Καὶ ὁ μὲν τάραχος ἐπέπαυτο· μῖσος δὲ ἄρρητον ἐξ ἀρρήτου εὐνοίας τοῦ δήμου πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἐγήγερτο. ἡ βουλὴ δ' ἔχαιρον, ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως ἐν ἀδεεῖ περὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον γενόμενοι. Ὡς δὲ καὶ Σέξστον Πομπήιον ὁ Ἀντώνιος, τὸν Πομπηίου Μάγνου περιποθήτου

*Lin. 47.* πρῶτος *edit.* 1. *ex Reg. A.* πρώτας *Reg. B.* πρώτους *Aug. quæ cuncta ex* πρώτιυς *orta puto, quod ex conject. repoſitum voluerat Muſgr.* πρώτας *edit.* 2. 3. *L.* 48. ἐξ ἀρίστης εὐνοίας *Ell. non male. Prætuli tamen Aug. Ven. cum quibus & facere videtur Cod. Cund.*

*um*, poſtulantes a magiſtratibus, ut, quando Amatii parum valuiſſet auctoritas, ipſi nunc aram dedicarent, & ibi primi omnium ſacra facerent Cæſari. Sed quum inde ſubmoverentur per Antonianos milites; magis etiam exaſperati, vociferabantur; & baſes nonnulli oſtendebant, unde *ſtatuæ Cæſaris avulſæ* fuiſſent. Ubi vero nonnemo ait, ſe officinam quoque oſtenſurum, in qua illæ in alias facies refingerentur; ſtatim hunc ſecuti, re conſpecta, incenderunt officinam. Contra quos alia manu Antonianorum immiſſa, nonnulli repugnantes occiſi ſunt, alii comprehenſi; ex quibus quotquot ſervi erant, crucibus adfixi, ingenui e rupe præcipitati ſunt.

4. Ita quidem ſedatus ille tumultus eſt. Benevolentia autem *plebis*, quam ſingularis paulo ante *in Antonium* fuerat, in tam acerbum *odium* eſt converſa. Patres contra gaudebant, quod aliâs *Bruto* & ejus ſociis nulla foret ſecuritas. Ut autem *de Sexto* quoque *Pompejo*, Magni, omnibus deſiderati, filio, qui tum

Digitized by Google

πᾶσιν ἔτι ὄντος, εἰσηγήσατο καλεῖν ἐξ Ἰβηρίας, πολεμούμενον ἔτι πρὸς τῶν Καίσαρος στρατηγῶν, ἀντί τε τῆς πατρῴας οὐσίας δεδημευμένης ἐκ τῶν κοινῶν αὐτῷ δοθῆναι μυριάδας Ἀττικῶν δραχμῶν πεντακισχιλίας, εἶναι δὲ καὶ στρατηγὸν ἤδη τῆς θαλάσσης, καθὼς ἦν καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ταῖς Ῥωμαίων ναυσὶν αὐτίκα ταῖς πανταχοῦ χρῆσθαι εἰς τὰ ἐπείγοντα· θαυμάζουσα ἕκαστα ἡ βουλὴ μετὰ προθυμίας ἐξεδέχετο, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐπὶ ὅλην εὐφήμουν ἡμέραν. οὐ γάρ τις αὐτοῖς ἐδόκει Μάγνου γενέσθαι δημοκρατικώτερος, ὅθεν οὐδὲ περιποθητότερος ἦν. Ὅ τε Κάσσιος καὶ ὁ Βροῦτος, ἐκ τῆς στάσεως ὄντε τῆς Μάγνου, καὶ πᾶσι τότε τιμιωτάτω, τὴν σωτηρίαν ἐδόκουν ἕξειν ἀσφαλῆ, καὶ τὴν γνώμην ὧν ἐπεπράχεσαν ἐγκρατῆ, καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐς τέλος ἐπάξεσθαι, τῆς μοίρας σφῶν ἀνισχούσης. ἃ καὶ Κικέρων συνεχῶς ἐπῄνει τὸν Ἀντώνιον· καὶ ἡ βουλὴ συγγινώσκου- A. U. 710.

*Lin.* 63. πρὸς Καίσαρος στρατ. *Edd.* πρὸς τοῦ Καισ. *Aug. Verum dedit Ven.* *L.* 66. δὲ καὶ στρατηγῶν *edit.* 1, *mend.* *L.* 69. μετὰ τούτων ἐξεδέχοντο *Edd. cum Regiis corrupte. Recte Aug. Ven. & Cand.* *L.* 75 *ſq. Malim* ἐπανάξεσθαι *cum Muſgrav.*

adhuc impugnabatur a Cæſarianis in Hiſpania, ad ſenatum *retulit Antonius*, eumque *revocandum* cenſuit, & pro publicatis bonis paternis ex ærario ei reſtituenda bis millies HS. & maris imperium, quemadmodum olim patri, eidem mandandum; & claſſes omnes Romanas, ubicumque locorum eſſent, poteſtati ejus, ad adminiſtranda quæ uſus poſtularet, ſubjiciendas: id vero *ſenatus*, admiratus ſingula, incredibili ſtudio arripuit; & *Antonium fauſtiſſimis adclamationibus* per totum reliquum diem eſt *proſecutus*. Nemo enim umquam eis viſus eſt amantior reipublicæ quam Magnus, ob eamdemque cauſam nemo illis fuit deſideratior. *Brutuſ*que & *Caſſius*, qui e Magni fuiſſent partibus, & apud omnes tunc ſummo in honore fuiſſent, ſic in tuto collocatam videbantur habituri ſalutem, & ad finem perducturi conſilium, quo factum illud ſuſcepiſſent, penituſque reſtituturi rempublicam, partibus ipſorum prævalentibus. Quapropter & *Cicero* continuis *laudibus proſequebatur Antonium*; & *ſenatus*, agnoſcens, ſui cauſa plebem *Anto-*

Digitized by Google

A. U. 710. σα αὐτῷ διὰ σφᾶς ἐπιβουλεύοντα τὸν δῆμον, ἔδωκε φρουρὰν περιστήσασθαι περὶ τὸ σῶμα, ἐκ τῶν ἐστρατευμένων καὶ ἐπιδημούντων ἑαυτῷ καταλέγοντα.

V. Ὁ δὲ, εἴτε εἰς τοῦτο αὐτὸ πάντα πεπραχὼς, εἴτε τὴν συντυχίαν, ὡς εὔχρηστον, ἀσπασάμενος, τὴν φρουρὰν κατέλεγεν, αἰεὶ προστιθεὶς μέχρι ἐς ἑξακισχιλίους· οὐκ ἐκ τῶν γενομένων ὁπλιτῶν, οὓς εὐμαρῶς ἂν ἐν ταῖς χρείαις ᾤετο ἕξειν καὶ ἑτέρωθεν, ἀλλὰ πάντας λοχαγοὺς, ὡς ἡγεμονικούς τε καὶ ἐμπειροπολέμους, καί οἱ γνωρίμους ἐκ τῆς στρατείας τῆς ὑπὸ Καίσαρι· ταξιάρχους δ᾽ αὐτοῖς ἐς τὸν πρέποντα κόσμον ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἐπιστήσας, ἦγεν ἐν τιμῇ, καὶ κοινωνοὺς ἐποιεῖτο τῶν φανερῶν βουλευμάτων. Ἡ δὲ βουλὴ τό τε πλῆθος αὐτῶν καὶ τὴν ἐπίλεξιν ἐν ὑπονοίᾳ τιθέμενοι, συνεβούλευον, τὴν φρουρὰν, ὡς ἐπίφθονον, ἐς τὸ ἀρκοῦν ἐπαναγαγεῖν. ὁ δὲ ὑπισχνεῖτο ποιήσειν, ὅταν σβέσῃ τοῦ δήμου τὸ ταραχῶδες. Εψη-

*Lin.* 78. *pro* διὰ σφᾶς, *quod ded. Aug. Ven. Reg. B. dant mendoſe* διασαφῶς *Edd. ex Reg. A.* *L.* 83. μέχρις ἐς *Edd. invitis MSS.* *L.* 93 *ſq.* ἐψηφισμένου *maluit Muſgrav.* *L.* 94. κύρια *oper. err. edit.* 3.

*nio* moliri inſidias, *conceſſit* eidem, *ut* ex veteranorum copia, qui in urbe adeſſent, *ſatellitium ſibi deligeret.*

5. *Antonius*, ſive quod hujus rei cauſa omnia iſta eſſet machinatus, ſive oblatam forte commodam occaſionem libenter arripiens, deligendo *ſibi cuſtodes*, continue numerum augebat, donec *ſex millia* explevit. Neque vero ex gregariis *adlegit* militibus; quippe quos aliunde quoque paraturum ſe putabat facile; ſed *ex ſolis centurionibus*, artium bellicarum longo uſu peritis, quos ex communi ſub Cæſare militia familiares ſibi habuerat. Hiſque *tribunos* præficiebat, ex ipſorum ordine lectos, & dignitatis inſignibus ornatos: quos in honore habebat, & conſiliis quoque ſolebat adhibere, præterquam ſecretioribus. At ſenatus ſatellitium illud, cum propter nimiam multitudinem, tum propter ipſius delectus rationem, ſuſpectum habens, hortari cœpit, ut ad cavendam invidiam numerus in modum certum, qui ſatis eſſet, redigeretur. Quod ille promiſit ſe facturum, quamprimum plebis motus fuiſſent ſedati. Et quia ex ſenatuſcon-

Digitized by Google

φισμένον δῆ εἶναι κύρια, ὅσα Καίσαρι πέπρακλό τε καὶ γενέσθαι βεβούλευτο· τὰ ὑπομνήματα τῶν βεβουλευμένων ὁ Αντώνιος ἔχων, καὶ τὸν γραμματέα τοῦ Καίσαρος Φαβέριον ἐς πάντα οἱ πειθόμενον, διότι καὶ ὁ Καῖσαρ τὰ τοιάδε αἰτήματα ἐς τὸν Αντώνιον ἐξιὼν ἀνετίθετο, πολλὰ ἐς πολλῶν χάριν προσετίθει, καὶ ἐδωρεῖτο πόλεσι, καὶ δυνάσλαις, καὶ τοῖσδε τοῖς ἑαυτοῦ Φρουροῖς· καὶ ἐπεγράφετο μὲν πᾶσι τὰ Καίσαρος ὑπομνήματα, τὴν δὲ χάριν οἱ λαβόντες ᾔδεσαν Αντωνίῳ. τῷ δὲ αὐτῷ τρόπῳ καὶ ἐς τὸ βουλευτήριον πολλοὺς κατέλεγε, καὶ ἄλλα τῇ βουλῇ δι' ἀρεσκείας ἔπρασσεν, ἵνα μὴ Φθονοῖεν ἔτι τῆς Φρουρᾶς. Καὶ Αντώνιος μὲν ἀμφὶ ταῦτα ἦν. A. U. 710.

VI. Ὁ δὲ Βροῦτος καὶ ὁ Κάσσιος, οὔτε τινὸς παρὰ τοῦ δήμου σΦίσιν, ἢ παρὰ τῶν ἐξεσλρατευμένων, εἰρηναίου Φανέντος, οὔτε τὴν ἐνέδραν Αματίου καὶ παρ' ἑτέρου ἂν αὐτοῖς ἀδύνατον ἡγούμενοι γενέσθαι, οὔτε τὸ ποικίλον

*Lin.* 98. hæc omnia apud Antonium depoſuerat *Cand. nec expreſſit nomen αἰτήματα.* *L.* 2. *Poſt* μὲν πᾶσι *inſerunt* τοῖς αἰτοῦσι *Edd. cum Reg. A. & Cand. Quæ verba rejeci cum Aug. Ven. & Reg. B. a pr. manu. In Aug. præter illa verba, etiam deſiderantur duo ſeqq.* τὰ Καίσαρος, *perperam.* *L.* 6. Αντ. μὲν ἀμφὶ τὸν Φαβέριον *in Reg. A. mend.* *L.* 9. ἐνέδραν (*ſic*) *edit.* 1. *cum Reg. B. & Aug.*

ſulto rata erant *Acta Cæſaris* ac conſilia; *Antonius*, in cujus manibus erant *Cæſaris* de conſiliis ſuis *Commentarii*, & qui ſcribam quoque Cæſaris *Faberium* obſequentiſſimum ſibi habebat; quandoquidem hujuſmodi poſtulata Cæſar quoque ipſe, abiturus ex Urbe, in arbitrium Antonii rejecerat; *multa in multorum gratiam adjecit*, civitatibus gratificans, dynaſtiſque, & ipſis illis ſuis cuſtodibus: ita quidem, ut omnia velut ex præſcripto faceret Cæſaris, ſed gratia ſoli haberetur Antonio. Pari ratione & in ſenatum multos adlegit, & alia ſenatui eſt gratificatus, quo minus invidioſa apud eum eſſet ſua cuſtodia.

6. Dum Antonius circa hæc ſatagit; *Brutus Caſſiusque*, quod & veteranos & plebem parum pacato erga ſe cernerent animo, intelligerentque poſſe aliquem alium exoriri, qui inſidias, quales prius Amatius, contra ſe ſtrueret;

Digitized by Google

A. U. 710.

Ἀντωνίου φέροντες ἀφόβως, ἤδη καὶ στρατιὰν ἔχοντες, οὔτε τὴν δημοκρατίαν βεβαιουμένην ἔργοις ὁρῶντες, ἀλλὰ καὶ ἐς τοῦτο ὑφορώμενοι τὸν Ἀντώνιον· Δέκμῳ μάλιστα ἐπεποίθεσαν, ἔχοντι ἐν πλευραῖς τρία τέλη στρατοῦ· καὶ πρὸς Τρεβώνιον ἐς τὴν Ἀσίαν, καὶ πρὸς Τίλλιον ἐς Βιθυνίαν κρύφα ἔπεμπον, χρήματα ἀγείρειν ἀφανῶς καὶ στρατὸν περιβλέπεσθαι· αὐτοί τε ἠπείγοντο τῶν δεδομένων σφίσιν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐθνῶν λαβέσθαι. τοῦ χρόνου δὲ οὔπω συγχωροῦντος αὐτοῖς, ἀπρεπὲς ἡγούμενοι, τὴν ἐν ἄστει στρατηγίαν προλιπόντες ἀτελῆ, δόξαν ὕποπτον φιλαρχίας ἐθνῶν ἐνέγκασθαι, ᾕρουντο ὅμως ὑπὸ ἀνάγκης τὸ ἐν μέσῳ διάστημα διατρίψαι ποι μᾶλλον ἰδιωτεύοντες, ἢ ἐν ἄστει στρατηγεῖν, οὔτε ἀφόβως ἔχοντες, οὔτε τὰ εἰκότα ἐφ᾽ οἷς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐπεπράχεσαν τιμώμενοι. οὕτω δ᾽ αὐτοῖς ἔχουσιν, ἡ βουλὴ συνειδυῖα τὴν γνώμην, ἔδωκε σίτου τῇ πόλει φροντίσαι ἐξ ὅσης δύναιντο γῆς, μέχρι αὐτοὺς ὁ χρόνος τῶν ἐθνῶν τῆς στρατηγίας

*Lin.* 14. ἐκ πλευρᾶς *edit.* 1. *ex Reg. A.* ἐν πλευραῖς *edit.* 2. 3. *Recte Aug. Reg. B.* *L.* 15. Τύλλιον *Edd. invitis Regiis & Aug. qui in* Τίλλιον *h.l. conſentiunt.* *L.* 19. οὔτω συγχωρ. *Edd. mend. ex Reg. B.* *L.* 27. μέχρις *Edd. Prætuli Aug.*

ſoliciti quoque de inconſtantia Antonii, militaribus copiis jam ſuffulti; quem eumdem ſuſpectum habebant, quaſi per eum ſtaret, quominus efficaciter jam confirmari cœpiſſet ſtatus reipublicæ; *Decimo Bruto* maxime fidebant, in propinquo habenti tres legiones: ſimulque *Trebonium* in Aſia & *Tillium* in Bithynia clam per literas monebant, ut occulte pecunias colligerent, & de exercitu diſpicerent: ipſi vero, quamprimum fieri poſſet, in acceptas a Cæſare provincias abire cupiebant. Sed quoniam id quidem per temporis rationem nondum licebat; indecorum rati, ſi ante magiſtratus exitum provincias ambitioſe velle invadere viderentur, maluerunt privati reliquum anni alicubi extra Urbem agere, quam in Urbe juriſdictiones adminiſtrare, ubi nec ſecuri eſſent, nec pro beneficii in patriam collati merito honorati. Quo *Caſſii Brutique* intellecto conſilio, *ſenatus eos præfecit frumento* undecumque in Urbem convehendo, donec adveniret

στρατηγίας καταλάβοι. καὶ ἡ μὲν οὕτως ἔπραξεν, ἵνα μή ποτε Βροῦτος ἢ Κάσσιος φεύγειν δοκοῖεν· τοσήδε αὐτῶν φροντὶς ἦν ἅμα καὶ αἰδὼς, ἐπεὶ καὶ τοῖς ἄλλοις σφαγεῦσι διὰ τούσδε μάλιστα συνελάμβανον. A. U. 710.

VII. Εξελθόντων δὲ τῆς πόλεως τῶν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον, ἐπὶ δυναστείας ὢν ὁ Αντώνιος ἤδη μοναρχικῆς, ἀρχὴν ἔθνους καὶ στρατιᾶς αὐτῷ περιέβλεπε. καὶ Συρίας μὲν ἐπεθύμει μάλιστα· οὐκ ἠγνόει δὲ ὢν δι' ὑπονοίας, καὶ μᾶλλον ἐσόμενος, εἴ τι αἰτοίη· καὶ γὰρ αὐτῷ κρύφα Δολοβέλλαν τὸν ἕτερον ὕπατον ἐπήλειφεν ἐς ἐναντίωσιν τῇ βουλῇ, διάφορον αἰεὶ τῷ Αντωνίῳ γενόμενον. Αὐτὸν οὖν τὸν Δολοβέλλαν ὁ Αντώνιος, νέον τε καὶ φιλότιμον εἰδὼς, ἔπεισεν αἰτεῖν Συρίαν, ἀντὶ Κασσίου, καὶ τὸν ἐς Παρθυαίους κατειλεγμένον στρατόν· αἰτεῖν δὲ οὐ παρὰ τῆς βουλῆς, (οὐ γὰρ ἐξῆν·) ἀλλὰ παρὰ τοῦ δήμου, νόμῳ. Καὶ ὁ

*Lin.* 29. δοκεῖεν *Edd. Recte Aug.* *L.* 32. ἀμφὶ Βροῦτον *Ven.* *L.* 34. αὐτῷ περιεβλ. *Edd. invit. MSS.* *L.* 37. ἐπείληφεν *Edd. Recte Aug. Reg. B.* *L.* 40 & 41. καὶ τὸν ἐς Παρθ. κατειλ. στρατὸν ἐπὶ τοὺς Παρθυαίους *Edd. cum MSS. noſtris. Delevi tria poſtrema verba, quæ cum Muſgravio, ex variu lectione temere textui inſerta fuiſſe, puto. Niſi forte, poſt* στρατὸν, *legendum ſit* καὶ τὸν ἐπὶ τοὺς Παρθυαίους πόλεμον.

adveniret tempus abeundi in provincias: quod ideo factum eſt, ne fugiſſe umquam *Brutus Caſſiuſque* viderentur. Tanta habebatur & ſalutis & exiſtimationis eorum ratio; quandoquidem & propter hos potiſſimum ſenatus reliquis etiam ex percuſſoribus favebat.

7. Sic Prætoribus urbem egreſſis, *Antonius* jam ſolus rerum omnium potens, *diſpiciebat ſibi de* aliqua *provincia* cum exercitu. Et Syriæ quidem maxime cupidus erat; ſed non ignorabat, & ſuſpectum ſe jam eſſe, & magis etiam ſuſpectum fore, ſi eam ſibi dari peteret. Jamque ſubornatus illi a ſenatu erat adverſarius *Dolabella*, collega ipſius, qui ſemper ab Antonio diſſenſerat. Itaque ipſi *Dolabellæ*, ut juveni, quem ambitioſum eſſe noſſet, *perſuaſit Antonius*, ut ille ſibi *loco Caſſii Syriam peteret* provinciam, & exercitum contra Parthos conſcriptum: peteret autem non a ſenatu, nec enim id licebat, ſed rogatione apud populum. Et *Dolabella* lætus,

A. U. 710.

μὲν ἡσθεὶς, αὐτίκα προὐτίθει τὸν νόμον. καὶ τῆς βουλῆς αἰτιωμένης αὐτὸν παραλύειν τὰ δόξαντα τῷ Καίσαρι· Τὸν μὲν ἐπὶ Παρθυαίους πόλεμον οὐδενὶ, ἔφη, ὑπὸ Καίσαρος ἐπιτετράφθαι· Κάσσιον δὲ τὸν Συρίας ἀξιωθέντα, αὐτόν τι τῶν Καίσαρος πρότερον ἀλλάξαι, δόντα πωλεῖν τὰ κληρουχήματα τοῖς λαβοῦσι πρὸ τῶν νενομισμένων εἴκοσιν ἐτῶν· καὶ αὐτὸς δὲ αἰδεῖσθαι, Συρίας οὐκ ἀξιούμενος, Δολοβέλλας ὢν, πρὸ Κασσίου. Οἱ μὲν δὴ τῶν δημάρχων τινὰ Ἀσπρήναν ἔπεισαν, ἐν τῇ χειροτονίᾳ ψεύσασθαι περὶ διοσημείας· ἐλπίσαντές τι καὶ Ἀντώνιον συμπράξειν, ὑπατόν τε ὄντα, καὶ τῶν σημείων ἱερέα, καὶ διάφορον ἔτι νομιζόμενον εἶναι τῷ Δολοβέλλᾳ. ὁ δ᾽ Ἀντώνιος, ἐπεὶ τῆς χειροτονίας οὔσης ὁ Ἀσπρήνας ἔφη, διοσημείαν ἀπαίσιον γεγονέναι, ἔθους ὄντος ἑτέρους ἐπὶ τοῦτο πέμπεσθαι, πάνυ χαλεψάμενος τῷ Ἀσπρήνᾳ τοῦ ψεύσματος, τὰς φυλὰς ἐκέλευε χειροτονεῖν περὶ τοῦ Δολοβέλλα.

*Lin.* 49. *δὲ ἰδεῖσθαι Aug. mend. δὲ ἀδικεῖσθαι maluerat Muſgrav.* *L.* 50. *ὢν caret Reg. A.* *L.* 58. *τὰς κεφαλὰς ἐκέλευε Edd. φυλακὰς Aug. Reg. B.* tribus *recte Cand. Abſurdam mendam ſuſtuli.*

nulla interpoſita mora, rogationem ad populum tulit. Senatu vero cauſante, eum diſcedere a decretis Cæſaris; reſpondit „Parthicum bellum nemini deſtinatum a Cæſare: ceterum Caſſium, qui accepiſſet Syriam, ipſum prius mutaſſe illius decreta, dum contra legem permiſiſſet colonis ante vigeſimum annum portiones ſuas vendere: denique ad ſuam pertinere contumeliam, ſi *Dolabellæ* præferatur *Caſſius*." Tum ſenatus *Aſprenatem* tribunum plebis ſubornavit, ut in comitiis obnunciaret malum augurium; ſperabantque, adjutum ſe etiam iri ab Antonio, qui & conſul & augur eſſet, & inimicus adhuc putabatur eſſe Dolabellæ. Inſtitutis itaque comitiis quum infauſtum de cœlo ſignum obnunciaſſet *Aſprenas*, qui pro ſuo magiſtratu ne jus quidem habebat de cœlo obſervandi; *Antonius*, vehementer iratus hominis mendacio, nihilo minus juſſit tribus ferre de Dolabella ſuffragia.

Digitized by Google

VIII. Καὶ γίγνεται μὲν οὕτω Συρίας ἡγεμὼν Δολοβέλλας, καὶ στρατηγὸς τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Παρθυαίους, καὶ στρατιᾶς τῆς ἐς αὐτὸν ὑπὸ Καίσαρος κατειλεγμένης, ὅση τε περὶ Μακεδονίαν προεληλύθει. καὶ ὁ Ἀντώνιος τότε πρῶτον ἔγνωστο συμπράσσων τῷ Δολοβέλλᾳ. Γεγενημένων δὲ τῶνδε ἐν τῷ δήμῳ, τὴν βουλὴν ὁ Ἀντώνιος ᾔτει Μακεδονίαν· εὖ εἰδὼς, ὅτι αἰδέσονται, μετὰ Συρίαν δοθεῖσαν Δολοβέλλᾳ, ἀντειπεῖν περὶ Μακεδονίας Ἀντωνίῳ, καὶ ταῦτα γυμνῆς στρατοῦ γενομένης. καὶ ἔδοσαν μὲν ἄκοντες, καὶ ἐν θαύματι ἔχοντες, ὅπως τὸν ἐν αὐτῇ στρατὸν προμεθῆκεν ὁ Ἀντώνιος τῷ Δολοβέλλᾳ· ἠγάπων δὲ ὅμως, Δολοβέλλαν ἔχειν τὸν στρατὸν, Ἀντωνίου μᾶλλον. Ἐν καιρῷ δὲ αὐτοὶ τὸν Ἀντώνιον τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἀντῄτουν ἕτερα ἔθνη. καὶ ἐδόθη Κυρήνη τε, καὶ Κρήτη· ὡς δ᾽ ἑτέροις δοκεῖ, τάδε μὲν ἀμφότερα Κασσίῳ, Βιθυνία δὲ Βρούτῳ. Τὰ μὲν δὴ γιγνόμενα ἐν Ῥώμῃ τοιάδε ἦν. A. U. 710.

IX. Ὀκταούιος δὲ ὁ τῆς ἀδελφῆς τοῦ Καίσαρος θυ-

*Lin. 68.* γυμνῆς στρατηγοῦ *Edd. MSS. & Cand. Non ferendum mendam duxi; quum & perſpecte Gelenius in verſ. latin. correxerat. L. 76. Artic.* ὁ *adjeci ex Aug. & Ven.*

8. Sic *Syria obvenit Dolabellæ provincia*, ſimulque bellum Parthicum, & legiones ibi ad id collectæ a Cæſare, una cum his quæ in Macedoniam præceſſerant. Ac tum demum adparuit, favere Dolabellæ Antonium. His a populo impetratis, *Antonius* a ſenatu *popoſcit Macedoniam*; bene gnarus, fore ut poſt conceſſam Dolabellæ Syriam pudeat eos pernegare ſibi de Macedonia, denudata præſertim exercitu. Et *obtinuit* eam provinciam, ab invitis quidem, mirantibuſque quod prius legiones, quæ ibi eſſent, conceſſiſſet Dolabellæ; penes quem tamen malebat ſenatus illum eſſe exercitum, quam penes Antonium. Per eam igitur occaſionem ab Antonio ſenatus alias viciſſim *Caſſio et Bruto* provincias petebat: eſtque impetrata *Cyrenaica* atque *Creta*; vel, ut alii produnt, hæ ambæ Caſſio, Bruto vero *Bithynia*. Atque hic tum erat rerum urbanarum ſtatus.

9. Ceterum OCTAVIUS, Cæſaris ex ſorore pronepos, *ma-*



Digitized by Google

A. U. 710. γατριδοῦς, ἵππαρχος μὲν αὐτοῦ Καίσαρος γεγένητο πρὸς ἓν ἔτος, ἐξ οὗ τήνδε τὴν τιμὴν ὁ Καῖσαρ ἐς τοὺς φίλους περιφέρων, ἐτήσιον ἔσθ' ὅτε ἐποιεῖτο εἶναι. Μειράκιον δὲ ἔτι ὢν, ἐς Ἀπολλωνίαν τὴν ἐπὶ τοῦ Ἰονίου, παιδεύεσθαί τε καὶ ἀσκεῖσθαι τὰ πολέμια, ἐπέμπετο ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ὡς ἐς τοὺς πολεμίους εἰψόμενος αὐτῷ. καὶ αὐτὸν ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ ἱππέων ἶλαι, παραλλὰξ ἐκ Μακεδονίας ἐπιοῦσαι, συνεγύμναζον· καὶ τῶν ἡγεμόνων τοῦ στρατοῦ τινες, ὡς συγγενεῖ Καίσαρος, θαμινὰ ἐπεφοίτων. γνῶσίς τε ἐκ τούτων αὐτῷ καὶ εὔνοια παρὰ τοῦ στρατοῦ τις ἐγίγνετο, σὺν χάριτι δεξιουμένῳ πάντας. Ἕκτον δ' ἔχοντι μῆνα ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ, ἀγγέλλεται περὶ ἑσπέραν ὁ Καῖσαρ ἀνῃρημένος ἐν τῷ βουλευτηρίῳ πρὸς τῶν φιλτάτων, καὶ παρ' αὐτῷ δυνατωτάτων τότε μάλιστα. τῶν δὲ λοιπῶν οὐδενὸς ἀπαγγελθέντος πω, δέος αὐτὸν ἐπεῖχε, καὶ ἄγνοια, εἴτε κοινὸν εἴη τῆς βουλῆς τὸ ἔργον, εἴτε καὶ τῶν ἐργασαμένων ἴδιον, καὶ εἰ δίκην ἤδη τοῖς

*Lin.* 87. ἐνεγίγνετο *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 90. παρ' αὐτῶν *edit.* 1.

*giſter equitum* proavunculi in unum annum fuerat, poſteaquam Cæſar eum magiſtratum, quo per plures amicos circumferretur, annuum interdum fecerat. Sed quod adoleſcentulus adhuc eſſet, *Apolloniam*, quæ Jonio mari imminet, *miſſus* eſt, *ut literas ſimul et rem militarem diſceret*, expeditionum Cæſari comes futurus. Ad eumque alæ equitum ex Macedonia per vices commeabant, cum quibus exerceretur: & tribuni nonnulli præfectique ſæpe eum conveniebant, ut cognatum Cæſaris: qui quum comiter omnes exciperet, non ſolum notus inde exercitui factus eſt, ſed & benevolentiam ejuſdem ſibi conciliavit. Sexto autem menſe poſtquam eo venerat, annunciatur ei circa veſperam, Cæſarem occiſum eſſe in ſenatu ab amiciſſimis, & qui tum plurimum apud ipſum valuiſſent. Itaque quum de reliquis rebus nihil ſimul nunciaretur; expavit juvenis, quod neſciret, utrum de communi ſenatus voluntate, an paucorum audacia, id eſſet factum? & utrum pœnas jam

Digitized by Google

πλείοσι δεδώκοιεν, ἢ καὶ τοῦδε εἶεν, ἢ καὶ τὰ πλῆθος αὐτοῖς συνήδοιτο; A. U. 710.

X. Ἐφ᾽ οἷς οἱ φίλοι ἐκ Ῥώμης ὑπετίθεντο ταῦτα, ὥστε εἰ μὲν ἐς φυλακὴν τοῦ σώματος αὐτὸν ἠξίουν ἐπὶ τὸν ἐν Μακεδονίᾳ στρατὸν καταφυγεῖν, καὶ ὅτε μάθοι μὴ κοινὸν εἶναι τὸ ἔργον, ἐπιθαῤῥήσαντα τοῖς ἐχθροῖς ἀμύνειν τῷ Καίσαρι· καὶ ἦσαν οἳ καὶ τῶν ἡγεμόνων αὐτὸν ἐλθόντα φυλάξειν ὑπεδέχοντο. Ἡ δὲ μήτηρ καὶ Φίλιππος, ὃς εἶχεν αὐτὴν, ἀπὸ Ῥώμης ἔγραφον, μήτε ἐπαίρεσθαι, μήτε θαῤῥεῖν πω, μεμνημένον, οἷα Καῖσαρ ὁ παντὸς ἐχθροῦ κρατήσας ὑπὸ τῶν φιλτάτων μάλιστα πάθοι· τὰ δὲ ἰδιωτικώτερα, ὡς ἐν τοῖς παροῦσιν ἀκινδυνότερα, αἱρεῖσθαι μᾶλλον, καὶ πρὸς σφᾶς εἰς Ῥώμην ἐπείγεσθαι φυλασσόμενον. Οἷς Ὀκταούϊος ἐνδοὺς διὰ τὴν ἔτι ἄγνοιαν τῶν ἐπὶ τῷ θανάτῳ γενομένων, τοὺς ἡγεμόνας τοῦ στρατοῦ

*Lin. 94. Quin corrupta ſint verba* ἢ καὶ τοῦδε εἶεν, *vix dubitari poteſt.* vel cujus id eſſet *Cand.* an ſuperſtites eſſent *Gelen.* ἢ ἐπὶ τοῦδε εἶεν *propoſuit Muſgr. An* ἢ καὶ που γε εἶεν? *An (quod in verſ. lat. exprimere viſum eſt)* ἢ καὶ τοῦδε ἐν δέει εἶεν? *L.* 96. οἱ φίλοι οἱ ἐκ Ῥωμ. *maluit Muſgr. Mihi aliud quid in hac regione turbatum videtur. L.* 7. καὶ προσφορᾶς εἰς Ῥωμ. *Aug. Ven. mend. Ibid.* ſq. φυλαττόμενον *Edd. Prætuli Aug. Reg. B.*

populo dediſſent interfectores, aut ſaltem eas timerent? an grati etiam eſſent multitudini?

10. Sic hæſitanti amici Romani ſuadebant, ut ad legiones in Macedoniam ſecuritatis cauſa confugeret, &, ubi certior fieret privatum id eſſe maleficium, reſumto adverſus inimicos animo vindicaret necem Cæſaris. Nec deerant tribuni, qui ad tuendam ejus incolumitatem, ſi venire vellet, ſuam *Octavio* operam pollicerentur. Sed *mater et vitricus Philippus* ex Urbe illi ſcripſerunt, ne nimis extolleretur hujuſmodi pollicitis, neve quidquam tentaret audacius; memor, quo modo Cæſar, ſuperatis omnibus inimicis, per familiariſſimos maxime eſſet oppreſſus: tutius fore, ſi intra privatam conditionem ad tempus ſe contineat, & ocius ad urbem, non ſine ſumma adhibita cautione, ſe conferat. His ille permotus, quod nondum cognoviſſet, quid cædem ſecutum ſit, valere comiter juſſis præfectis exercitus, A-



Digitized by Google

A. U. 710.

δεξιωσάμενος, διέπλει τὸν Ἰόνιον, οὐκ ἐς τὸ Βρεντέσιον· 1
(οὔπω γάρ τινα τοῦ ᾽κεῖθι στρατοῦ πεῖραν εἰληφὼς, πάντα ἐφυλάσσετο·) ἀλλ᾽ ἐς ἑτέραν οὐ μακρὰν ἀπὸ τοῦ Βρεντεσίου πόλιν, ἐκτὸς οὖσαν ὁδοῦ, ᾗ ὄνομα Λουπίαι. ἐνταῦθα οὖν ἐνηυλίσατο διατρίβων.

XI. Ὡς δέ οἱ τά τε ἀκριβέστερα περὶ τοῦ φόνου καὶ 1
τοῦ δημοσίου πάθους, τῶν τε διαθηκῶν καὶ τῶν ἐψηφισμένων ἦλθε τὰ ἀντίγραφα· οἱ μὲν ἔτι μᾶλλον αὐτὸν ἠξίουν, τοὺς ἐχθροὺς Καίσαρος δεδιέναι, υἱόν τε αὐτοῦ καὶ κληρονόμον ὄντα· καὶ παρῄνουν, ἅμα τῷ κλήρῳ τὴν θέσιν
ἀπείπασθαι. Ὁ δὲ καὶ ταῦτά οἱ, καὶ τὸ μὴ τιμωρεῖν 2
αὐτὸν Καίσαρι, αἰσχρὸν ἡγούμενος, ἐς τὸ Βρεντέσιον ᾔει, προπέμψας καὶ διερευνησάμενος, μή τις ἐκ τῶν φονέων ἐγκαθέζοιτο ἐνέδρα. Ὡς δὲ αὐτῷ καὶ ὁ ἐνθάδε στρατὸς, οἷα Καίσαρος υἱὸν δεξιούμενος, ἀπήντα· θαῤῥήσας ἔθυε,
καὶ εὐθὺς ὠνομάζετο Καῖσαρ. ἔθος γάρ τι Ῥωμαίοις, 2
τοὺς θετοὺς τὰ τῶν θεμένων ὀνόματα ἐπιλαμβάνειν. ὁ

*Lin.* 21. αὐτὸ Καίσαρι *Edd. Pratuli Aug.*

driaticum trajecit; neque tamen *Brundiſium* adpulit, (quippe, incertus de militum ejus loci voluntate, cavebat omnia;) ſed ad *Lupias*, aliud oppidum non longe inde remotum, & extra viam ſitum; ibique aliquantiſper diverſatus eſt.

11. Deinde ubi adcuratius & de cæde & dolore ob eum publico certior factus eſt *Octavius*, teſtamentique & ſenatuſconſultorum poſt cædem Cæſaris factorum ad eum miſſa ſunt exemplaria; tum vero neceſſarii ejus magis etiam timendos eidem cenſebant inimicos Cæſaris, quandoquidem & hæres ejus eſſet & filius: hortabanturque, ut cum hæreditate adoptionem recuſaret. At ille, & hoc ipſum, & non ulciſci Cæſarem, turpiſſimum ſibi ratus, *Brunduſium profectus* eſt; præmiſſis qui ſcrutarentur, ne forte inſidiæ quædam a percuſſoribus ibi laterent. Ut vero exercitum, qui ibi erat, ſibi obviam venire vidit, & tamquam Cæſaris filium ſeſe excipere; ad audendum confirmatus, ſacra fecit, & protinus *CÆSAREM ſe nominavit*. Eſt enim mos Romanis, adſumere nomen patris adoptivi; at Octavius non tam

Digitized by Google

δὲ οὐκ ἐπέλαβεν, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτοῦ καὶ τὸ πατρῷον ὅλως ἐνήλλαξεν, ἀντὶ Ὀκταουΐου παιδὸς Ὀκταουΐου, Καῖσαρ εἶναι καὶ Καίσαρος υἱός· καὶ διετέλεσεν οὕτω χρώμενος. Εὐθύς τε ἐς αὐτὸν ἄθρουν καὶ πανταχόθεν, ὡς υἱὸν, πλῆθος ἀνθρώπων συνέθεον· οἱ μὲν ἐκ φιλίας Καίσαρος, οἱ δὲ ἐξελεύθεροι καὶ θεράποντες αὐτοῦ, καὶ ἕτεροι στρατιῶται σὺν αὐτοῖς, οἱ μὲν ἀποσκευὰς ἢ χρήματα φέροντες ἐς τὴν Μακεδονίαν, οἱ δὲ ἕτερα χρήματα καὶ φόρους ἐξ ἐθνῶν ἄλλων ἐς τὸ Βρεντέσιον. A. U. 710.

XII. Ὁ δὲ καὶ τῷ πλήθει τῶν εἰς αὐτὸν ἀφικνουμένων, καὶ τῇ Καίσαρος αὐτοῦ δόξῃ τε καὶ τῇ πάντων ἐς ἐκεῖνον εὐνοίᾳ θαῤῥῶν, ὥδευεν ἐς Ῥώμην, σὺν ἀξιολόγῳ πλήθει, αὐξομένῳ μᾶλλον ἑκάστης ἡμέρας, οἷα χειμάῤῥῳ· φανερᾶς μὲν ἐπιβουλῆς ὢν ἀμείνων διὰ τὸ πλῆθος, ἐνέδρας δὲ δι' αὐτὸ καὶ μάλιστα ὑφορώμενος, ἀρτιγνώ-

*Lin. 27.* ἐπέλαβε μόνον *legendum cenſuit Spanhemius; & ſic ad oram Cod. Reg. B. adſcripſerat Gu. Budæus. Ibid.* ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτοῦ πατρῷον *Aug. & Cand. & non agnoſcunt alterum* καὶ τὸ *poſt* αὐτοῦ. *L. 32 ſq. Mallem* καὶ ἕτεροι, καὶ στρατιῶται. *L. 41 ſq.* ἄρτι γνωσιῶν *Edd. Rectius Aug. una voce.*

nomen Cæſaris *adſumſit*; quam ſuum patriſque nomen plane mutavit, ut *pro Octavio, Octavii filio*, nunc *Cæſar, Cæſaris filius*, nuncupari voluerit; & hoc nomine conſtanter ab illo tempore uſus ſit. Moxque ad eum, non ſecus quam ad Cæſaris filium, undique *maximus concurſus* fuit, partim *amicorum Cæſaris*, partim libertorum atque mancipiorum, cum eiſque militum etiam, vel qui adparatum & pecunias ferebant in Macedoniam, vel qui vectigalia pecuniamque aliam ex aliis provinciis exactam portabant Brunduſium.

12. Sic *Octavius*, cum multitudine hominum ad ſe confluentium, tum ipſius Cæſaris exiſtimatione & gratia, qua illum apud omnes valere videbat, factus confidentior, *ad Urbem iter fecit*, cum haudquaquam contemnendo comitatu, in dies torrentis modo creſcente: a vi quidem aperta jam tutus, propter eam quam circa ſe habebat frequentiam; ſed ob hoc ipſum magis ſuſpicioſus de clandeſtinis inſidiis, ut in recenti fa-



Digitized by Google

A. U. 710. στῶν οἱ τῶν συνόντων σχεδὸν ὄντων ἁπάντων. Τὰ δὲ τῶν πόλεων, τῶν μὲν ἄλλων, οὐ πάντῃ πρὸς αὐτὸν ἦν ὁμαλά· οἱ δὲ τῷ Καίσαρι στρατευσάμενοί τε καὶ ἐς κληρουχίας διῃρημένοι, συνέτρεχον ἐκ τῶν ἀποικιῶν ἐπὶ χάριτι τοῦ μειρακίου, καὶ τὸν Καίσαρα ὠλοφύροντο, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐβλασφήμουν, οὐκ ἐπεξιόντα τηλικούτῳ μύσει· καὶ σφᾶς ἔλεγον, εἴ τις ἡγοῖτο, ἀμυνεῖν. οὓς ὁ Καῖσαρ ἐπαινῶν, καὶ ἀνατιθέμενος ἐν τῷ παρόντι, ἀπέπεμψεν. Ὄντι δ' αὐτῷ περὶ Ταρρακίνας, ἀπὸ τετρακοσίων που Ῥώμης σταδίων, ἀγγέλλεται Κάσσιός τε καὶ Βροῦτος ἀφῃρημένοι πρὸς τῶν ὑπάτων Συρίαν καὶ Μακεδονίαν, καὶ ἐς παρηγορίαν βραχύτερα ἕτερα Κυρήνην καὶ Κρήτην ἀντειληφότες, φυγάδων τέ τινων κάθοδοι, καὶ Πομπηίου μετάκλησις, καὶ ἀπὸ τῶν Καίσαρος ὑπομνημάτων ἔς τε τὴν βουλὴν ἐγγραφαί τινων καὶ ἕτερα πολλὰ γιγνόμενα.

XIII. Ὡς δ' ἐς τὴν πόλιν ἀφίκετο, ἡ μὲν μήτηρ αὖθις καὶ Φίλιππος, ὅσοι τε ἄλλοι κηδεμόνες ἦσαν αὐτοῦ,

miliaritate comitum fere omnium. Civitatum vero aliæ quidem non admodum æquo erga eum erant animo: ſed *veterani Cæſaris*, qui per agros erant diſtributi, confluebant e coloniis in adoleſcentuli gratiam, deplorantes Cæſarem, Antonio contra maledicentes, qui tantum ſcelus inultum reliquiſſet: profitenteſque, *ſe ultores fore, modo daretur cujus auſpiciis id facere poſſent.* Quos *Cæſar* laudatos, & rem tantiſper differre juſſos, dimiſit. Jamque prope *Terracinam* venerat, ad quinquageſimum ab Urbe lapidem, quum nunciaretur ei, conſules ademiſſe Caſſio Brutoque Syriam & Macedoniam, pro quibus conceſſas eis in ſolamen alias minores provincias, Cyrenaicam & Cretam inſulam; revocatoſque in Urbem eſſe exules quoſdam, & accitum Pompejum; tum ex commentariis Cæſaris adlectos nonnullos in ſenatum, multaque alia interim geſta.

13. Poſtquam autem *in Urbem pervenit*, rurſus matrem ejus & Philippum ceteroſque tutores ſollicitos habuit alie-

ἐδεδοίκεσαν τήν τε τῆς βουλῆς ἐς τὸν Καίσαρα ἀλλοτρίωσιν, καὶ τὸ δόγμα, Μὴ εἶναι δίκας ἐπὶ Καίσαρι φόνου, καὶ τὴν Ἀντωνίου τότε δυναστεύοντος ἐς αὐτὸν ὑπεροψίαν, οὔτε ἀφικομένου πρὸς τὸν Καίσαρος υἱὸν ἐλθόντα, οὔτε προσπέμψαντος αὐτῷ. Ὁ δὲ καὶ ταῦτ᾽ ἐπράϋνεν· Αὐτὸς ἀπαντήσειν ἐς τὸν Ἀντώνιον, εἰπὼν, οἷα νεώτερος ἐς πρεσβύτερον, καὶ ἰδιώτης ἐς ὕπατον, καὶ τὴν βουλὴν θεραπεύσειν τὰ εἰκότα. καὶ τὸ δόγμα, ἔφη, γενέσθαι μηδενός πω τοὺς ἀνδροφόνους διώκοντος· ἀλλ᾽ ὁπότε θαρρήσας τις διώκοι, καὶ τὸν δῆμον ἐπικουρήσειν καὶ τὴν βουλὴν ὡς ἐννόμῳ, καὶ τοὺς θεοὺς ὡς δικαίῳ, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἴσως. εἰ δὲ καὶ τοῦ κλήρου καὶ τῆς θέσεως ὑπερίδοι, ἔς τε τὸν Καίσαρα ἁμαρτήσεσθαι, καὶ τὸν δῆμον ἀδικήσειν εἰς τὴν διανομήν. Ἀπερρήγνυ τε λήγων τοῦ λόγου, ὅτι μὴ κινδυνεύειν οἱ καλὸν εἴη μόνον, ἀλλὰ καὶ θνήσκειν, εἰ προκριθεὶς ἐκ πάντων εἰς τοσαῦτα ὑπὸ τοῦ

A. U. 710.

*Lin. 71. εἰ δὲ τοῦ κλήρου Reg. B. a pr. manu, & caret priori καὶ.*

natio ſenatus a Cæſare, & Senatusconſultum per quod percuſſores ejus non amplius erant obnoxii judicio, & Antonii tum præpotentis ſuperbia, qui nec ipſe filium Cæſaris ſalutatum veniſſet, nec ſuorum quemquam ad eum miſiſſet. Ipſe vero *Octavius* hanc illorum indignationem ſedabat: *Iturum ſe*, dicens, *ad Antonium, quemadmodum deceret juniorem ire ad ſeniorem, et privatum hominem ad Conſulem: et ſenatui quoque ſe exhibiturum debita obſequia.*" His adjiciebat: „Senatusconſultum illud conditum eſſe, quum nemo adhuc exſtitiſſet accuſator homicidii; quod ſi quis accuſationem ſuſceperit, ei nec populum nec ſenatum defore, quippe legibus agenti; nec Deos, quippe juſtiſſimam habenti cauſam; ac fortaſſe nec ipſum Antonium. Se vero, ſi & hæreditatem Cæſaris & adoptionem velit contemnere, illud cum injuria tam Cæſaris facturum quam Romani populi, cui ex legato viritim debeatur pecunia." Priusquam dicendi finem fecit, concitatiori vocis impetu, *Non ſolum conveniens eſſe ſibi*, dictitabat, *adire periculum; ſed ſatius emori etiam, quam, poſtquam in tantum a Cæſare prælatus ſit omnibus*, *indignum*

A. U. 710. Καίσαρος, ἀνάξιος αὐτοῦ φαίνοιτο φιλοκινδυνοτάτου γεγονότος. τά τε τοῦ Ἀχιλλέως, ὑπόγυα οἱ τότε ὄντα μάλιστα, ἐς τὴν μητέρα, ὥσπερ ἐς τὴν Θέτιν, ἐπιστρεφόμενος, ἔλεγεν·

*Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ*
*κτεινομένῳ ἐπαμύνειν.*

Καὶ τόδε εἰπὼν, Ἀχιλλεῖ μὲν, ἔφη, κόσμον ἀθάνατον ἐκ πάντων εἶναι τοῦτο τὸ ἔπος, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ μάλιστα. Αὐτὸς δ' ἀνεκάλει τὸν Καίσαρα οὐχ ἑταῖρον, ἀλλὰ πατέρα, οὐδὲ συστρατιώτην, ἀλλ' αὐτοκράτορα, οὐδὲ πολέμου νόμῳ πεσόντα, ἀλλ' ἀθεμίστως ἐν βουλευτηρίῳ κατακοπέντα.

XIV. Ἐφ' οἷς αὐτὸν ἡ μήτηρ, ἐς ἡδονὴν ἐκ τοῦ δέους ὑπαχθεῖσα, ἠσπάζετο ὡς μόνον ἄξιον Καίσαρος· καὶ λέγειν ἔτι ἐπισχοῦσα, ἐπέστερχεν ἐς τὰ ἐγνωσμένα σὺν τῇ τύχῃ. παρῄνει γε μὴν, ἔτι τέχνῃ καὶ ἀνεξικακίᾳ μᾶλλον, ἢ φανερᾷ θρασύτητί πω χρῆσθαι. Καὶ ὁ Καίσαρ ἐπαινέσας, καὶ πράξειν ὑποσχόμενος οὕτως, αὐτίκα

*Lin. 76. Neſcio, an pro ἀνάξιος ſit ἄρα ἄξιος reponendum. L. 77. ὑπόγυια Edd. invit. MSS. L. 81. ἐπαμῦναι eſt apud Homerum; & ſic ibi metrum poſtulat.*

*videri judicio ejus, qui nullo unquam territus fuerit periculo.* Et, ad matrem converſus, Achillis illa ad Thetidem verba, quæ tum ex recenti lectione ci ſuccurrebant, pronunciavit:

*Diſperéam, cæſi ni jam fuero ultor amici!*

Et „Hoc *Achillis dictum*, ait, factumque maxime, quo verbis effectum dedit, immortalem præ ceteris omnibus rebus gloriam Achilli conciliavit. Mihi vero *Cæſar* non amicus, ſed *pater* fuit; non commilito, ſed imperator; neque vero belli jure interemtus eſt, ſed in ſenatu oppreſſus conſpiratione nefaria!"

14. Tum vero *mater Octavii*, metu in gaudium verſo, complexa juvenem eſt, ut ſolum dignum Cæſare: & non ultra efferri ſermone paſſa, *hortari cæpit*, ut *exſequeretur decreta* diis juvantibus. Monuit tamen, ut adhuc arte potius tolerantiaque uteretur, quam aperta audacia. Laudavit *Cæſar* conſilium, & facturum ſe ita pollicitus eſt: protinuſ-

Digitized by Google

τῆς ἑσπέρας ἐς τοὺς φίλους περιέπεμπεν, ἐς ἕω συγκαλῶν ἕκαστον ἐς τὴν ἀγορὰν μετὰ πλήθους. ἔνθα Γάϊον Ἀντώνιον, τὸν ἀδελφὸν Ἀντωνίου, στρατηγοῦντα τῆς πόλεως, ὑπαντιάσας, ἔφη· δέχεσθαι τὴν θέσιν τοῦ Καίσαρος. ἔθος γάρ τι Ῥωμαίοις, τοὺς θετοὺς ἐπὶ μάρτυσι γίγνεσθαι τοῖς στρατηγοῖς. Ἀπογραψαμένων δὲ τῶν δημοσίων τὸ ῥῆμα, εὐθὺς ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἐς τὸν Ἀντώνιον ἐχώρει. Ὁ δὲ ἦν ἐν κήποις, οὓς ὁ Καῖσαρ αὐτῷ δεδώρητο, Πομπηΐου γενομένους. διατριβῆς δὲ ἀμφὶ τὰς θύρας πλείονος γενομένης, ὁ μὲν Καῖσαρ καὶ τάδε ἐς ὑποψίαν Ἀντωνίου τῆς ἀλλοτριώσεως ἐτίθετο. Εἰσκληθέντος δέ ποτε, ἦσαν προαγορεύσεις τε, καὶ περὶ ἀλλήλων πύσματα εἰκότα. ὡς δὲ ἤδη λέγειν ἔδει περὶ ὧν ἦσαν ἐν χρείᾳ, ὁ Καῖσαρ εἶπεν·

A. U. 710.

XV. Ἐγὼ δέ, πάτερ Ἀντώνιε, (πατέρα γάρ εἶναί σε μοι δικαιοῦσιν αἵ τε Καίσαρος ἐς σὲ εὐεργεσίαι, καὶ ἡ σὴ πρὸς ἐκεῖνον χάρις) τῶν σοὶ πεπραγμένων ἐπ᾽ ἐκείνῳ τὰ

*Lin.* 97 *ſq.* adoptivos teſtimonium exhibere prætoribus *Cand.* *Cogitaveram* ἐπιμαρτύρεσθαι τοὺς στρατηγούς. *Sed nil mutare auſim.* *L.* 2. γεγμένου *mend. edit.* 1. *cum Regiis.* *L.* 9. διαικοῦσιν *mend. Aug. Ven.*

que eadem veſpera circummiſit ad amicos, juſſitque univerſos mane ſibi præſto eſſe in foro cum comitatu idoneo. Ibi *Cajum Antonium*, Marci fratrem, prætorem urbanum, accedens, ait, *ſe adoptionem accipere.* Qui *mos Romanus* eſt, *adoptioni auctoritatem Prætoris interponere.* Illo verbo per ſcribas in publica acta relato; ſtatim e foro *Antonium juvenis Cæſar* adiit. Erat is in hortis Pompejanis, quos a C. Cæſare dono acceperat. Ibi remoratus tunc paulo diutius Cæſar in veſtibulo, hoc quoque ut ſignum alienati Antonii animi interpretatus eſt: Tandem admiſſus, poſt mutuas ſalutationes percontationeſque in hujuſmodi congreſſu conſentaneas de rebus utrinque, quum jam dicendum eſſet de his quæ præſens uſus poſtulabat, CÆSAR *ſic locutus* eſt;

15. „Ego, *PATER ANTONI*, (ſic enim te adpellare fas eſt, cum ob Cæſaris erga te merita, tum ob tuam adverſus illum mutuam gratiam,) quæ poſt illius obitum egiſti, ea partim laudo, habiturus ſem-

Digitized by Google

A. U. 710. μὲν ἐπαινῶ, καὶ χάριν αὐτῶν ὀφλήσω· τὰ δ' ἐπιμέμφομαι. καὶ λελέξεται μετὰ παῤῥησίας, ἐς ἣν ἡ λύπη με προάγει. Κτεινομένῳ μὲν οὐ παρῆς, τῶν φονέων σε περισπασάντων περὶ θύρας, ἐπεὶ περιέσωζες ἂν αὐτὸν, ἢ συνεκινδύνευες ὅμοια παθεῖν· ὧν εἰ θάτερον ἔμελλεν ἔσεσθαι, καλῶς, ὅτι μὴ παρῆς. Ψηφιζομένων δέ τινων αὐτοῖς ὡς ἐπὶ τυράννῳ γέρας, ἀντεῖπας ἐγκρατῶς. καὶ τοῦδέ σοι χάριν οἶδα λαμπράν· εἰ καὶ τοὺς ἄνδρας ἔγνως συνανελεῖν σε βεβουλευμένους, οὐχ, ὡς ἡμεῖς ἡγούμεθα, τιμωρὸν ἐσόμενον Καίσαρι, ἀλλ', ὡς αὐτοὶ λέγουσι, τῆς τυραννίδος διάδοχον. ἅμα δ' οὐκ ἦσαν ἐκεῖνοι τυραννοκτόνοι, εἰ μὴ καὶ φονεῖς ἦσαν· διὸ καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον συνέφυγον, ὡς ἐς ἱερὸν ἁμαρτόντες ἱκέται, ἢ ὡς ἐς ἀκρόπολιν ἐχθροί. Πόθεν οὖν αὐτοῖς ἀμνηστία καὶ τὸ ἀνεύθυνον τοῦ φόνου, ἢ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου εἴ τινες ἐφθάρατο ὑπ' ἐκείνων; Καὶ σὲ τὰ τῶν πλεόνων ὁρᾶν ἐχρῆν, ὕπατον ὄντα· ἀλλὰ καὶ θάτερα βουλομένῳ σοι

*Lin.* 17. *Malim* γέρα. honores *Cand.* *L.* 23. ὡς ἱερὸν, *&* *caret* κ. *edit.* 1. *Ibid.* ἁμαρτάνοντες *Reg. B.*

„per tibi gratiam; partim incuſo: ac de his quoque libera voce, quam mihi exprimit dolor meus, dicam. Dum interficeretur, non aderas, ab homicidis circa fores detentus: alioquin aut ſervaſſes eum, aut in idem incidiſſes periculum: quarum rerum ſi altera erat ſecutura, bene factum, quod non aderas. Deinde quum quidam conarentur ſicariis præmia, tamquam tyrannicidis, decernere; contradixiſti conſtanter. Et hoc nomine gratias tibi habeo maximas; quamquam tu quidem noveras, illos decreviſſe te „ſimul tollere! non quidem ut ultorem Cæſaris, quod nos opinamur, ſed, ut ipſi dicunt, ne ſupereſſet ſucceſſor tyrannidis. Simul tamen & ipſi teſtatum fecerunt, *ſicarios* ſe, non *tyrannicidas*, eſſe; dum in Capitolium refugerunt, ſive ut ſupplices, religione loci crimen protecturi ſuum; ſive tamquam hoſtes, arcem occupaturi. Quonam igitur pacto oblivionem ejus ſceleris impetrarunt, & ſecuritatem a judiciis, niſi largitionibus corrupta ſenatus aliqua parte atque populi? Atqui tu, conſul quum eſſes, debueras vi-

Digitized by Google

ἡ ἀρχὴ συνελάμβανε, τιμωρουμένῳ τηλικοῦτον ἄγος, καὶ τοὺς πλανωμένους μεταδιδάσκοντι. σὺ δὲ καὶ ὅμηρα τῆς ἀδείας, οἰκεῖα αὐτοῦ σοῦ, τοῖς ἀνδροφόνοις ἔπεμψας ἐς τὸ Καπιτώλιον. Ἀλλ' ἔστων καὶ ταῦτα οἱ διεφθαρμένοι σε βιάσασθαι. ὅτε μέντοι τῶν διαθηκῶν ἀναγνωσθεισῶν, καὶ αὐτοῦ σοῦ δίκαιον ἐπιτάφιον εἰπόντος, ὁ δῆμος ἐν ἀκριβεῖ Καίσαρος μνήμῃ γενόμενοι, πῦρ ἐπ' αὐτοὺς ἔφερον, καὶ φεισάμενοι χάριν τῶν γειτόνων, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἥξειν ἐπὶ ὅπλα συνέθεντο· πῶς οὐχὶ τῷ δήμῳ συνέπραξας, καὶ ἐστρατήγησας τοῦ πυρὸς, ἢ τῶν ὅπλων; ἢ δίκην γε τοῖς ἀνδροφόνοις ἐπέγραψας, (εἰ δίκης ἔδει κατὰ αὐτοφώρων,) καὶ φίλος ὢν Καίσαρι, καὶ ὕπατος καὶ Ἀντώνιος;

A. U. 710.

*Lin. 31. Poſt* διεφθαρμένοι, *inſertum verbum* δυνάμενοι *voluit Muſgr. Ibid. ſq.* ἔστω καὶ ταῦτα τοὺς διεφθαρμένους σὲ βιάσασθαι, *aut* ἔστω κ. τ. οἱ διεφθαρμ. σε ἐβιάσαντο, *legendum cenſuit H. Stephanus. Cujuſmodi emendatione ſi opus eſſet, mallem equidem* βιάσαιντο. *L. 33.* ut æquum fuit *Cand. Et* ὡς δίκαιον, *vel* ὅς γε δίκαιον, *maluit H. Steph. L. 36. Pro verbo* ἥξειν, *quod ded. Aug. & Ven. dant* δὶς *corrupte Edd. cum Regiis. L. 37.* ἐστρατηγήσας *Edd. male, ex Reg. A. L. 39.* αὐτοφόρων *Edd.* αὐτοφώρων *Aug. Correxi mendam, monente H. Stephano. Ibid.* καὶ, *ante* φίλος, *inſerui ex Aug. Ven. Ibid.* Καίσαρα *Aug. quod ex* Καίσαρος *potius, quam ex* Καίσαρι, *deflexum videri poteſt.*

„dere quid placeret pluribus: atque etiam, ſi contra plures fuerat tibi enitendum, in ipſa poteſtate conſulari momentum erat maximum, ad ſcelus tam nefarium vindicandum, & ad deceptos in meliorem viam reducendos. *Tu vero impunitatis obſides etiam*, & ex tuis quidem domeſticis, *miſiſti homicidis in Capitolium.* Eſto, vel ad hoc quoque vi adegerint te mercenarii! At poſtquam, recitato teſtamento, & oratione funebri a te pro merito dicta, po„pulus recenti etiam tum memoria Cæſaris percitus, cum facibus ad ædes eorum adcurrit, &, viciniæ tum quidem parcens, redire eodem in poſterum diem cum armis conſtituerat; cur tunc non adjuviſti populum? cur non faces aut arma in ſicarios inferentibus ducem te præbuiſti? Aut cur non ex lege (ſiquidem judicio opus erat adverſus convictos & in ipſo crimine deprehenſos) homicidii reos feciſti? quum & amicus Cæſaris, & conſul eſſes, & Antonius?

Digitized by Google

A. U. 710. XVI. Ἀλλὰ Μάριος μὲν ἐξ ἐπιτάγματος ἀνῃρέθη κατὰ τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος. Ἀνδροφόνους δὲ ἐκφυγεῖν ὑπερεῖδες, καὶ ἐς ἡγεμονίας ἐνίους διαδραμεῖν, ἃς ἀθεμίστως ἔχουσι τὸν δόντα ἀνελόντες. Συρίαν μὲν δὴ καὶ Μακεδονίαν, εὖ ποιοῦντες οἱ ὕπατοι, σύ καὶ Δολοβέλλας, καθισταμένων ἄρτι τῶν πραγμάτων, περιεσπάσατε ἐς ἑαυτούς. καὶ τοῦδέ σοι χάριν ᾔδειν ἄν, εἰ μὴ αὐτίκα Κυρήνην καὶ Κρήτην αὐτοῖς ἐψηφίσασθε, καὶ φυγάδας ἠξιώσατε ἡγεμονίαις αἰεὶ κατ' ἐμοῦ δορυφορεῖσθαι, Δέκμον τε τὴν ἐγγὺς Κελτικὴν ὑπερεωρᾶτε ἔχοντα, καὶ τόνδε τοῖς ἄλλοις ὁμοίως αὐθέντην τοὐμοῦ πατρὸς γενόμενον. Ἀλλὰ καὶ τάδε τὴν βουλὴν ἐρεῖ τις ἐγνωκέναι. Σὺ δ' ἐπεψήφιζες, καὶ προὐκάθησο τῆς βουλῆς, ᾧ μάλιστα πάντων ἥρμοζε διὰ ἑαυτὸν ἀντειπεῖν. τὸ γὰρ ἀμνηστίαν δοῦναι, τὴν σωτηρίαν ἦν ἐκείνοις χαριζομένων μόνον· τὸ δὲ ἡγεμονίας αὐτοῖς ψηφίζεσθαι καὶ γέρα, ὑβριζόντων Καίσαρα, καὶ τὴν σὴν γνώμην ἀκυρούντων. Ἐπὶ τάδε μὲ δὴ τὸ πάθος ἐξήνεγκε,

*Lin. 41. pro* Μάριος *dedit* Amatius *Cand. L. 46.* ἐς *caret edit. 1. Recte adjecit H. Steph. cum quo facit Aug. L. 51.* τοῦ μοῦ *Edd. invit. MSS. L. 57.* τάδε μοι δὴ *Edd. ex Reg. A.*

16. „Jam Marium quidem pro poteſtate juſſiſti necari: ſicarios autem diſſimulanter paſſus es evadere; nonnullos etiam fugere in provincias, quas nunc contra jus faſque tenent, interfectores ejus a quo illas acceperant. Nam quod Syriam & Macedoniam Conſules, tu & Dolabella, rebus his jam ita ordinatis, illis rurſus eripuiſtis; bene quidem factum eſt: haberemque gratiam, niſi mox Cyrenen & Cretam eiſdem decreviſſetis, & præfecturis provinciarum dignati eſſetis exules, quo munitiores poſthac contra me fie„rent, Decimumque obtinere citeriorem Galliam ſiviſſetis, qui & ipſe ex eorum numero eſt, qui patrem meum obtruncarunt. Dicat aliquis, id quoque ex Senatuſconſulto eſſe factum. At te adprobante factum eſt, te ſenatus præſide: qui unus omnium maxime, vel tui cauſa, reclamare debueras. Nam impunitatem illis dare, erat ſalutem ex gratia concedentium: ſed provincias eiſdem & præmia decernere, hominum erat cum injuria Cæſaris tuam quoque ſententiam irritam facientium. Hæc ut præter decorum fortaſ-

Digitized by Google

A. U. 710.

παρὰ τὸ ἁρμόζον ἴσως ἐμοὶ τῆς τε ἡλικίας καὶ τῆς πρός σε αἰδοῦς. εἴρηται δ' ὅμως ἐς ἀκριβέστερον φίλον Καίσαρι, καὶ πλείστης ὑπ' ἐκείνου τιμῆς καὶ δυνάμεως ἠξιωμένον, καὶ τάχα ἂν αὐτῷ καὶ θετὸν γενόμενον, εἰ ᾔδει σε δεξόμενον Αἰνεάδην ἀντὶ Ἡρακλείδου γενέσθαι· τοῦτο γὰρ αὐτὸν ἐνδοιάσαι, πολὺν τῆς διαδοχῆς λόγον ποιούμενον.

XVII. Ἐς δὲ τὸ μέλλον, ὦ Ἀντώνιε, πρὸς θεῶν τε φιλίων καὶ πρὸς αὐτοῦ σοι Καίσαρος, εἰ μέν τι καὶ τῶν γεγονότων μεταθέσθαι θέλεις· δύνασαι γὰρ εἰ θέλεις· εἰ δὲ μὴ, τά γε λοιπὰ τοὺς φονέας ἀμυνομένῳ μοι μετὰ τοῦ δήμου καὶ τῶνδε τῶν ἔτι μοι πατρικῶν φίλων συνίστασθαι καὶ συνεργεῖν· εἰ δέ σε τῶν ἀνδρῶν τις ἢ τῆς βουλῆς αἰδὼς ἔχει, μὴ ἐπιβαρεῖν. Καὶ τάδε μὲν ἀμφὶ

*Lin. 59. Malim cum H. Steph.* ὅμως ὡς ἐς ἀκριβέστατον φίλον. *L. 63. Ad* ἐνδοιάσαι *deeſſe aut ſubaudiri debere verbum* φασὶ, *monuit H. Steph. Forte ante* ἐνδοιάσαι *excidit* εἰδώς. *L. 66. Locum iſtum ſic emendandum ſupplendumque putavit H. Stephanus:* πρὸς αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος δέομαί σου, μάλιστα μὲν τι καὶ τῶν γεγονότων μεταθέσθαι θέλειν. *Mihi quidem omnia ſatis recte habere videntur, niſi quod non ſpernam* αὐτοῦ τοῦ, *pro* αὐτοῦ σοι. *Mall m tamen* πρὸς αὐτοῦ σοῦ φίλου Καίσαρος. *Quod autem* εἰ μέντοι *dederant Edd. & MSS. id ſine mora in* εἰ μέν τι *duxi mutandum. L. 68.* τά γε τὰ λοιπὰ *Edd. & MSS. noſtri. Delevi alterum* τὰ *cum Muſgravio.*

„ſe ætatis, & præter reverentiam eam qua te perſequor, loqueter, dolor me compulit. Neque pœnitet tamen, locutum me apud amiciſſimum Cæſaris, & auctum ab eo honoribus ſummis ſummaque potentia, & fortaſſe jam filium etiam adoptivum futurum, ſi ſciviſſet ille, æquo te animo ex Heraclidarum gente tranſiturum ad Æneadas: id enim ſcio dubitationem ei injeciſſe, multum de te deſignando ſucceſſore cogitanti.

17. „Quod ſupereſt, ANTONI, per deos te, amicitiæ præſides, perque ipſum Cæſarem, obteſtor, ut ex anteactis nonnulla in melius mutare velis! Potes enim, ſi adſit voluntas. Sin minus; ſaltem in poſterum me, patris interfectores perſequentem, favente populo & his quos vides in paterna perſeverantes amicitia, tu quoque adjutes. Denique quod ſi aut ipſos illos percuſſores aut ſenatum vereris; ne mihi ſaltem, id agenti, gravis eſſe velis. Et hæc quidem hactenus. Ceterum

*A. U.* 710. τούτων. Οἶσθα δ᾽ ὅπως ἔχει μοι καὶ τὰ οἴκοι, δαπάνης τε ἐς τὴν διανομὴν ἣν ὁ πατὴρ ἐκέλευσε τῷ δήμῳ δοθῆναι, καὶ ἐπείξεως ἐς αὐτήν, ἵνα μὴ βραδύνων ἀχάριστος εἶναι δοκοίην, μηδ᾽, ὅσοι καταλεχθέντες εἰς τὰς ἀποικίας ἐπιμένουσι τῇ πόλει, δι᾽ ἐμὲ τρίβοιντο. Ὅσα δὴ τῶν Καίσαρος εὐθέως ἐπὶ τῷ φόνῳ πρὸς σὲ μετενήνεκται, ὡς ἐπ᾽ ἀσφαλὲς ἐξ ἐπικινδύνου τότε οἰκίας, τὰ μὲν κειμήλια αὐτῶν καὶ τὸν ἄλλον ἅπαντα κόσμον ἔχειν ἀξιῶ σε, καὶ ὅσα ἂν ἐθέλῃς ἄλλα, παρ᾽ ἡμῶν ἐπιλαβεῖν· ἐς δὲ τὴν διανομὴν ἀποδοῦναί μοι τὸ χρυσίον τὸ ἐπίσημον, ὃ συνήθροικει μὲν ἐς τοὺς πολέμους ἐκεῖνος οὓς ἐπενόει, ἀρκέσει δ᾽ ἐμοὶ νῦν εἰς τριάκοντα μυριάδας ἀνδρῶν μεριζόμενον. Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς δαπάνης, εἰ μὲν θαῤῥήσαιμί σοι, παρὰ σοῦ ἂν ἴσως, ἢ διὰ σοῦ δανεισαίμην ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων, ἂν διδῷς· διαπεπράσεται δὲ αὐτίκα καὶ ἡ οὐσία.

XVIII. Τοιαῦτα

*Lin. 72.* ἔχῃ μοι *edit.* 1. 2. *Recte Aug. & Reg. B. cum quibus, neſcio quo caſu, conſentit edit.* 3. *L.* 75. καταδιχθέντες *Edd. Recte Aug. L.* 86. ἂν δίδως, *quod dant Edd. & MSSti, in* ἂν διδῷς *duxi mutandum.*

„domi quo loco ſint res meæ, non ignoras. Quandoquidem reddenda eſt populo legata pecunia, idque primo quoque tempore; ne, ſi cuncter, ingratus eſſe videar; neve ii, qui in colonias deducendi ſunt, propter me diutius in urbe morentur. Ex rebus igitur Cæſaris, ſtatim poſt ejus cædem in domum tuam ut tutiorem translatis, pretioſiora quæque & ad ornatum pertinentia volo eſſe tua, & ſi quid inſuper a nobis habere „cupis. Ceterum ad perſolvenda populo legata, des mihi velim aurum omne ſignatum, quod ad bella, quæ parabat, ille collegerat: quod ipſum ſufficiet mihi ad diſtribuendum inter trecenta hominum millia. Reliquum ſumtuum faciendorum a te fortaſſe mutuo peterem, ſi auderem; aut te fidejuſſore ſumerem ad uſuram ex ærario, ſi concederes. Bona autem etiam divendam continuo."

18. Quæ

nere cum corona *parabat*, id quod ex ſenatuſconſulto in perpetuum ludis omnibus illi fuerat decretum. Quumque negaret *Critonius*, ſe paſſurum honorari Cæſarem in iis ludis quos ipſe ſuo ſumtu faceret; *Cæſar* illum ad Antonium duxit, ut ad conſulem. Qui poſtquam, ea de re ad ſenatum ſe relaturum, dixit; indignatus Cæſar, *Defer*, inquit: *ego, dum valebit Senatuſconſultum, ſellam proponam*. Id *Antonius* exaſperatus prohibuit: nec hoc contentus, prohibuit idem magis etiam præter rationem *ludis* proxime ſecutis, quos Cæſar ipſe celebravit; *in honorem Veneris genetricis* inſtitutos a patre, quum ædem deæ in foro & ipſum forum ille dedicaret. Quod Antonii factum maxime exceptum eſt publico odio, quaſi non tam ad æmulationem, quæ illi cum juniore intercedebat Cæſare, quam ad ingratitudinem adverſus ſuperiorem Cæſarem, pertinens. Jamque ipſe *Cæſar*, multitudine hominum in ſatellitii modum ſtipatus, diſcurrebat per plebem; beneficiarios præſertim patris & veteranos

Digitized by Google

περιθέων, ἐπιφθόνως ἱκέτευεν, οὐ μὲν αὐτοῦ τοιάδε καὶ τοσάδε πάσχοντος ὑπερορᾶν καὶ ἀμελεῖν ἑκόντες· Καίσαρι δὲ τῷ σφῶν αὐτοκράτορι καὶ εὐεργέτῃ ἀμύνειν ἀτιμουμένῳ πρὸς Ἀντωνίου· ἀμύνειν δὲ καὶ σφίσιν αὐτοῖς, οὐδὲν ἕξουσι βέβαιον ὧν εἰλήφασι παρὰ Καίσαρος, εἰ μηδὲ αὐτῷ Καίσαρι μενεῖ τὰ ἐψηφισμένα βέβαια. Ἀντωνίου τε πανταχοῦ, τῆς πόλεως ἐς τὰ ὑψηλὰ ἀναπηδῶν, κατεβόα· Καίσαρι μὲν δι' ἐμὲ μήτε ὀργίζεσθαι, μήτε ἐνυβρίζειν, εὐεργέτῃ σοῦ μάλιστα, ὦ Ἀντώνιε, ἐς τὰ μάλιστα γεγενημένῳ· ἐμοὶ δὲ τῶν μὲν ὕβρεων, ἐς ὅσον θέλεις, ἐμφορεῖσθαι· τὴν δὲ τῆς οὐσίας ἁρπαγὴν ἐπισχεῖν, μέχρι τοὺς πολίτας κομίσασθαι τὴν διανέμησιν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ἔχειν· ἀρκέσειν γὰρ ἐμοὶ πενομένῳ τήν τε τοῦ πατρὸς δόξαν, ἂν διαμένῃ, καὶ τὴν τοῦ δήμου διανέμησιν, ἐὰν ἐάσῃς δοθῆναι.

*Lin.* 54. *οὐ μὲν οὖν αὐτοῦ ora Cod. Aug.* *L.* 55. *πάσχοντας edit.* 3. *mend.* *Ibid.* *ἑκόντος Edd. & MSS. quod in ἑκόντες utique mutandum duxi. Recte Cand.* ultro deſpicerent. *L.* 58 *ſq.* *εἰ μὴ δὴ αὐτῷ Edd. invit. MSS.*

nos ſupplex prehenſans ad movendam adverſario invidiam, oranſque primum quidem „ *ne ſe* tot ac tantas ſuſtinentem injurias *deſpicerent*, ultroque negligerent; maxime vero, ut C. *Cæſarem*, imperatorem ſuum, optime de ipſis meritum, *vindicarent* a contumelia, qua eum Antonius adficeret; denique ut *conſulerent ipſi ſibi*, propugnarentque accepta a Cæſare beneficia, quæ rata eſſe non poſſent, ſi ne ea quidem decreta, quæ in ipſius Cæſaris honorem eſſent facta, rata manerent." Paſſimque per urbem, ex editioribus locis, publice vociferabatur in Antonium: „ *At Cæſari tandem deſine meai cauſa eſſe iratus! Deſine injurias contumeliaſque congerere in eum, qui te maxime, Antoni, maximis cumulatiſſimiſque beneficiis ornavit. In me contumelias tuas ad ſatietatem*, quouſque libet, *effunde!* Modo a bonorum ejus direptione tempera tantiſper, dum civibus, quæ illis legata ſunt, diſtributa erunt. Reliqua omnia tibi tene! Mihi, quantumvis inopi, ſufficiet patris gloria, ſi modo per te ea manſura eſt; & tantum, quantum erogare in populum debeo; modo tu me hoc ſolvere debitum patiaris!"

A. U. 710



Digitized by Google

*A. U.* 710.

XXIX. ἘΦ' οἷς ἤδη παρὰ πάντων συνεχεῖς ἐγίγνοντο καὶ Φανεραὶ κατὰ τοῦ Αντωνίου βοαί. Απειλησαμένου δὲ αὐτοῦ τῷ Καίσαρι πικρότερον, καὶ τῆς ἀπειλῆς ἐξενεχθείσης ἐς τὸ Φανερὸν, ἔτι μᾶλλον ἅπαντες ὥρμηντο· καὶ οἱ τῆς Φρουρᾶς Αντωνίου ταξίαρχοι, ἐστρατευμένοι τε Καίσαρι τῷ προτέρῳ, καὶ ἐς τὰ μέγιστα ὑπ' Αντωνίου τότε προτιμώμενοι, τὴν ὕβριν αὐτὸν ἐπισχεῖν ἠξίουν καὶ διὰ σφᾶς καὶ δι' ἑαυτὸν, ὑπὸ Καίσαρι στρατευσάμενον, καὶ τῶνδε τῶν οἱ παρόντων ἀγαθῶν παρ' ἐκείνου τυχόντα. Συγγιγνώσκων οὖν ὁ Αντώνιος ἀληθέσιν οὖσι τούτοις, καὶ τοὺς προφέροντας αὐτὰ αἰδούμενος, ἤδη δέ τι καὶ τοῦ Καίσαρος αὐτοῦ διὰ τὸν δῆμον ἐς τὴν ἀλλαγὴν τῆς Κελτικῆς δεόμενος, ὡμολόγει τοῖς λεγομένοις· καὶ ἐπώμνυεν, αὐτὰ καὶ οἱ πάνυ ἀβούλητα εἶναι, τῆς δὲ γνώμης τοῦ νεανίσκου ἕνεκεν μετατίθεσθαι, ἐπηρμένου τε ἐπαχθῶς, ἔτι τηλικοῦδε ὄντος, καὶ οὐδὲν ἔχοντος αἰδέσιμον ἢ τίμιον ἐς πρεσβυτέρους τε καὶ ἐς ἄρχοντας. ἅπερ αὐτοῦ

*Lin.* 71. πικρότερον τῷ Καίσαρι *Edd. Secutus ſum Aug. Reg. B.* *L.* 79. καὶ, *poſt* δέ τι, *carent Edd. invitis MSStis.* *L.* 83. *Malim* μεταθέσθαι.

29. Jamque poſt hæc vulgo *omnium voces* aperte & ſine intermiſſione *contra Antonium* jactabantur. Quumque *acrius* etiam *interminatus* eſſet *Antonius Cæſari*, & eæ minæ vulgatæ eſſent; magis accenſi ſunt omnium animi: & tribuni Antoniani præſidii, qui ſub Cæſaris patre militaſſent, & apud ipſum Conſulem in ſummo erant pretio, hortari eum cœperunt, ut temperaret injuriis, cum ſuamet ipſorum cauſa, tum & ipſius, qui non minus, quam ipſi, ſub Cæſare militaſſet, & qui eidem Cæſari illud fortunæ faſtigium, in quo tunc eſſet conſtitutus, acceptum ferret. Quæ vere dicta intelligens *Antonius*, & pudore erga hos qui eum monebant ductus, ceſſit eo facilius, quod Cæſaris apud plebem gratioſi indigeret opera in permutandis provinciis; adſeverabatque jurejurando „nec ſuum plane id eſſe conſilium: ſed ipſius tantum Cæſaris cauſa videri voluiſſe mutatum ſuum animum; ut adoleſcens ante maturam ætatem feroculus, & grandiorum ac magiſtratuum

μὲν χάριν τοῦ νεανίσκου χρῄζειν ἔτι νουθεσίας· σφῶν δὲ τῶν ταῦτα ἀξιούντων ἕνεκα αὐτὸς καθέξειν τῆς ὀργῆς, καὶ ἐς τὴν προτέραν ἑαυτοῦ φύσιν τε καὶ γνώμην ἐπανήξειν, ἢν κἀκεῖνος ἀπέχηται τῆς ἀμετρίας. *A. U.* 710.

XXX. Ταῦτα οἱ ταξίαρχοι ἀσπασάμενοι, συνῆγον ἀμφοτέρους. οἱ δὲ ἐπεμέμφοντο ἀλλήλοις, καὶ συνέβαινον ἐς φιλίαν. Ὅ τε νόμος ὁ περὶ τῆς Κελτικῆς προὐγράφετο αὐτίκα, ὀρρωδούσης πάνυ τῆς βουλῆς· καὶ ἐπινοούσης, εἰ μὲν ὁ Ἀντώνιος αὐτὸν προβουλεύοι, κωλύειν προβουλευόμενον, εἰ δὲ ἀπροβούλευτον ἐς τὸν δῆμον ἐσφέροι, τοὺς δημάρχους ἐς κώλυσιν ἐπιπέμπειν. ἦσαν δ' οἳ καὶ τὸ ἔθνος ὅλως ἐλευθεροῦν ἡγεμονίας ἠξίουν· οὕτως ἐδεδοίκεσαν ἀγχοῦ τὴν Κελτικὴν οὖσαν. ὁ δὲ Ἀντώνιος αὐτοῖς ἀντενεκάλει, εἰ Δέκμῳ μὲν αὐτὴν πιστεύουσιν, ὅτι Καίσαρα ἀπέκτεινεν, αὐτῷ δ' ἀπιστοῦσιν, ὅτι οὐκ ἀπέκτεινε τὸν καταστρεψάμενον αὐτὴν καὶ κλίναντα ἐς γόνυ· ἀπορρίπτων ἤδη ταῦτα φανερῶς ἐς ἅπαντας, ὡς ἐφηδομένους τοῖς γεγονόσιν. Ἐλθούσης δὲ τῆς κυρίας

*Lin.* 86 *ſq.* σφῶν δὲ αὐτῶν ταῦτα Edd. *Prætuli Aug. Ven. & alterum ex Regiis.*

„parum reverens, ita ut opus haberet, fieret caſtigatior: in gratiam autem deprecantium remiſſurum iram, & rediturum ad naturam ſuam ac voluntatem priſtinam, modo ille fiat modeſtior."

30. Hoc reſponſo gaviſi tribuni, ambos deduxerunt ad colloquium: &, poſt mutuas expoſtulationes, *reconciliati* ſunt *Cæſar* & *Antonius.* Ac mox de *Gallia provincia lex promulgata* eſt, magno metu ſenatus: cogitantis, ſi quidem de ea ad ſe referat *Antonius*, prohibere rem; quod ſi, inconſulto ſenatu, rogationem tulerit ad populum, per tribunos plebis intercedere. Nec deerant, qui cenſerent libertate omnino donandam eam provinciam; tam formidoloſa erat illius vicinitas. *Antonius* vero exprobrabat eis, quod commiſiſſent eam interfectori Cæſaris *Decimo*; & ſibi committere gravarentur, eo quod non interfecerit labefactatorem Galliæ ſubverſoremque: manifeſte ita taxans univerſos, ut probantes ea quæ ibi fiebant. Poſtquam autem dies præſti-



Digitized by Google

A. U. 710. ἡμέρας, ἡ μὲν βουλὴ τὴν Φυλέτιν ἐνόμιζεν ἐκκλησίαν συλλεγήσεσθαι· οἱ δὲ νυκτὸς ἔτι τὴν ἀγορὰν περισχοινισάμενοι, τὴν λοχῖτιν ἐκάλουν, ἀπὸ συνθήματος ἐληλυθυῖαν. καὶ ὁ δημότης λεὼς, ἀχθόμενος τῷ Αντωνίῳ, συνέπρασσεν ὅμως, διὰ τὸν Καίσαρα, ἐφεστῶτα τοῖς περισχοινίσμασι καὶ δεόμενον. ἐδεῖτο δὲ μάλιστα μὲν, ἵνα μὴ Δέκμος ἄρχοι χώρας τε ἐπικαίρου καὶ στρατιᾶς, ἀνδροφόνος ὢν τοῦ πατρός· ἐπὶ δὲ τούτῳ, καὶ ἐς χάριν Αντωνίου συνηλλαγμένου. προσεδόκα δὲ ἄρα τι καὶ αὐτὸς ἀντιλήψεσθαι παρὰ Αντωνίου. Διαφθαρέντων δὲ χρήμασι τῶν δημάρχων ὑπ' Αντωνίου, καὶ κατασιωπώντων, ὁ νόμος ἐκυροῦτο· καὶ ὁ στρατὸς Αντωνίῳ μετ' αἰτίας εὐπρεποῦς ἤδη τὸν Ιόνιον ἐπέρα.

XXXI. Τῶν δὲ δημάρχων τινὸς ἀποθανόντος, ἐς τὴν αὐτοῦ χειροτονίαν ὁ Καῖσαρ συνέπρασσε Φλαμινίῳ· καὶ ὁ δῆμος, οἰόμενος αὐτὸν ἐπιθυμοῦντα τῆς ἀρχῆς διὰ τὸ

*Lin.* 7. λογχῖτιν *edit.* 1. *Reg. A.* λογχίτην *Reg. B. Sic & Cand.* ſpiculatoriam cohortem. *Recte Aug. ſicut viderat Gelenius, & correxit H. Stephan. Ceterum commutatæ utique invicem videntur ſedes nominum* φυλέτιν *&* λοχῖτιν*: ut priori loco reponendum ſit* λοχῖτιν, *poſteriori* φυλέτιν. *L.* 8. δημώτης *Edd. Recte Aug. L.* 8 *ſq.* ἐς τὴν ἄλλου χειροτ. *maluit Muſgrav.* in creationem alterius *Cand. L.* 20 *ſq.* τὸν νεώτερον *edit.* 1. *&* 3. *perperam.*

tuta venit; ſenatus volebat ut eſſent *tributa* [potius, centuriata] *comitia*: ſed *Antonius* cum ſuis, ante lucem funibus circumſepto foro, *centurias* [potius, tribus] ex compoſito vocabat ad ſuffragia. Tum plebs, quamvis infenſa Antonio, in ejus favorem tamen ſuffragia tulit, propter Cæſarem adſtantem ſeptis, & pro illo deprecantem; qui id faciebat ea potiſſimum de cauſa, ne Decimus provinciæ tam opportunæ cum exercitu præeſſet, unus ex patris percuſſoribus: præterea ut Antonio nuper reconciliato gratificaretur; nam & ipſe ab illo viciſſim exſpectabat aliquam mutuam gratiam. Et quia tribunos plebis Antonius corruperat; ſilentibus eis, *perlata Lex* eſt: *et exercitus* mox, honeſto jam prætextu, *tranſportatus* eſt *Antonio in Italiam.*

31. Defuncto deinde uno ex tribunorum plebis collegio, comitiis tribunitiis Cæſar Flaminio favebat: *plebs* vero, ipſum rata ejus honoris cupidum, quamvis propter imma-

A. U. 710.

νεώτερον τῆς ἡλικίας οὐ παραγγέλλειν, ἐπενόουν ἐν ταῖς χειροτονίαις δήμαρχον ἀποφῆναι τὸν Καίσαρα. Ἡ δὲ βουλὴ τῆς αὐξήσεως ἐφθόνει, καὶ ἐδεδοίκει, μὴ δημαρχῶν τοὺς φονέας τοῦ πατρὸς ἐπὶ τὸν δῆμον ἐς δίκην ἀπαγάγοι. Ἀντώνιός τε, τῆς ἄρτι συγκειμένης πρὸς τὸν Καίσαρα φιλίας ὑπεριδὼν, εἴτε ἐς χάριν τῆς βουλῆς ἢ παρηγορίαν, ἀχθομένης τῷ περὶ τῆς Κελτικῆς νόμῳ, εἴτε ἀπ᾽ οἰκείας γνώμης, προὔγραφεν ὡς ὕπατος, μηδενὶ Καίσαρα ἐγχειρεῖν παρανόμως, ἢ χρήσεσθαι κατ᾽ αὐτοῦ παντὶ μέτρῳ τῆς ἐξουσίας. Ἀχαρίστου δ᾽ ἐς τὸν Καίσαρα, καὶ ὑβριστικῆς ἅμα ἐς αὐτὸν καὶ τὸν δῆμον τῆς προγραφῆς γενομένης, ὁ μὲν δῆμος διώργιστο, καὶ φιλονεικήσειν ἔμελλον ἐν ταῖς χειροτονίαις· ὥστε δεῖσαι τὸν Ἀντώνιον, καὶ ἀνελεῖν τὴν χειροτονίαν, τοῖς ὑπολοίποις τῶν δημάρχων ἀρκούμενον. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ὡς σαφῶς ἐπιβουλευόμενος ἤδη, πολλοὺς περιέπεμπεν ἔς τε τὰς τοῦ πατρὸς ἀποικίδας πόλεις, ἐξαγγέλλειν ἃ πάσχοι, καὶ

*Lin. 27 ſq.* εἴτε ἀποικίας γνώμη *Edd. cum MSStis noſtris & Cand. Evidenti errore, quem facili emendatione ſuſtuli. L. 29.* χρήσασθαι *Edd. Rectè Aug. L. 36 ſq.* τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀποικ. *Edd.* αὐτοῦ *Reg. A. Delevi pronomen cum Aug. Ven. Reg. B. & Cand.*

turam ætatem non profiteretur nomen inter candidatos, *volebat Cæſarem tribunum declarare* ſuis ſuffragiis. Senatus vero invidebat ei hanc honoris acceſſionem; timens, ne, poteſtatem adeptus, inimicos cædis paternæ reos citaret in judicium populi. *Antonius* quoque, contemta nova Cæſaris amicitia, ſive in gratiam ſenatus cònſolationemve, moleſte ferentis legem de Gallia, ſive ex propria ſententia, propoſuit *edictum* conſulare: *ne contra leges quidquam Cæſar adgrederetur; ſi ſecus feciſſet, animadverſurum ſe in eum pro poteſtate.* Id edictum, ingratitudinem erga Cæſarem cum injuria plebis conjunctam præferens, haud levem indignationem movit multitudini: & adparebat, magnam contentionem imminere proximis comitiis. Quapropter timens *Antonius*, ſuſtulit comitia, contentus reliquo tribunorum numero. At *Cæſar*, manifeſte jam impugnari ſe videns, mittebat circa patris ſui colonias, qui nunciarent quantum patia-



Digitized by Google

A. U. 710.

τὴν ἑκάστων γνώμην καταμανθάνειν· ἔπεμπε δὲ καὶ ἐς τὰ Ἀντωνίου στρατόπεδα ἐπιμίγνυσθαί τινας ἀγορὰν φέροντας, καὶ ἐντυγχάνειν τοῖς θαῤῥοῦσι μάλιστα, καὶ ἐς τὸ πλῆθος διαῤῥιπτεῖν ἀφανῶς βιβλία. καὶ ὁ μὲν ἀμφὶ ταῦτα ἦν.

XXXII. Οἱ ταξίαρχοι δὲ αὖθις παρὰ Ἀντωνίου καιρὸν αἰτήσαντες, ἔλεγον· Ἡμεῖς, ὦ Ἀντώνιε, καὶ ὅσοι ἄλλοι μετὰ σοῦ Καίσαρι στρατευσάμενοι τήν τε ἡγεμονίαν αὐτῷ συνεστησάμεθα, καὶ ἐς τὰ καθ' ἡμέραν αὐτῆς ὑπηρέται γιγνόμενοι διετελοῦμεν, ἔχθει μὲν ἴσῳ καὶ ἐπιβουλῇ τοὺς φονέας αὐτοῦ γιγνώσκομεν εἰς ἡμᾶς χρωμένους, καὶ τὴν βουλὴν ἐκείνοις ἐπιτρέπουσαν. τοῦ δήμου δ' ἐξελάσαντος αὐτοὺς, ἀνεθαῤῥήσαμεν, οὐ πάντη τὰ Καίσαρος ὁρῶντες ἄφιλα, οὐδὲ ἀμνήμονα, οὐδὲ ἀχάριστα. Τὴν δ' ἐς τὸ μέλλον ἀσφάλειαν εἴχομεν ἐν σοὶ, φίλῳ τε Καίσαρος ὄντι, καὶ ἡγεμονικωτάτῳ μετ' ἐκεῖνον ἐκ πάντων, καὶ ἄρχοντι νῦν ἡμῶν, καὶ ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτηδείῳ. Ἀνα-

*Lin.* 47. γενόμενοι διετελοῦμεν *Edd. Recte Aug.* & γιγνομ. *etiam dedit Reg. B. a prima manu.*

tur, & ſingularum voluntatem explorarent. Miſit autem ad Antonii quoque exercitum nonnullos, qui ſpecie inferendi commeatus miſcerent ſermones cum militibus, & audaciſſimum quemque maxime ſolicitarent, libelloſque in turbam occulte ſpargerent.

32. Quibus rebus dum Cæſar occupatur; TRIBUNI MILITUM rurſus adierunt *Antonium*, eumque, impetrata dicendi copia, hunc in modum *adlocuti* ſunt: „Nos, *ANTONI*, & quantum veteranorum eſt, qui, Cæſaris auſpicia ſecuti, & dominatum „ei paravimus, & ad quotidianum ejuſdem miniſterium operam conferre noſtram numquam intermiſimus, ſcimus nos æque inviſos ejus percuſſoribus, & inſidiis illorum obnoxios, idque connivente ſenatu. Sed poſtquam populus eos ejecit; recepimus animos, dum vidimus res Cæſaris non omnino deſtitutas amicis & grata ejuſdem memoria. Securitatis autem in poſterum ſpem in te repoſuimus, pro ea quæ tibi cum illo interceſſit amicitia, & pro rei militaris peritia, qua ad illum tu proxime accedis, imperator

φυμένων δὲ τῶν ἐχθρῶν, καὶ θρασέως ἔς τε Συρίαν καὶ Μακεδονίαν βιαζομένων, καὶ χρήματα καὶ στρατιὰν ἐφ' ἡμᾶς συνιστάντων, καὶ τῆς βουλῆς σοι Δέκμον ἐπαλειφούσης, καὶ σοῦ τὰς φροντίδας ἐς τὴν Καίσαρος τοῦ νέου διαφορὰν δαπανῶντος, δέδιμεν εἰκότως, μὴ ἐς τὸν μέλλοντα καὶ ὅσον οὔπω παρόντα πόλεμον ἡ στάσις ὑμῶν τῷ πολέμῳ συνεπιθῆται, καὶ διαπραχθῇ τοῖς ἐχθροῖς καθ' ἡμῶν, ἃ βούλονται. Ὧν ἐνθυμηθέντα σε ἀξιοῦμεν, ὁσίας τε χάριν ἐς τὸν Καίσαρα, καὶ φειδοῦς ὑπὲρ ἡμῶν οὐδὲν ἐπιμέμπτων σοι γενομένων, καὶ πρὸ ἡμῶν αὐτοῦ σοῦ τῶν συμφερόντων οὕνεκα, ἕως ἔτι δύνασαι, Καίσαρι μὲν, ὅπερ ἀρκέσει μόνον, συνεπαμῦναι τοὺς φονέας τιμωρουμένῳ· σὲ δὲ αὐτίκα δυναστεύειν, ἐν ἀμερίμνῳ γενόμενόν τε, καὶ ἡμᾶς γενέσθαι παρασκευάσαντα, τοὺς ὑπέρ τε σφῶν αὐτῶν καὶ ὑπὲρ σοῦ δεδιότας.

A. U. 710.

XXXIII. Τοσαῦτα τοὺς ταξιάρχους εἰπόντας ὁ Ἀντώνιος ὧδε ἠμείψατο· Ὅση μὲν εὐνοίᾳ καὶ σπουδῇ πρὸς Καίσαρα περιόντα ἐχρώμην, φιλοκινδυνότατος ἐκ πάντων

„nobis exoptatiſſimus. Ceterum quia inimici renaſcuntur, & occupare conantur Syriam ac Macedoniam*, parantque contra nos pecunias & exercitus, ſenatu tibi opponente Decimum, te curam omnem inſumente in contentiones cum juvene Cæſare; merito veremur, ne, ſi ad imminens bellum, quod jam nunc pro foribus eſt, accedat etiam inter vos diſcordia, inimicis noſtris ſuccedant omnia quæ illi contra nos moliuntur. Quæ, obſecramus te, ut conſideres, &, vel pietatis erga Cæſarem gratia, vel incolumitatis noſtrûm, de quibus nihil hactenus quod conquerereris habuiſti, ante omnia vero utilitatis tuæ propriæ cauſa, Cæſari, dum licet, adſis in exigenda duntaxat pœna a percuſſoribus, quantum ſatis erit: deinde ſecurus potentia fruaris, ſecuritate tibi parta nobiſque, qui nunc & pro nobis ipſis & pro te ſumus ſoliciti."

33. Ad hæc ANTONIUS ita *reſpondit:* „QUANTA benevolentia, quantoque ſtudio Cæſarem vivum proſecutus ſim, in tuenda ejus dignitate ad o-

A. U. 710. ἐς τὰς ἐκείνου χρείας γενόμενος, ἴστε σαφῶς, συστρατευσάμενοί τε καὶ γιγνομένοις παρατυχόντες. ὅσῃ δ' αὖ κἀκεῖνος εἰς ἐμὲ χάριτι καὶ προτιμήσει χρώμενος διετέλει, οὐ μαρτυρεῖν ἐμὲ δίκαιον. ἄμφω δὲ ταῦτα καὶ οἱ φονεῖς εἰδότες, συνετίθεντο κἀμὲ Καίσαρι συνανελεῖν, ὡς ἐμοῦ περιόντος οὐ καθέξοντες ὧν ἐπενόουν. καὶ ὅστις αὐτοὺς μετέπεισε τῆς γνώμης, οὐκ εὐνοίᾳ τῆς ἐμῆς σωτηρίας ἔπεισεν, ἀλλ' εὐπρεπείᾳ τυραννοκτονίας, ὡς μὴ δοκῶσι πολλοὺς, ὥσπερ ἐχθροὺς, ἀλλ' ἕνα ἀνελεῖν ὡς τύραννον. Τίς ἂν οὖν πιστεύσειεν, ἐμὲ Καίσαρός τε ἀμελεῖν, εὐεργέτου μοι γεγενημένου, καὶ προτιμᾷν τοὺς ἐχθροὺς ἐκείνου, καὶ τὸν φόνον ἑκόντα χαρίζεσθαι τοῖς ἐμοῖς ἐπιβούλοις, ὡς οἴεται Καῖσαρ ὁ νέος; Πόθεν οὖν αὐτοῖς ἀμνηστία τοῦ φόνου καὶ ἡγεμονία; ταῦτα γὰρ ἐπικαλεῖν, ἀντὶ τῆς βουλῆς, ἐμοὶ βούλεται. μάθετε, ὡς ἐγένετο.

*Lin. 73 ſq. συστρατευσαμένοις τε Edd. perperam ex Reg. A. Recte Aug. Ven. Reg. B. L. 74. Malim cum H. Steph. καὶ τοῖς γιγνομένοις. L. 80. εὐπρεπ. τῆς τυραννοκτ. Aug. L. 86. Malim cum H. Steph. ἡγεμονίας.*

„mnia pericula promtiſſimus omnium; id quidem vos minime ignoratis, COMMILITONES, qui expeditionibus ejus & rebus geſtis interfuiſtis. Quanta vero rurſus ille me gratia, quantoque honore, præ ceteris omnibus, numquam non dignatus ſit, non convenit ut ipſe teſtificer. Quarum rerum quum neutra lateret parricidas; conſtituerant, me quoque cum illo tollere; quaſi, me ſuperſtite, numquam ſperarent ſe fore voti compotes. Quod qui eis diſſuaſit, id non amore mei fecit; ſed quo magis illi ad tyrannicidarum accederent ſpeciem, ut viderentur non tam voluiſſe plures inſectari, tamquam inimicos, quam unum tollere, veluti tyrannum. Quis igitur credat, me, neglecto Cæſare, præclare de me merito, præferre ei voluiſſe inimicos illius, & cædis pœnam ultro inſidiatoribus meæ ſalutis remittere, ut opinatur Cæſar junior? Unde igitur iſtis & injuriarum decreta eſt oblivio, & præfecturæ datæ ſunt? hanc enim culpam a ſenatu in me ille rejicit. Quo pacto illud acciderit, a me nunc accipite!

Digitized by Google

XXXIV. Καίσαρος ἐν τῷ βουλευτηρίῳ σφαγέντος ἄφνω, δέος ἐπέσχεν ἐκ πάντων δὴ μάλιστα πλεῖστον ἐμὲ, φιλίᾳ τε αὐτοῦ Καίσαρος, καὶ ἀγνοίᾳ τοῦ ἀκριβοῦς· οὐ γάρ πω τὴν συνθήκην ἑώρων, οὔτε ἐπὶ ὅσοις. ὁ δὲ δῆμος ἐθορυβεῖτο· καὶ οἱ σφαγεῖς σὺν μονομάχοις τὸ Καπιτώλιον καταλαβόντες, ἀπέκλειον· καὶ ἡ βουλὴ σὺν ἐκείνοις ἦν, ἣ καὶ νῦν ἐστι φανερώτερον, γέρα τε τοῖς ἀνελοῦσιν ὡς τυραννοκτόνοις ἐψηφίζετο. καὶ εἰ τύραννος ὁ Καῖσαρ ἐφάνη, ἡμῖν ὑπῆρχεν ἀπολέσθαι πᾶσιν, ὡς τυράννου φίλοις. Ὧδε δή με ἔχοντα θορύβου καὶ μερίμνης καὶ δέους, ὅτε οὐκ ἦν γνώμης παράδοξον οὐδὲ ἀπορῆσαι, σκοποῦντες εὑρήσετε, ἔνθα μὲν ἔδει τόλμης, θρασύτατον, ἔνθα δὲ ὑποκρίσεως, εὐμήχανον. Τὸ μὲν δὴ πρῶτον ἐκ πάντων καὶ τὰ λοιπὰ συνέχον, ἦν, ἀναιρεθῆναι τὰ γέρα τὰ ψηφιζόμενα τοῖς ἀνδράσιν· ὅπερ, ἀντιτάξας ἐμαυτὸν ἐγὼ τῇ τε βουλῇ καὶ τοῖς σφαγεῦσιν ἐγκρα- *A. U. 710.*

*Lin. 94. Muſgravius malebat* ὃ καὶ νῦν. *L. 98. Hypoſtigmen, quæ erat poſt* παράδοξον, *tranſtuli poſt* ἀπορῆσαι, *quod & Muſgravio video placuiſſe. Atque ſic non opus eſſe videtur emendatione ab H. Steph. propoſita. L. 2 ſq.* τὰ γέρατα ψηφιζ. *Edd. ex Reg. A. Rectius Aug. Ven. Reg. B.*

34. „Cæſare ex improviſo in curia occiſo, terror invaſit ex omnibus me maxime; quippe qui & amicus eram illius, neque adcurate intelligebam quidnam rei eſſet, incertus qui conſpiraſſent & qua ſpe vel contra quosnam. Tumultuabatur plebs: parricidæ, occupato Capitolio, admittebant neminem: ſenatus eis favebat, quemadmodum nunc etiam magis aperte cum eis facit: interfectoribus, ut tyrannicidis, præmia parabat decernere: quod quidem ſi factum eſſet, pereundum erat „nobis omnibus, ut tyranni amicis. In ea trepidatione metuque ac ſolicitudine, quando mirum non erat futurum, ſi plane deſtitutus fuiſſem conſilio; tamen, ſi recte rem perpendatis, intelligetis, nec audaciam mihi defuiſſe in periculis, nec artes ad ſimulandum quoties opus fuit. Præcipuum autem omnium, & quo reliqua cuncta continebantur, hoc erat, ut obſtarem quo minus decernerentur percuſſoribus præmia. Atque illud pertinaci contentione obtinui; non minus ſena-

A. U. 710. τῶς, ἐστρατῆον σὺν θράσει παραβόλῳ καὶ ἐπικινδύνῳ· τότε μόνον ἡγούμενος ἡμᾶς τοὺς Καίσαρος ἀσφαλῶς περιέσεσθαι, ὅταν μὴ Καῖσαρ εἶναι δόξῃ τύραννος. Τῷ δ' αὐτῷ δέει τῶν ἐχθρῶν καὶ τῆς βουλῆς αὐτῆς ἐχομένων, ὅτε μὴ Καῖσαρ εἴη τύραννος, ἀνδροφονίας αὐτοὺς ἁλώσεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο φιλονεικούντων, εἶξα· τῆς ἀμνηστίας διδομένης ἀντὶ τῶν γερῶν, ἵν', ὅσων ἔχρῃζον, ἀντιλάβοιμι. τὰ δὲ ἦν πόσα καὶ πηλίκα; μήτε τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ Καίσαρος ἀπηλεῖφθαι, τὴν ἐμοὶ μάλιστα πάντων ἡδίστην, μήτε τὴν περιουσίαν δεδημεῦσθαι, μήτε τὴν θέσιν ἐφ' ᾗ νῦν οὗτος γαυριᾷ διαλελύσθαι, μήτε τὰς διαθήκας ἀκύρους γενέσθαι, τό τε σῶμα τεθάφθαι βασιλικῶς, καὶ τιμὰς αὐτῷ τὰς πάλαι δεδομένας ἀθανάτους διαμενεῖν, καὶ τὰ πεπραγμένα πάντα κύρια εἶναι, καὶ τὸν ἐκείνου παῖδα καὶ τοὺς φίλους ἡμᾶς καὶ στρατηγοὺς καὶ στρατιώτας ἐν ἀσφαλεῖ γενέσθαι σωτηρίᾳ, καὶ ἐνδόξῳ βίῳ ἀντὶ ἐπονειδίστου.

XXXV. Ἆρ' ὑμῖν ὀλίγα ἢ σμικρὰ τῆς ἀμνηστίας τὴν

*Lin. 15. ἐφ' ἣν νῦν Edd. mendoſe, invitis MSStis. L. 16. τετάφθαι Edd. Prætuli Aug.*

„tui, quam parricidis, me opponens, non ſine magno meo periculo: quod nequaquam nos tuto ſuperſtites fore Cæſari putarem, ſi ille tyrannus declararetur. Quum vero pari metu ſenatus & inimici tenerentur, ni Cæſar pro tyranno habeatur, fore ut pœna maneat parricidas; equidem illis, tanto majori contentione agentibus, ita ceſſi, ut non præmia decernerentur, ſed oblivio: ſcilicet, ut viciſſim ipſe impetrarem quæ opus erant. At ea quanta ſunt & qualia! „ne Cæſaris nomen aboleretur, mihi omnium jucundiſſimum: ne bona ejus publicarentur: ne adoptio, qua nunc iſte inſoleſcit, irrita fieret: ut teſtamentum ejus ratum maneret: ut regali funere corpus ornaretur: ut honores, ſemel ei decreti, manerent in perpetuum: ut acta omnia rata eſſent: ut filius ejus, noſque amici, duces & milites, ſalutem in tuto haberemus, & pro ignominia gloriam.

35. „Ecquid pauca hæc aut parva videntur pro injuriarum

Digitized by Google

βουλὴν ἀνταιτῆσαι δοκῶ; ἢ δοῦναι ἂν αὐτὰ ἡ βουλὴ χωρὶς τῆς ἀμνηστίας; Ἦν μὲν δὴ καὶ καθαρῶς ἀντιδοῦναι τάδε τῶνδε ἄξιον, καὶ φείσασθαι σὺν ἀληθεῖ γνώμῃ συνέων ἀνδρῶν, ὑπὲρ ἀθανάτου Καίσαρος δόξης, καὶ ἡμῶν ἀσφαλοῦς σωτηρίας. οὐ μὴν ἐγὼ μετὰ τῆσδε τῆς γνώμης ἐποίουν, ἀλλ᾽ ἀνατιθέμενος τὴν δίκην. Ἐπεί γέ τοι τῆς βουλῆς ἐς ἃ πρῶτα ἔχρῃζον ἐκράτησα, καὶ οἱ σφαγεῖς ὡς ἐν ἀμερίμνῳ μεθεῖντο· ἀνεθάῤῥησα, καὶ τὴν ἀμνηστίαν παρέλυον, οὐ ψηφίσμασιν ἢ δόγμασιν, (οὐ γὰρ ἦν,) ἀλλ᾽ ἀσήμῳ δημοκοπίᾳ· τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος ἐπὶ προφάσει τῆς ταφῆς ἐς τὴν ἀγορὰν ἐκφέρων, καὶ τὰ τραύματα ἀπογυμνῶν, καὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν καὶ τὴν ἐσθῆτα ἐπιδεικνὺς ἡμαγμένην τε καὶ κατακεκομμένην, καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ φιλόδημον αὐτοῦ παλιλλογῶν ἐκπαθῶς ἐν μέσῳ, καὶ ὀδυρόμενος μὲν ὡς ἀνῃρημένον, κατακαλῶν δ᾽ ὡς θεόν. Τάδε γάρ μου τὰ ἔργα καὶ ῥήματα ἠρέθισε τὸν δῆμον, καὶ τὸ πῦρ ἧψε A. U. 710.

*Lin. 23. τὴν βουλὴν ἀνταστῆσαι Aug. mend. L. 34. καὶ, ad τὸ πλῆθος carent Edd. invitis quatuor noſtris MSStis.*

„oblivione a ſenatu mihi rependa? aut conceſſurum fuiſſe hæc putatis ſenatum, niſi Oblivione illa impetrata? Et hæc quidem permutatio non iniqua erat, etiam ſi facta eſſet ſincere, & ſerio venia homicidis reddita eſſet, pro immortali Cæſaris gloria, proque incolumitatis noſtræ ſecuritate. Atqui non hoc animo id a me factum eſt; ſed ut differretur pœna. Certe, quamprimum a ſenatu obtinui quæ volueram, homicidis jam vacuis ſolicitudine, ad priſtinam audaciam reverſus, Oblivionem antiqua„vi; non plebiſcitis aut ſenatuſconſultis, quod non licebat; ſed diſſimulanter conciliata mihi plebis benevolentia; prolato in forum, velut ad ſepulturam, corpore Cæſaris, detectiſque vulneribus, & multitudinem illorum & cruentam diſciſſamque veſtem oſtentando, virtutibuſque illius & in primis caritate erga patriam commemorandis, movendo adfectus multitudinis, ad hæc deplorando ut cæſum, & precibus invocando ut cœlitem. His enim factis dictiſque irritata plebs ignem accendit, &,

A. U. 710. μετὰ τὴν ἀμνηστίαν, καὶ ἐς τὰς οἰκίας τῶν ἐχθρῶν ἔπεμψε, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐξέβαλε τῆς πόλεως. Τοῦτο δ᾽ ὅπως ἀντιπρασσούσης καὶ λυπουμένης τῆς βουλῆς ἐγένετο, αὐτίκα ἔδειξαν· ἐμὲ μὲν αἰτιώμενοι τῆς δημοκοπίας, τοὺς δὲ φονέας ἐκπέμψαντες ἐπὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἡγεμονίας· Βροῦτον δὲ καὶ Κάσσιον ἐς Συρίαν καὶ Μακεδονίαν, αἳ μεσταὶ μεγάλων στρατῶν ἦσαν, ἐπείγεσθαι καὶ πρὸ τοῦ δεδομένου χρόνου διδάξαντες, ἐπὶ προφάσει φροντίδος σίτου. Ἕτερον δή με δέος ἔτι μεῖζον ἐπελάμβανεν, οὐκ ἔχοντά πω στρατὸν ἴδιον οὐδένα, μὴ πρὸς ἐνόπλους τοσούσδε ἄνοπλοι καθιστώμεθα. καὶ ὁ συνάρχων ὕποπτος ἦν, ἐμοί τε διάφορος ὢν αἰεὶ, καὶ ὑποκρινόμενος ἐπιβουλεῦσαι τῷ Καίσαρι, καὶ τὴν ἡμέραν τοῦ φόνου Γενέσιον τῇ πόλει τιθέμενος.

XXXVI. Ὧδε δὲ ἀπορῶν, καὶ ἐπειγόμενος ἐξοπλίσαι τοὺς πολεμίους, καὶ ἐς ἡμᾶς ἀντ᾽ ἐκείνων τὰ ὅπλα μετενεγκεῖν, Αμάτιον ἔκτεινα, καὶ κατεκάλεσα Πομπήιον,

*Lin.* 42. ἀντιπρατιεύσης *Aug.* *L.* 43. αἰτιώμενον *Edd. male ex Reg. A.* *L.* 52 *ſq.* τοῦ φόνου γενέσθαι ἐν τῇ πόλει *Edd. corrupte. Verum dedit Aug. cum Ven.* *L.* 54. ὧδε δὲ διαπορῶν *Edd.* ὧδε διαπορῶν *Reg. A. Recte Aug. Ven. Reg. B.*

„nihil morata Oblivionem, in ædes inimicorum ignem immiſit, ipſos Urbe expulit. Hoc autem quam invito dolenteque ſenatu ſit factum, ſtatim adparuit; dum me criminantur ut favoris popularis captatorem, homicidas autem cum poteſtate mittunt in provincias, Brutumque & Caſſium in Syriam & Macedoniam, magnis refertas exercitibus, propere & ante præſtitutum tempus ſuccedere jubent, annonæ procurandæ prætextu. Ibi vero equidem, nondum proprio „ullo munitus exercitu, magis etiam timere cœpi, ne tot armatis inermes nos objiceremur: præſertim, quum collega eſſet mihi ſuſpectus, qui a me ſemper diſſenſerat, & conjurationis ejus ſocius voluerat videri, & diem cædis ut Natalem reipublicæ propoſuerat celebrandum.

36. „In tam dubio rerum noſtrarum ſtatu, cupiens exarmare adverſarios, & eorum arma nobis uſurpare, Amatium occidi, revocavique Pompejum; ut hoc modo rurſus

ἵνα τοῖσδε αὖθις ἁλοῦσα ἡ βουλὴ πρός με μετάθοιτο. καὶ οὐδ᾽ ὡς αὐτῇ πιστεύων, ἔπεισα Συρίαν αἰτεῖν Δολοβέλλαν, οὐ παρὰ τῆς βουλῆς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ δήμου νόμῳ, καὶ συνέπραξα αἰτοῦντι· ἵνα τοῖς τε σφαγεῦσι Δολοβέλλας ἐχθρὸς ἀντὶ φίλου γένοιτο, καὶ τοῖς βουλευταῖς αἰσχρὸν ᾖ μετὰ Δολοβέλλαν ἀντειπεῖν ἐμοὶ περὶ Μακεδονίας. οὐ μέντ᾽ ἂν οὐδ᾽ ὡς μοι Μακεδονίαν ἔδοσαν, οὐδ᾽ ἐπὶ Δολοβέλλᾳ, διὰ τὴν ἐν αὐτῇ στρατιάν, εἰ μὴ τὴν στρατιὰν προμεθῆκα τῷ Δολοβέλλᾳ, ὡς Συρίαν καὶ τὰ ἐς Πάρθους διαλαχόντι. τοὺς δ᾽ αὖ περὶ τὸν Κάσσιον οὔτε Μακεδονίαν ἀφείλοντο ἄν, οὔτε Συρίαν, μὴ ἕτερα αὐτοῖς ἐς ἀσφάλειαν ἀντιλαβόντες ἔθνη. δεῆσαν οὖν ἀντιδοῦναι, θεάσασθε, οἷα ἀνθ᾽ οἵων καὶ ὡς στρατοῦ γυμνὰ ἐδόθη, Κυρήνη τε καὶ Κρήτη· ὧν καὶ οἱ ἐχθροὶ καταφρονοῦσιν, οὐκ ἀσφαλῶν σφίσιν ὄντων, καὶ ἐς τὰ ἀφῃρημένα βιάζονται. Οὕτω μὲν δὴ καὶ ὁ στρατὸς ἐς Δολοβέλλαν μετενήνεκτο ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν, τέχναις καὶ

*A. U. 710.*

*Lin. 58.* ἔπεισα Συρ. *edit. 1. cum Regiis mend. Ib.* τὸν Δολοβ. *Edd. ex Reg. A. Delevi artic. cum Aug. Reg. B. L. 65.* προμεθῆκαν *Edd. Recte Aug.*

„devinctus ſenatus in partes meas tranſiret. Ac ne ſic quidem ei fidens, perſuaſi Dolabellæ, ut Syriam peteret, non ab ipſo, ſed a populo; petentique favi, ut homicidis ex amico inimicus ille redderetur, & ſenatum puderet, poſt rationem collegæ habitam, mihi repulſam dare de Macedonia. Attamen ne ſic quidem eam mihi, vel poſt Dolabellam, erant daturi, propter exercitum, qui in ea erat; niſi prius exercitum illum collegæ conceſſiſſem, cui cum Sy„ria bellum Parthicum fuerat decretum. Sed neque Caſſio Brutoque abſtuliſſent vel Syriam vel Macedoniam; niſi illis, ſecuritatis cauſa, proſpectum fuiſſet de aliis loco ademtarum provinciis. Id quum opus eſſet factu; videte, quales pro qualibus datæ! Cyrenenſis & Cretenſis, nudæ præſidiis; quas ipſi quoque inimici, ut parum ſibi tutas, contemnunt, & in ademtas conantur per vim invadere. Atque ita quidem exercitus etiam ab inimicis ad Dolabel-

A. U. 710. μηχαναῖς καὶ ἀντιδόσεσιν ἑτέρων· οὐ γάρ πω τῶν ὅπλων φανέντων, ὑπὸ τοῖς νόμοις ἔδει πράσσειν.

XXXVII. Γεγενημένων δὲ τῶνδε, καὶ τῶν ἐχθρῶν ἕτερον στρατὸν ἀγειράντων, ἔδει μοι τοῦ περὶ τὴν Μακεδονίαν στρατοῦ· καὶ προφάσεως ἠπόρουν. Φήμη δὲ κατέσκηψε, Γέτας Μακεδονίαν πορθεῖν. ἀπιστουμένης δὲ καὶ ταύτης, καὶ τῶν ἐπισκεψομένων ἀπεσταλμένων, εἰσηγησάμην ἐγὼ, περὶ τῆς Δικτάτωρος ἀρχῆς μὴ ἐξεῖναι μήτε εἰπεῖν, μήτε ἐπιψηφίσαι, μήτε λαβεῖν διδομένην. ᾧ δὴ μάλιστα ὑπαχθέντες, ἔδοσάν μοι τὸν στρατόν. καὶ ἐγὼ τότε πρῶτον ἐμαυτὸν ἡγησάμην ἰσόπαλον εἶναι τοῖς ἐχθροῖς, οὐ τοῖσδε τοῖς φανεροῖς, ὡς οἴεται Καῖσαρ, ἀλλὰ τοῖς πλέοσί τε καὶ δυνατωτέροις, καὶ ἀφανέσιν ἔτι εἶναι θέλουσι. Ταῦτα δ᾽ ἐργασαμένῳ μοι ἕτερος τῶν σφαγέων ἔλειπεν ἐν πλευραῖς, Βροῦτος ὁ Δέκμος, ἡγούμενος καὶ ὅδε χώρας ἐπικαίρου καὶ στρατοῦ πολλοῦ. ὃν ἐγὼ, καὶ θρασύτερον εἰδὼς, τὴν Κελτικὴν ἀφῃρούμην· ἐς εὐπρέπειαν ἔτι τῆς

*Lin.* 79. ἀπιστουμένοις *edit.* 2. 3. *Tollendam mendam monuerat H. Steph. in notis; ſed reliquit Tollius.* *L.* 85. ἀλλὰ τοῦ πλέοσι *edit.* 1. *mend.* *L.* 87. ἔλιπεν *Edd. Prætuli Aug. neque ſolicitandam hanc lectionem puto.*

„lam translatus eſt, artibus & aſtu atque permutatione: nondum enim prolatis armis, oportebat abuti legibus.

37. „Poſthæc inimicis novos delectus habentibus, opus mihi erat legionibus Macedonicis: ſed occaſio deerat. Increbuerant quidem rumores, vaſtari a Getis Macedoniam: ſed quum his non crederetur, mitterenturque qui rem explorarent; legem interim tuli de Dictatura, ne quis eam vel nominet, vel decernat, vel oblatam accipiat. Qua re maxime captus ſenatus dedit mihi exercitum. Ac tunc demum equidem mihi viſus ſum par eſſe adverſariis; non his manifeſtis, ut putat Cæſar, ſed aliis, cum pluribus, tum potentioribus, & latere adhuc volentibus. His autem rebus confectis, ſupererat mihi unus homicidarum, hærens in cervicibus, Decimus Brutus, opportunæ provinciæ magnoque exercitui præfectus Quem ego quum audaciorem etiam reliquis eſſe ſcirem, privavi Gallia; &, ut ſpecie aliqua

Digitized by Google

βουλῆς Μακεδονίαν ὑπισχνούμενος ἀντιδώσειν, γυμνὴν στρατοῦ γενομένην. Ἀγανακτούσης δὲ τῆς βουλῆς, καὶ τὴν ἐνέδραν ἤδη καθορώσης, καὶ ἴστε οἷα καὶ ὅσα Δέκμῳ πολλῶν γραφόντων, καὶ ἐπαλειφόντων ἤδη τοὺς μετ' ἐμὲ ὑπάτους· ἐγὼ, θρασύτερον ἔτι, τὸ μὲν ἔθνος, ἀντὶ τῆς βουλῆς, νόμῳ παρὰ τοῦ δήμου λαβεῖν ἐπενόησα· τὸν δὲ στρατὸν ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ἐς τὸ Βρεντέσιον ἐπέρων, ὡς χρησόμενος δὴ ἐς τὰ ἐπείγοντα. καὶ, σὺν θεοῖς εἰπεῖν, χρησόμεθα, ὡς ἂν αἱ χρεῖαι καλῶσιν. A. U. 710.

XXXVIII. Οὕτως ἐκ πολλοῦ δέους τοῦ πρὶν ἡμᾶς ἐπισχόντος, μετεβάλομεν ἔς τε ἀσφάλειαν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἐγκρατῆ, καὶ ἐς θάρσος ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς· ὧν ἐκφανέντων, ἀνεφάνη καὶ ἡ τῶν πλεόνων ἐς τοὺς πολεμίους σπουδή. Ὁρᾶτε γὰρ, ὅση μὲν αὐτοῖς ἐστι μεταμέλεια τῶν ἐψηφισμένων, ὅσος δὲ ἀγὼν ἀφελέσθαι με τὴν Κελτικὴν ἤδη δεδομένην. ἴστε ἃ γράφουσι Δέκμῳ, καὶ ὅσα τοὺς ὑπάτους μετ' ἐμὲ πείθουσι περὶ τῆς Κελτικῆς με-

*Lin. 99. ὅταν αἱ χρεῖαι malnit Muſgrav. L. 2 ſq. αὐτῶν abeſt ab Aug. nec valde deſideratur. L. 7. Mallem ἴστε δὲ ἃ. Ibid. γράφουσι Aug. mend. L. 8. An τοὺς μετ' ἐμὲ ὑπάτους?*

„uterer apud ſenatum, pollicitus ſum, me Macedoniam exercitu nudatam in vicem illi daturum. Indignante vero ſenatu, ut cui ſubolerent inſidiæ; multiſque, ut ſcitis, per literas multa Decimo ſignificantibus, & Conſules deſignatos mecum committere parantibus; ego jam audaciori ratione ſtatui, provinciam quidem poſthabito ſenatu per rogationem a populo accipere, exercitum vero e Macedonia Brunduſium tranſportare, utendum ad res neceſſarias: quo etiam utar, diis volentibus, ad quidquid fuerit opus.

38. „Sic, ex magno timore priſtino, non modo ad certam ſecuritatem rediimus, ſed etiam eo loco ſumus, ut audere poſſimus contra inimicos; qui poſtquam exorti ſunt, adparuit ſimul ſtudium erga eos plurimorum. Videtis enim, quam eos præteritorum Senatuſconſultorum pœniteat, quantaque contentione hoc agant, ut conceſſa jam mihi adimatur Gallia: ſcitis, quid ſcribant Decimo; quid conſulibus deſignatis perſuadere conentur, de mutando S. C. quod

A. U. 710.

ταψηφίσασθαι. Ἀλλὰ σὺν θεοῖς τε πατρῴοις, καὶ σὺν εὐσεβεῖ γνώμῃ, καὶ σὺν ταῖς ὑμετέραις ἀνδραγαθίαις, μεθ' ὧν καὶ ὁ Καῖσαρ ἐκράτει, ἀμυνοῦμεν αὐτῷ, τῷ τε σώματι ἐπεξιόντες, καὶ τῇ γνώμῃ βοηθοῦντες. Ταῦτά μοι, γιγνόμενα μὲν, ὦ συστρατιῶται, ἔτι ἔχρῃζον ἀπόρρητα εἶναι· γενόμενα δὲ, ἐξενήνεχται πρὸς ὑμᾶς, οὓς ἐγὼ καὶ ἔργου καὶ λόγου κοινωνοὺς ἐς ἅπαντα τίθεμαι. Καὶ τοῖς ἄλλοις, εἴ τινες αὐτὰ οὐ συνορῶσι, μεταφέρετε, πλὴν μόνου Καίσαρος, ἀχαρίστως ἐς ἡμᾶς ἔχοντος.

XXXIX. Τοιαῦτα τοῦ Ἀντωνίου διεξιόντος, παρέστη τοῖς ταξιάρχαις, αὐτὸν ἅπαντα μετ' ἔχθρας ἀκριβοῦς ἐς τοὺς ἀνδροφόνους, ἐπιτεχνάζοντα τῇ βουλῇ, πεποιηκέναι. ἠξίουν δὲ καὶ ὡς, τῷ Καίσαρι συναλλαγῆναι. καὶ πείσαντες αὐτοὺς, συνήλλασσον αὖθις ἐν τῷ Καπιτωλίῳ. Οὐ πολὺ

*Lin. 9.* μεταψηφίσασθαι *Edd. ex Reg. A.* μεταψηφίσασθε *mend. Reg. B.* μεταψηφίζεσθαι *maluerat H. Steph. Prætuli Aug. L. 10.* ἡμετέραις *Edd. & Cand. Prætuli Aug. L. 15.* κοινωνοὺς ἅπαντας τίθεμαι *Edd. Recte Aug. Ven. &* ἅπαντα *etiam, non* ἅπαντας, *dant Regii. L. 19.* αὐτὸν *caret Aug. & abeſſe poteſt; ni, mutata ſede, malis* ἅπαντα αὐτόν.

„ad illam provinciam adtinet. Ego vero, diis hujus urbis præſidibus meorumque conſiliorum pietate fretus, & fortitudine veſtra, qua Cæſar ſemper victor evaſit, operam dabo, ne inultum eum ſinamus, quantum vel virium nobis vel conſilii ſuppetet. Et has quidem res, dum in molimine erant, celari adhuc oportuit: nunc vero, poſtquam effectæ ſunt, vobis eaſdem expoſui, COMMILITONES! quos ego & rerum gerendarum & conſiliorum meorum ſocios arbitroſque facio. Voloque, communicetis hæc eadem aliis, qui harum rerum rationem minus perſpiciunt; excepto uno Cæſare, qui tam ingratum erga nos gerit animum."

39. Hac *Antonii oratione* perſuaſum eſt præfectis militum, omnia pertinaci erga parricidas odio ab eo facta eſſe ad circumveniendum ſenatum. Sed nihilo ſecius hortati ſunt, perviceruntque, *ut reconciliaretur Cæſari*: & iterum reduxerunt eos in gratiam in Capitolio. Neque vero ita

Digitized by Google

Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον ὁ Ἀντώνιος τῶν σωματοφυλάκων τινὰς ἐς τοὺς φίλους παρήγαγεν, ὡς ὑπηρέτας γενομένους ἐπιβουλεύοντος αὐτῷ τοῦ Καίσαρος· εἴτε συκοφαντῶν, εἴτε τῷ ὄντι νομίσας, εἴτε περὶ τῶν εἰς τὰ στρατόπεδα περιπεμφθέντων πυθόμενος, καὶ τὴν ἐς τὸ ἔργον ἐπιβουλὴν μεταφέρων ἐς τὸ σῶμα. ὅ τε λόγος ἐκδραμὼν, αὐτίκα θόρυβον ἤγειρε πάνδημον, καὶ ἀγανάκτησις ἦν. ὀλίγοι μὲν γὰρ, οἷς τι λογισμοῦ βαθέος ἦν, ᾔδεσαν, Καίσαρι συμφέρειν, Ἀντώνιον καὶ βλάπτοντα ὅμως περιεῖναι, ἐπίφοβον ὄντα τοῖς φονεῦσιν· ἀποθανόντος γὰρ, ἀδεέστερον ἐκείνους ἅπασιν ἐπιτολμήσειν, βοηθουμένους μάλιστα ὑπὸ τῆς βουλῆς. ὧδε μὲν εἴκαζον οἱ συνετώτεροι. τὸ δὲ πλέον, ὁρῶντες οἷα καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ὁ Καῖσαρ ὑβριζόμενός τε καὶ ζημιούμενος πάσχοι, οὐκ ἄπιστον ἐτίθεντο τὴν διαβολὴν, οὐ δὲ ὅσιον ἢ ἀνεκτὸν ἐνόμιζον, Ἀντώνιον ὑπατεύοντα ἐς τὸ σῶμα ἐπιβεβουλεῦσθαι. A. U. 710.

Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ πρὸς οὕτως ἔχοντας ἐξέτρεχε σὺν ὀργῇ μανιώδει, καὶ ἐβόα, αὐτὸς ἐπιβουλεύεσθαι πρὸς Ἀντωνίου

*Lin.* 37. ἐτίθετο *Edd.* & *MSS. noſtri, quod corrigendum putavi.*

ita multo poſt *Antonius ex ſatellitibus* ſuis *aliquot detulit* apud amicos, *tanquam operam ad ſe tollendum pollicitos Cæſari*: ſive calumnia fuit hæc, ſive re vera id credidit; ſive, quia miſſos quoſdam ad ſollicitandum exercitum cognoverat, inſidiis peti corpus ſuum putavit. Quod ubi vulgo innotuit, tota urbe tumultuatum eſt magna indignatione. Etenim pauci quidem, qui altius rem introſpexerant, intelligebant, *multum intereſſe Cæſaris, ut Antonius, quamquam in eum iniquus, ſalvus ſit, eo quod formidini eſſet percuſſoribus: quo ſublato, illos nihil non auſuros, præſertim adjuvante ſenatu.*" Et hæc quidem erat prudentiorum conjectura. Sed major pars, videns, quanta detrimenta quantaſque injurias ab Antonio Cæſar quotidie pateretur, facilius credebat calumniis: ſed indignum tamen ac nefarium judicabat, Antonium, ſummo magiſtratu fungentem, periclitari de vita. Tum *Cæſar* & ad hos excurrit furibundus, *imo ſibi Antonium inſidias ſtruere*, vociferans,



Digitized by Google

A. U. 710. ἐς τὴν παρὰ τῷ δήμῳ φιλίαν, ἔτι οἱ μόνην οὖσαν· ἐπί τε τὰς θύρας τοῦ Ἀντωνίου δραμὼν, τὰ αὐτὰ ἐβόα, καὶ θεοὺς ἐμαρτύρετο, καὶ ἀρὰς ἠρᾶτο πάσας, καὶ ἐς δίκην ἐλθεῖν προὐκαλεῖτο. οὐδενὸς δὲ προϊόντος, Ἐν τοῖς φίλοις, ἔφη, δέχομαι τοῖς σοῖς κριθῆναι· καὶ εἰπὼν, ἐπέτρεχεν ἔσω. κωλυθεὶς δὲ, αὖθις ᾤμωζε, καὶ ἐλοιδορεῖτο αὐτῷ, καὶ τοῖς περὶ θύρας ἠγανάκτει, κωλύουσι τὸν Ἀντώνιον ἐλεγχθῆναι. ἀπιών τε, τὸν δῆμον ἐμαρτύρετο, εἴ τι πάθοι, πρὸς Ἀντωνίου δολοφονεῖσθαι. Λεγομένων δὲ τῶνδε σὺν πάθει πολλῷ, μετέπιπτε τὸ πλῆθος, καί τις αὐτοῖς τῆς πρὶν δόξης μετάνοια ἐνεγίγνετο. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τότε ἀπιστοῦντες, ὤκνουν ἑκατέρῳ τὸ πιστὸν νέμειν. καί τινες ὑπόκρισιν ἀμφοῖν τὰ γιγνόμενα διέβαλλον εἶναι, συνθεμένων μὲν ἄρτι ἐν ἱερῷ, μηχανωμένων δὲ ταῦτα ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς. οἱ δὲ αὐτὰ τὸν Ἀντώνιον ἡγοῦντο ἐπινοεῖν, εἰς ἀφορμὴν φρουρᾶς πλείονος, ἢ ἐς ἀλλοτρίωσιν τῶν κληρούχων Καίσαρι.

XL. Ὡς δὲ τῷ Καίσαρι ὑπὸ τῶν κρύφα ἀπεσταλμέ-

*quando alienaret a ſe populum, cujus unius favor ſibi adhuc fuiſſet reliquus:* & ad fores ipſius *Antonii* procurrens, hæc eadem clamitabat, deos obteſtans, & diris ſe devovens, ſimulque ad diſceptandum judicio eum provocans. Quumque nemo prodiret: *Tuos*, inquit, *amicos arbitros facio:* & cum dicto, conatus eſt irrumpere. Sed repreſſus, convicia rurſus in eum jecit cum gemitu; iratus excludentibus, ne coargueretur Antonius. Dein diſcedens, populum conteſtatus eſt, *ſi quid ſibi accidiſſet, id imputandum cruentis inſidiis Antonii.* Quod quum miſerabili voce maxime clamitaret; animum mutavit vulgus, & prioris opinionis eum ſubiit pœnitentia. Erant autem, qui etiam tunc ambigerent, utri credendum eſſet: alii criminabantur utrumque fingere hæc in perniciem inimicorum, quando inter ipſos recens in templo ſarta ſit gratia: rurſum alii credebant, commentum hoc Antonii eſſe, ut ea occaſione augeret ſuum ſatellitium, aut veteranos alienaret a Cæſare.

40. Cui poſtquam ab oc-

νων ἀπηγγέλθη, τὸν ἐν Βρεντεσίῳ στρατὸν καὶ τοὺς ἀπῳκισμένους ἐν ὀργῇ τὸν Αντώνιον ἔχειν, ἀμελοῦντα τοῦ Καίσαρος φόνου, καὶ σφᾶς ἐπικουρήσειν, ἂν δύνωνται· ὁ μὲν Αντώνιος ἐς τὸ Βρεντέσιον ἐξῄει διὰ τάδε. Δείσας δὲ ὁ Καῖσαρ, μὴ μετὰ τῆς στρατιᾶς ἐπανελθὼν ἀφρούρητον αὐτὸν λάβοι, χρήματα φέρων εἰς Καμπανίαν ᾔει, πείσων τὰς πόλεις οἱ στρατεύεσθαι τὰς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ᾠκισμένας. καὶ ἔπεισε Καλατίαν πρώτην, ἐπὶ δ᾽ ἐκείνῃ Κασιλῖνον, δύο τάσδε Καπύης ἑκατέρωθεν· ἐπιδοὺς δ᾽ ἑκάστῳ δραχμὰς πεντακοσίας, ἦγεν ἐς μυρίους ἄνδρας, οὔτε ὡπλισμένους ἐντελῶς, οὔτε συντεταγμένους πω κατὰ ἴλας, ἀλλ᾽, ὡς ἐς μόνην τοῦ σώματος φυλακὴν, ὑφ᾽ ἑνὶ σημείῳ. Οἱ δὲ ἐν ἄστει, τὸν Αντώνιον δεδιότες μετὰ στρατιᾶς ἐπανιόντα, ὡς ἐπύθοντο καὶ τὸν Καίσαρα μετ᾽ ἑτέρας προσιέναι, οἱ μὲν διπλασίως ἐδεδοίκεσαν, οἱ δ᾽ ὡς χρησόμενοι κατ᾽ Αντωνίου Καίσαρι ἠσμένιζον· οἱ δὲ, — *A. U. 710.*

*Lin. 66. Vulgo omnes* Κιλατίαν. *Correxi mendam cum Gelen. & Cluvero. Ibid. ſq.* ἐκείνῃ καὶ Σίλιον *Edd. Cand.* ἐκείνῃ καὶ Κύλιον *Aug. Et hanc mendam ſuſtuli, præeuntibus eiſdem viris doctis.*

eulte miſſis renunciatum eſt, cum legiones Brunduſii, tum veteranos in colonias diviſos, iratos eſſe Antonio, quod inultam ſineret necem Cæſaris, pollicerique eos operam ſuam ad hoc pro viribus: *Antonius* ea de cauſa *Brunduſium profectus* eſt. *Cæſar* autem, veritus, ne ille, cum exercitu reverſus, ſe opprimeret deſtitutum præſidio, cum pecuniis properavit *in Campaniam*, veteranos a patre in colonias deductos ad militiam ſuam revocaturus. Moxque primam ad ſe pellexit *Calatiam*, dein *Caſilinum*, ſitas ex utroque latere Capuæ: repræſentatiſque in ſingulos bis mille ſeſtertiis, contraxit circiter decem millia virorum; neque juſta quidem armatura inſtructorum, nec dum digeſtorum in militares ordines, ſed omnes ſub uno ſigno ductans tamquam ſatellitium. At urbani, quum jam timuiſſent redeuntem cum exercitu *Antonium*, ubi *Cæſarem* quoque cum alio adventare exercitu cognoverunt; alii duplicaverunt metum, alii libenter id acceperunt, quaſi uſuri Cæſare contra Antonium; alii denique, qui viderant eos

A. U. 710. αὐτῶν τὰς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ διαλλαγὰς ἑωρακότες, ὑπόκρισιν ἐνόμιζον εἶναι τὰ γιγνόμενα, καὶ ἀντίδοσιν Ἀντωνίῳ μὲν δυναστείας, Καίσαρι δὲ τῶν φονέων.

XLI. Ὧδε δὲ αὐτῶν θορυβουμένων, Κανούτιος ὁ δήμαρχος, ἐχθρὸς ὢν Ἀντωνίῳ, καὶ παρ' αὐτὸ Καίσαρι φίλος, ὑπήντα τῷ Καίσαρι· καὶ τὴν γνώμην ἐκμαθὼν, ἀπήγγελλε τῷ δήμῳ, μετ' ἔχθρας Ἀντωνίου σαφοῦς ἐπιέναι τὸν Καίσαρα, καὶ χρῆναι δεδιότας Ἀντώνιον ἐπὶ τυραννίδι τόνδε προσεταιρίσασθαι, στρατὸν ἄλλον οὐκ ἔχοντας ἐν τῷ παρόντι. Ταῦτα δ' εἰπὼν, ἐσῆγε τὸν Καίσαρα, αὐλισάμενον πρὸ τοῦ ἄστεος ἀπὸ σταδίων πεντεκαίδεκα ἐν τῷ τοῦ Ἄρεος ἱερῷ. Ὡς δὲ εἰσῆλθον, ὁ μὲν εἰς τὸν νεὼν τῶν Διοσκούρων παρῆλθε, καὶ τὸν νεὼν περιέστησαν οἱ στρατευόμενοι, ξιφίδια ἀφανῶς περιεζωσμένοι. Κανούτιος δὲ πρότερον ἐδημηγόρει κατὰ τοῦ Ἀντωνίου. ὁ δὲ καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοὺς ὑπεμίμνησκε, καὶ ὧν αὐτὸς ὑπὸ Ἀντωνίου

*Lin. 78. & l. 88.* Καρνούτιος *Edd. MSS. & Cand. mendoſe.* *L. 79.* καὶ παρ' αὐτῷ *edit. 1. mend. ex Reg. A.* *L. 86. Non video, cur ante verba* Ὡς δὲ καὶ Aſteriſcus *poſitus ſit in Edd. tamquam deeſſet ibi aliquid aut corruptum eſſet.* *L. 90.* πατρὸς αὐτοῦ ὑπεμιμ. *Aug. perperam.*

in Capitolio rediiſſe in gratiam, ficte hæc fieri putabant, mutuaſque ſibi illos præſtare operas, ut *Antonius* potiretur cupita potentia, *Cæſar* de parricidis pœnas ſumeret.

41. In hac trepidatione *Canutius*, *tribunus plebis*, inimicus Antonio, eoque *Cæſari amicus*, obviam Cæſari profectus, voluntate ejus cognita, renunciavit populo „Antonium profeſſis inimicitiis a Cæſare peti, & oportere Cæſarem contra Antonium, metu tyrannidis, adſciſci a populo in ſocietatem, quoniam nullus alius præſto ſit exercitus.“ His dictis, introduxit Cæſarem, qui tum ad Martis ſecundo ab Urbe lapide diverterat. *Cæſar, urbem ingreſſus*, ad ædem Caſtorum ſe contulit, quam mox veterani circumſteterunt cum occultis pugionibus. Ibi prior *Canutius pro concione invectus* eſt *in Antonium.* Tum ipſe *Cæſar* dicere orſus, renovavit patris memoriam; injuriaſque ab Antonio acceptas commemoravit, propter quas etiam exercitum illum, ſuæ

πάθοι, δι' ἃ καὶ τόνδε τὸν στρατὸν ἐς φυλακὴν εἴη συνειλεγμένος· ἔφη τε, ἐς πάντα τῆς πατρίδος ὑπηρέτης καὶ κατήκοος ἔσεσθαι, καὶ ἐς τὰ νῦν πρὸς Ἀντώνιον ἕτοιμος. A. U. 710.

XLII. Ὧδε δ' εἰπόντος αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐκκλησίαν διαλύσαντος ἐπὶ τῷδε, ὁ στρατὸς, ἡγούμενος ἐς τὸ ἐναντίον ἐπὶ διαλλαγαῖς Ἀντωνίου τε καὶ Καίσαρος ἀφῖχθαι, ἢ ἐς μόνην γε φυλακὴν τοῦ Καίσαρος, καὶ τῶν φονέων ἄμυναν, ἤχθοντο τῇ κατὰ Ἀντωνίου προαγορεύσει, στρατηγοῦ τε σφῶν γεγονότος, καὶ ὄντος ὑπάτου. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἐπανελθεῖν ᾔτουν εἰς τὰ οἰκεῖα, ὡς ὁπλιούμενοι, οὐ γὰρ ἄλλων ἢ τῶν ἰδίων ὅπλων ἀνέξεσθαι· οἱ δὲ καὶ τὸ ἀληθὲς ὑπέφαινον. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἠπόρητο μὲν, ἐς τὸ ἐναντίον ὧν προσεδόκησε μετενεχθείς· ἐλπίσας δ' αὐτῶν πειθοῖ μᾶλλον, ἢ βίᾳ, περιέσεσθαι, συνεχώρει ταῖς προφάσεσι, καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ τὰ ὅπλα ἔπεμπε, τοὺς δὲ ἁπλῶς ἐς τὰ οἰκεῖα. πάντας δ', ἐπικρύπτων τὴν ἀχθηδόνα, ἐπῄνει τῆς συνόδου, καὶ ἐδωρεῖτο ἑτέραις δωρεαῖς· καὶ, δαψιλέστερον ἔτι ἀμείψεσθαι, ἔλεγεν, αἰεὶ χρώμε-

*Lin.* 9. ἀμείψασθαι *Edd. Recte Aug. Ven.*

cuſtodiæ cauſa, contraxiſſet; denique *patriæ operam ſuam* & obſequium, cum in aliis rebus omnibus, tum in præſens *contra Antonium* eſt *pollicitus.*

42. Quæ cum ille dixiſſet, digreſſa concione, *milites*, qui contra adveniſſe ſe putarant ad concordiam inter Cæſarem & Antonium redintegrandam, aut certe ad cuſtodiam *Cæſaris* & ad ultionem de percuſſoribus, *ægre ferebant bellum* ita *denunciatum Antonio*, duci quondam ſuo, & tunc etiam Conſuli. Horumque alii *petebant reditum* ad ſuos, tamquam arma paraturi: non enim ſe alia, niſi ſua quibus adſueſſent, arma ferre poſſe. Alii vero, id quod erat, præ ſe ferebant. *Cæſar*, ut vidit rem in diverſum cedere, turbatus quidem haud paulo; ſperans tamen, verbis potius, quam vi, ſe eos retracturum; conceſſit eorum petitis, alteros ad arma paranda mittens, alteros domum ſimpliciter: diſſimulatoque dolore laudavit univerſos, quod ſe deduxiſſent, aliiſque denuo muneribus donavit; *largius etiam deinceps quavis alia occaſione ſe eos donaturum*, dicens,

A. U. 710.

νος ἐς τὰ ἐπείγοντα, ὡς πατρικοῖς φίλοις μᾶλλον, ἢ στρατιώταις. Χιλίους μὲν δὴ μόνους ἢ τρισχιλίους, τάδε λέγων, ἐπέκλασεν ἐκ μυρίων οἱ παραμεῖναι· διαφέρονται γὰρ περὶ τοῦ ἀριθμοῦ. Οἱ δὲ λοιποὶ τότε μὲν ἐξῄεσαν· ἀνεμιμνήσκοντο δ᾽ αὐτίκα γεωργίας τε πόνων, καὶ κερδῶν στρατείας, καὶ λόγων τῶν Καίσαρος, καὶ εὐπειθείας αὐτοῦ πρὸς ἃ ἐβούλοντο, καὶ χαρίτων ὧν τε εἰλήφεσαν καὶ ὧν ἤλπιζον ἔτι λήψεσθαι· οἷόν τε ὄχλος ἀνώμαλος, μετενόουν, καὶ τῆς προφάσεως ἐς εὐπρέπειαν ἐπιβαίνοντες, ὡπλίζοντο, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπανῄεσαν. Ὁ δὲ ἤδη μετὰ χρημάτων ἄλλων τήν τε Ῥάβενναν καὶ τὰ ἀγχοῦ πάντα περιῄει, στρατεύων ἑτέρους ἐφ᾽ ἑτέροις, καὶ πάντας ἐς Ἀρρήτιον ἔπεμπεν.

XLIII. Ἀντωνίῳ δ᾽ ἀφῖκτο μέσον ἐς τὸ Βρεντέσιον ἐκ πέντε τῶν ἐν Μακεδονίᾳ τελῶν τέσσαρα· ἐπιμεμφόμενοι δ᾽ αὐτὸν οὐκ ἐπεξελθόντα τῷ φόνῳ Καίσαρος, χωρὶς εὐφημίας ἐς τὸ βῆμα παρέπεμπον, ὡς περὶ τοῦδε σφι-

*Lin.* 18. ἀγχώμαλος *Edd. mend. Recte Aug. Ven. & Reg. B. a prim. manu.* *L.* 22. Ἀρίτιον *Edd. invitis MSS. noſtris.* Aritium *Cand.*

*quoties ad neceſſaria officia opera illorum, velut paternorum amicorum potius, quam militum, fuerit uſus.* His verbis flexi mille tantum, vel tria millia, ex decem millibus, (de numero enim non convenit,) apud eum permanſerunt. *Ceteri* tunc quidem *abierunt.* Sed *mox* iidem, reputando labores agriculturæ & lucra militiæ, tum promiſſa Cæſaris, & facilitatem ejuſdem in concedendis quæ poſtulaverant, & gratiam cum jam redditam ſibi tum ſperatam in poſterum; ut ſunt mores vulgi mutabiles; pœnitentia ducti, honeſtam occaſionem arripuerunt, &, quaſi in hoc tantum diſceſſiſſent ut juſta arma caperent, cum armis ultro *ad Cæſarem reverſi* ſunt: qui jam, Ravennam & propinqua loca obeundo cum alia pecunia, continuatis delectibus in dies augebat copias, juſſas coire Arretium.

43. *Antonio* interim, ex quinque Macedonicis legionibus, *quatuor legiones Brundufium advenerant:* quæ incuſantes eum ob ceſſationem in perſequendis interfectoribus Cæſaris, ſine adclamationibus deduxerunt ad tribunal,

σιν ἐκλογιούμενον πρώτου. ὁ δὲ αὐτοῖς χαλεπτόμενος τῆς σιωπῆς, οὐ κατέσχεν, ἀλλ' ὠνείδιζεν ἀχαριστίαν ἐκ Παρθυαίων ὑπὸ οὗ μετενεχθεῖσιν ἐς τὴν Ἰταλίαν, καὶ οὐκ ἐπιμαρτυροῦσι τοιᾶσδε χάριτος. ἐμέμφετο δὲ, ὅτι καὶ παρὰ μειρακίου προπετοῦς (ὧδε τὸν Καίσαρα καλῶν) ἄνδρας ἐπιπεμπομένους σφίσιν εἰς διαφορὰν οὐκ αὐτοὶ προσάγουσιν αὐτῷ. ἀλλὰ τούσδε μὲν αὐτὸς εὑρήσειν, τὸν δὲ στρατὸν ἄξειν ἐπὶ τὴν ἐψηφισμένην οἱ χώραν εὐδαίμονα Κελτικὴν, καὶ τοῖς παροῦσιν ἑκάστῳ δοθήσεσθαι δραχμὰς ἑκατόν. Οἱ δὲ ἐγέλασαν τῆς μικρολογίας· καὶ χαλεπήναντος αὐτοῦ, μᾶλλον ἐθορύβουν καὶ διεδίδρασκον. Ὁ δὲ ἐξανέστη, τοσοῦτον εἰπών· μαθήσεσθε ἄρχεσθαι. Αἰτήσας δὲ παρὰ τῶν χιλιάρχων τοὺς στασιώδεις (ἀνάγραπτος γάρ ἐστιν ἐν τοῖς Ῥωμαίων στρατοῖς

A. U. 710.

*Lin. 27.* ἐκλογιουμένου *Edd. mend. ex Reg. A. invitis ceteris MSS. L. 30 ſq.* ὅτι καὶ μειρακίου *Edd. & MSS. noſtri.* a juvene protervo *Cand. Inſertum* ἀπὸ *voluit Muſgr. Prætuli* παρά. *Neſcio tamen, an potius, omiſſa præpoſitione, paulo poſt (lin. 32.) pro* ἐπιπεμπομένους *reponendum ſit* ἐπιπεμπόμενοι. *L. 32. Vix dubitari debet, quin ſit* διαφθορὰν *legendum. L. 34.* στρατὸν ἄξειν *mend. Edd. Recte Aug.* ἄξειν. *Ibid.* ἐπεψηφισμένην *Edd. Verum rurſus dedit Aug. L. 35.* δοθήσεται *Edd. Prætuli Aug. L. 36.* τῆς σμικρολογίας *Aug. ut ſæpe alibi. L. 38.* μαθήσεσθαι *Edd. invitis MSStis & Cand.*

quippe rationem illius ceſſationis audituri ante omnia. Id ſilentium *Antonius* iniquo animo ferens, non continuit ſe, quin eis exprobraret ingratitudinem, non agnoſcentibus quanto præſtaret in Italiam ire, quam in Parthiam, nec ullum ſignum grati animi edentibus. Præterea querebatur, quod miſſos a petulante adoleſcentulo, (ſic enim adpellabat Cæſarem) concordiæ turbatores non adducerent ad ipſum. „Sed hos quidem ſe inventurum; exercitum vero ducturum ad decretam ſibi provinciam, fortunatam illam Galliam; & viritim his, qui adeſſent, quadringentos ſeſtertios diſtributurum." Eam in promittendo *parcitatem Antonii riſu exceperunt milites*; & iraſcente illo, magis etiam tumultuantes, *diſceſſerunt*. Tum ſurrexit & ipſe, &, hoc tantum profatus, *Diſcetis imperata facere!* abiit. Mox vero tribunos tradere ſibi ſeditioſos juſſit; (nam *in Romanorum militum catalogis, ad nomen cujuſque militis,*

A. U. 710. αἰεὶ καθ' ἕνα ἄνδρα ὁ τρόπος·) διεκλήρωσε τῷ στρατιωτικῷ νόμῳ· καὶ οὐ τὸ δέκατον ἅπαν, ἀλλὰ μέρος ἔκτεινε τοῦ δεκάτου, νομίζων σφᾶς ὧδε καταπλήξειν δι' ὀλίγου. οἱ δὲ οὐκ ἐς φόβον μᾶλλον, ἢ ἐς ὀργὴν ἀπὸ τοῦδε καὶ μῖσος, ἐτρέποντο.

XLIV. Ταῦτα δ' ὁρῶντες οὓς ὁ Καῖσαρ ἐπὶ διαφθορᾷ τῶνδε προπεπόμφει, βιβλία πολλὰ τότε μάλιστα διερρίπτουν ἐς τὸ στρατόπεδον, ἀντὶ τῆς Αντωνίου μικρολογίας τε καὶ ὠμότητος ἐς τὴν Καίσαρος μνήμην τοῦ προτέρου, καὶ βοήθειαν τοῦ νῦν, καὶ χορηγίας δαψιλεῖς μετατίθεσθαι. οὓς ὁ Αντώνιος μηνύμασί τε μεγάλοις ἐζήτει, καὶ ἀπειλαῖς, εἴ τις ἐπικρύπτοι. οὐδένα δὲ συλλαβὼν, ἐχαλέπαινεν, ὡς τοῦ στρατοῦ σφᾶς ἐπικρύπτοντος. Απαγγελλομένων δὲ καὶ τῶν ἐν ταῖς ἀποικίαις τε καὶ ἐν Ρώμῃ Καίσαρι πεπραγμένων, ἐθορυβεῖτο. καὶ ἐπελθὼν αὖθις ἐπὶ τὸν στρατὸν, ἔφη, χαλεπῆναι μὲν τῶν γεγονότων ὑπὸ ἀνάγκης στρατιωτικῆς ὀλίγοις, ἀντὶ

*Lin.* 43. διολίγου, *una voce*, *Aug.*

*mores etiam adnotari ſolent;*) e quibus, ex militari diſciplina, decimum quemque ſorte duxit: nec tamen hos omnes, ſed partem tantum adfecit ſupplicio; ſperans, ſe ea ratione brevi reliquos territurum. Eo autem facto irritati magis & *ad iram in Antoniam accenſi*, quam territi ſunt, *milites*.

44. Quod ubi videre *Cæſariani*, qui *ad corrumpendos Antonianos* fuerant *emiſſi*; magnum tum maxime numerum libellorum ſpargebant per exercitum; pro Antonii avaritia & crudelitate revocantes ſuperioris Cæſaris memoriam, & ad junioris Cæſaris opem largioraque dona invitantes. Quos quum, magno propoſito indicibus præmio, & celantibus pœnas interminatus, conquiſiviſſet *Antonius*; nemo tamen eſt comprehenſus. Quo magis ille iratus eſt militibus ſuis, quod ab his illos tegi intelligeret. Quum vero renunciarentur ei etiam quæ cum in coloniis tum in Urbe Cæſar agebat; territus *Antonius*, ad milites rurſus prodiit: „ dolere ſe, dicens, id quod neceſſitate ex diſciplinæ militaris ratione coactus feciſſet; quamquam in pauciores anim-

πλεόνων ὧν ἐκόλαζεν ὁ νόμος· αὐτοὺς δὲ εἰδέναι σαφῶς, A. U.
οὔτε ὠμὸν οὔτε μικρολόγον Ἀντώνιον. Ἀλλ' ὁ μὲν φθόνος 710.
οἰχέσθω, κεκορεσμένος, ἔφη, καὶ τοῖς ἁμαρτήμασι καὶ ταῖς κολάσεσι. τὰς δὲ ἑκατὸν δραχμὰς ὑμῖν οὐ δωρεάν, οὐ γὰρ τοῦτό γε τῆς Ἀντωνίου τύχης, ἀλλὰ τῆς πρώτης ἐς ὑμᾶς ἐντεύξεως προσαγορευτικὸν μᾶλλον, ἢ δωρεάν, ἐκέλευσα δοθῆναι· καὶ χρὴ νόμῳ πατρίῳ τε καὶ στρατιωτικῷ, καὶ ἐς τάδε αὐτῷ, καὶ ἐς πάντα, εὐπειθεῖς ὑπάρχειν. Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν, οὐδέν τι ἔτι προσθεὶς τῇ δωρεᾷ, τοῦ μὴ δοκεῖν ὁ στρατηγὸς ἡσσῆσθαι τοῦ στρατοῦ. οἱ δὲ ἐλάμβανον, εἴτε μεταγνόντες, εἴτε καὶ δεδιότες. ὁ δὲ αὐτῶν τοὺς μὲν ταξιάρχους, εἴτε μηνίων ἔτι τῆς στάσεως, εἴθ' ἑτέρως ὑπονοῶν, ἐνήλλασσε· τοὺς δὲ λοιποὺς, καὶ τἄλλα ἐν ταῖς χρείαις ἐδεξιοῦτο, καὶ προὔπεμπεν ἀνὰ μέρος, τὴν παραθαλάσσιον ὁδεύειν ἐπὶ Ἀριμίνου.

XLV. Αὐτὸς δ' ἐπιλεξάμενος ἐκ πάντων στρατηγίδα σπεῖραν ἀνδρῶν ἀρίστων τά τε σώματα καὶ τὸν τρόπον,

*Lin.* 66. οὐδὲν ἔτι *Edd.* τὶ *inſerui cum Aug.* *L.* 70. ἐνήλασσε *Edd. cum Regiis.* ἐνήλλασσε *Aug. Correxi mendum.*

„adverſum fuerit, quum plures punire lex juſſiſſet: ipſos autem præclare noſſe, quam nec ſordidus nec ſævus ſit Antonius. Sed faceſſat, inquit, invidia, & ſatis ſit tum erratorum tum pœnarum. Ceterum centenos illos denarios, non tamquam donum vobis dari juſſi, nec enim id dignum Antonii fortuna foret; ſed tantum primæ vobiſcum congreſſionis occaſione, & ſalutandi cauſa: oportet autem in hoc ipſo non minus, quam in ceteris omnibus rebus, morem patrium militaremque obſervare." Hæc locutus *Antonius*, nihil ad donativum addidit; ne videretur imperator ceſſiſſe militibus: & illi, vel pœnitentia facti, vel metu, contenti fuerunt oblato. Deinde vero, ſive ob ſeditionem etiam nunc iratus *Antonius*, ſive aliqua ſuſpicione motus, tribunos eis mutavit; milites autem, ubi uſus ferebat, tractavit comiter, & alios poſt alios per maritimas regiones Ariminum miſit.

45. Ipſe vero *Antonius*, habito delectu præſtantiſſimi cujuſque vel corporis dotibus vel animi, *confectaque* ex his *prætoria cohorte*, Romam iter

A. U. 710.

ὥδευεν ἐς Ῥώμην, ὡς ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸ Ἀρίμινον ὁρμήσων. Ἐσῄει δὲ ἐς τὴν πόλιν σοβαρῶς, τὴν μὲν ἴλην πρὸ τοῦ ἄστεος στρατοπεδεύσας, τοὺς δ' ἀμφ' αὐτὸν ἔχων ὑπεζωσμένους, καὶ τὴν οἰκίαν νυκτοφυλακοῦντας ἐνόπλους· συνθήματά τε αὐτοῖς ἐδίδοτο, καὶ αἱ φυλακαὶ παρὰ μέρος ἦσαν, ὡς ἐν στρατοπέδῳ. Συναγαγὼν δὲ τὴν βουλὴν, ὡς μεμψόμενος Καίσαρι περὶ τῶν πεπραγμένων, ἐσιὼν ἤδη, μανθάνει τῶν τεσσάρων τελῶν τὸ καλούμενον Ἄρειον κατὰ τὴν ὁδὸν ἐς Καίσαρα μετατεθεῖσθαι. καὶ αὐτῷ τὴν εἴσοδον ἐπισχόντι τε καὶ διαποροῦντι ἀγγέλλεται, καὶ τὸ καλούμενον Τέταρτον ὁμοίως τοῖς Ἀρείοις ἐς Καίσαρα μετατεθεῖσθαι. Διαταραχθεὶς οὖν εἰσῆλθε μὲν ἐς τὸ βουλευτήριον· ὡς δ' ἐφ' ἕτερα αὐτοὺς συναγαγὼν, μικρὰ διελέχθη, καὶ εὐθὺς ἐπὶ τὰς πύλας ἐχώρει, καὶ ἀπὸ τῶν πυλῶν ἐπὶ Ἄλβην πόλιν, ὡς μεταπείσων τοὺς ἀποστάντας. βαλλόμενος δ' ἀπὸ τοῦ τείχους, ἀνέστρεφε· καὶ τοῖς ἄλλοις τέλεσι προσέπεμπεν ἀνὰ πεντακοσίας δραχμὰς ἑκάστῳ· καὶ σὺν οἷς εἶχεν αὐτὸς ἐς Τίβου-

ſecit: inde porro iturus Ariminum. *Intravit* autem *Urbem magno faſtu*, equitum quidem ala in ſuburbiis relicta; ſed ſtipatus accinctis militibus, e quibus etiam cuſtodiam circa ædes ſuas diſpoſuit, quæ ibi ſub armis excubias agebat, data caſtrenſi more teſſera, cuſtodibuſque per quatuor vigilias diſtributis. Convocato deinde ſenatu ut quereretur de Cæſaris conatibus, in ipſo aditu curiæ nuncium *Antonius* accepit, *e quatuor illis legionibus unam, cognomine* MARTIAM, *in itinere ſigna ad Cæſarem transtuliſſe*. Quumque cogitabundus conſtitiſſet, ecce alius nuncius adfert, *Quartam quoque, quæ vocabatur, legionem pariter ad illum tranſiiſſe*. Quare territus, intravit quidem curiam; ſed, quaſi alia de cauſa patres convocaſſet, pauca locutus, ad portam recta properavit, & inde porro *Albam*; verbis, ut putabat, deſertores reducturus ad officium. Sed quum peteretur telis e mœnibus; retulit pedem, reliquiſque legionibus viritim bis mille miſit ſeſtertios: quas vero circa ſe habebat copias, *Tibur*

Digitized by Google

ρον ἐξῄει, σκευὴν ἔχων τὴν συνήθη τοῖς ἐπὶ τοὺς πολέμους ἐξιοῦσι. καὶ γὰρ ἤδη σαφὴς ἦν ὁ πόλεμος, Δέκμου τὴν Κελτικὴν οὐ μεθιέντος. A. U. 710.

XLVI. Δεῦρο δὲ ὄντι, ἥ τε βουλὴ σχεδὸν ἅπασα, καὶ τῶν ἱππέων τὸ πλεῖστον, ἀφίκετο ἐπὶ τιμῇ, καὶ ἀπὸ τοῦ δήμου τὸ ἀξιολογώτατον. οἳ καὶ, καταλαβόντες αὐτὸν ὁρκοῦντα τοὺς παρόντας οἱ στρατιώτας, καὶ τοὺς ἐκ τῶν πάλαι στρατευσαμένων συνδραμόντας, (πολὺ γὰρ καὶ τοῦτο ἦν,) συνώμνυον ἑκόντες, οὐκ ἐκλείψειν τὴν ἐς Ἀντώνιον εὔνοιάν τε καὶ πίστιν· ὡς ἀπορῆσαι, τίνες ἦσαν οἱ πρὸ ὀλίγου παρὰ τὴν Καίσαρος ἐκκλησίαν τὸν Ἀντώνιον ἐβλασφήμουν. Ὁ μὲν δὴ λαμπρῶς οὕτως ἐς τὸ Ἀρίμινον προεπέμπετο, ὅθεν ἐστὶν ἡ τῆς Κελτικῆς ἀρχή. Καὶ ὁ στρατὸς ἦν αὐτῷ, χωρίς γε τῶν νεολέκτων, τρία τέλη τὰ ἐκ Μακεδονίας μετάπεμπτα, (ἤδη γὰρ αὐτῷ καὶ τὸ λοιπὸν ἀφῖκτο·) ἐξεστρατευμένοι δὲ ἔνιοι καὶ γηρῶντες, ὅμως ἐδόκουν νεοσυλλόγων ἀμείνους ἐς τὸ δι-

*Lin. 93 ſq. An* ἐπὶ τοὺς πολεμίους? in hoſtes *Cand. L. 95.* μετιέντος *mend. Edd. Recte Aug. L. 97.* καὶ το ἱππέων *Aug. mend. L. 98.* ἀξιολογώτατόν οἱ καὶ καταλαβ. *Edd. Interpunxi cum Aug. poſt* ἀξιολογώτατοι, *& cum eodem repoſui* οἳ *pro* οἱ. *L. 9 ſq. Suſpicor legendum* ἐξεστρατευμένων δὲ ἦν, οἵ, εἰ καὶ γηρῶντες *&c.*

duxit, eo adparatu quo ad bellum iri ſolet. Jam enim *certum* erat *bellum, quod Decimus Galliam nollet tradere.*

46. *Tiburi* autem agenti *Antonio ſenatus* ferme univerſus *præſto fuit* honoris cauſa, & equitum Romanorum pars maxima, tum e plebe præſtantiſſimus quiſque. Qui, quum ſupervenirent exigenti ſacramentum a militibus quos circa ſe habebat & a veteranis emeritis, (nam & horum magnus numerus ad eum confluxerat;) ultro cum his *jurarunt, manſuros ſe in* amicitia & *fide Antonii*: ut dubitari poſſet, ubinam eſſent, qui paulo ante, concionante Cæſare, convicia in Antonium jecerant. Itaque, ſplendido comitatu deducente, *Ariminum petebat Antonius*, ſitum in primo aditu Galliæ; habens, præter tirones, legiones Macedonicas tres; (jam enim & reliquum earum ei advenerat;) unam autem veteranorum, qui, quamquam ſeniores, videbantur tamen duplo præſtare tironibus. Atque

A. U. 710. πλάσιον εἶναι. Οὕτω μὲν Ἀντωνίῳ τέσσαρα ἐγίγνετο τέλη γεγυμνασμένων ἀνδρῶν, καὶ ὅσον ἐξ ἔθους αὐτοῖς ἐπίκουρον ἄλλο ἕπεται, καὶ ἡ τοῦ σώματος φρουρὰ, καὶ τὰ νεόλεκτα. Λέπιδός τε ἔχων ἐν Ἰβηρίᾳ τέσσαρα τέλη, καὶ Ἀσίνιος Πολλίων δύο, καὶ Πλάγκος ἐν τῇ ἑτέρᾳ Κελτικῇ τρία, ἐδόκουν αἱρήσεσθαι τὰ Ἀντωνίου.

XLVII. Καίσαρι δὲ ἦν δύο μὲν ὁμοίως τὰ ἀξιολογώτατα, εἰς αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἀντωνίου μεταστάντα, ἓν δὲ νεοσυλλόγων, δύο δὲ ἐκ τῶν πρότερον ἐστρατευμένων, οὐκ ἐντελῆ μὲν ταῦτα τοῖς ἀριθμοῖς οὐδὲ ταῖς ὁπλίσεσι, ὑπὸ δὲ τῶν νεοσυλλόγων καὶ ταῦτα ἀναπληρούμενα. Συναγαγὼν δ᾽ ἅπαντας ἐς Ἄλβην, ἐπέστελλε τῇ βουλῇ. ἡ δὲ ἐφήδετο μὲν αὖθις Καίσαρι, ὡς ἀπορεῖν καὶ τότε, τίνες ἦσαν οἱ προὔπεμπον Ἀντώνιον· ἤχθοντο δὲ τοῖς τέλεσιν οὐκ ἐς τὴν βουλὴν, ἀλλ᾽ ἐς τὸν Καίσαρα, μετελθοῦσιν. Επαινέσαντες δ᾽ ὅμως αὐτούς τε καὶ τὸν Καίσαρα, ἔφασαν, ὀλίγον ὕστερον ὅ τι χρὴ ποιεῖν αὐτοὺς

*Lin.* 15. Ἀσίννιος *Aug. Reg. B. a prim. manu.* *L.* 22. ἐπέστελλε *Edd. Recte Aug. Cand.* *L.* 23. οἱ δὲ ἐφήδετο *Aug. mend.* *Ibid.* μὲν αὖθις Ἀντωνίῳ *Regii, Aug. Cand. Perſpecte emendavit Car. Stephanus, &* Καίσαρι *repoſuit.*

ita quatuor legiones adfuerunt *Antonio* virorum exercitatorum, cum ſolitis eas ſequi auxiliis, præterea prætoriani, & tirones. In Hiſpania autem *Lepidus* cum quatuor legionibus, & *Aſinius Pollio* cum duabus, & *Plancus* in ulteriore Gallia cum tribus, videbantur *ſecuturi partes Antonii.*

47. In *Cæſaris exercitu* robur erant duæ illæ legiones, quæ ad eum tranſierant; & præter illas una tironum, duæque veteranorum, hæ quidem neque numero integræ, neque armis ſatis inſtructæ, ſed ſuppletæ ex tironibus. Quibus omnibus *Albam* convenire juſſis, dedit ad ſenatum de rebus ſuis literas. Et *ſenatus* quidem jam viciſſim *Cæſari congratulabatur*; ut nunc rurſus neſcires, quinam eſſent qui modo Antonium deduxiſſent: *dolebat* tamen, *legiones ad Cæſarem potius, quam ad ſe, tranſiiſſe.* Collaudata nihilominus cum ipſius Cæſaris tum legionum voluntate; brevi, dixerunt, confectum iri de rebus gerendis Senatuſconſul-

Digitized by Google

ψηφιεῖσθαι, ὅταν αὐτοῖς αἱ νέαι ἀρχαὶ ἐς τὰ πράγματα παρέλθωσιν. ἦν δὲ σαφὲς, ὅτι χρήσονται μὲν αὐτοῖς κατὰ Ἀντωνίου· στρατὸν δὲ οὐδένα πω ἔχοντες ἴδιον, οὐδὲ καταλέξαι χωρὶς ὑπάτων δυνάμενοι, ἐς τὰς νέας ἀρχὰς πάντα ἀνετίθεντο. A. U. 710.

XLVIII. Τῷ Καίσαρι δ᾽ ὁ στρατὸς πελέκεάς τε καὶ ῥαβδοφόρους ἐσκευασμένους προσαγαγόντες, ἠξίουν ἑαυτὸν ἀντιστράτηγον ἀποφῆναι, πολέμου τε ἡγεμονεύοντα καὶ σφῶν, αἰεὶ ὑπ᾽ ἄρχουσι ταχθέντων. Ὁ δὲ τὴν μὲν τιμὴν ἐπῄνει, τὸ δὲ ἔργον ἐς τὴν βουλὴν ἀνετίθετο· καὶ βουλομένους ἐπὶ τοῦτο χωρεῖν ἀθρόους ἐκώλυε, καὶ πρεσβευομένους ἐπεῖχεν, ὡς καὶ τῆς βουλῆς ψηφιουμένης ταῦτα καθ᾽ ἑαυτὴν, καὶ μᾶλλον ἢν αἴσθωνται τὴν ὑμετέραν προθυμίαν, καὶ τὸν ἐμὸν ὄκνον. διαλυθέντων δὲ μόλις οὕτω, καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐς ὑπεροψίαν αὐτὸν αἰτιωμένων, ἐξελογεῖτο αὐτοῖς, τὴν βουλὴν οὐκ εὐνοίᾳ πρὸς

*Lin.* 32. ἀνετίθετο *Edd. Recte Aug.* *L.* 38. ἀθρόως *Edd. ex Reg. A. Pratuli Aug. Ven. Reg. B.* *L.* 42 *ſq.* αὐτῶν αἰτιωμ. *Edd. Pratuli Aug. Ven.*

tum, quamprimum novi magiſtratus acceſſiſſent ad rempublicam. Nec dubium erat, quin *uſuri* eſſent *his copiis contra Antonium:* ſed quoniam nec dum proprium ullum habebant exercitum, nec abſque conſulibus poterant delectus facere, ideo in novos magiſtratus differebant omnia.

48. Tum *Cæſari exercitus ſecures cum lictoribus obtulit*; rogans, ut *Proprætorem* ſe ipſe renunciaret, atque eo titulo & bellum adminiſtraret & ipſos duceret, adſuetos parere magiſtratibus. Quos *Cæſar* laudavit quidem pro honore ſibi habito; ſed rem totam *in arbitrium ſenatus rejecit.* Quumque univerſi vellent ejus rei cauſa Romam proficiſci; inhibuit eos *Cæſar*, & ne legatos quidem ad Senatum paſſus eſt mittere; quippe quem ultro ſibi eum honorem delaturum eſſe, ajebat; „idque eo magis, inquit, faciet, ſi & veſtrum ſtudium, & meam cunctationem intellexerit." Sic ægre illis ſubmotis, quum duces contemtos ſe ab eo quererentur, rationem facti ſui hanc reddidit: ſenatum non tam ulla erga ſe benevolentia ad partes

Digitized by Google

A. U. 710. αὐτὸν ἀποκλίνειν μᾶλλον, ἢ Ἀντωνίου δέει καὶ στρατιᾶς ἀπορίᾳ, μέχρι καθέλωμεν ἡμεῖς Ἀντώνιον, καὶ οἱ σφαγεῖς, φίλοι τε τῇ βουλῇ καὶ συγγενεῖς ὄντες, δύναμιν αὐτοῖς συναγάγωσιν· ὧν αἰσθανόμενος, ὑπηρετεῖν ὑποκρίνομαι. Μὴ δὴ πρότεροι τὴν ὑπόκρισιν ἀποκαλύψωμεν, ὧν προλαβοῦσι μὲν ἡμῖν τὴν ἀρχὴν, ἐπικαλέσουσιν ὕβριν ἢ βίαν, αἰδεσθεῖσι δ' ἴσως ἐπιδώσουσιν αὐτοὶ, δέει μὴ παρ' ὑμῶν λάβοιμι. Τοιάδε εἰπὼν, ἐθεᾶτο γυμνάσια τῶν δύο τελῶν τῶν αὐτομολησάντων ἀπ' Ἀντωνίου, διαστάντων τε ἐς ἀλλήλους, καὶ δρώντων ἀφειδῶς ἔργα πολέμου πάντα, πλὴν ἐς μόνον θάνατον. ἡσθεὶς οὖν τῇ θέᾳ, καὶ τῆς προφάσεως ἐπιβαίνων ἄσμενος, ἑτέρας αὐτῶν ἑκάστῳ πεντακοσίας δραχμὰς ἐπεδίδου, καὶ, εἴ τις πολέμου χρεία γένοιτο, νικήσασιν ἐπηγγέλλετο πεντακισχιλίας. Ὧδε μὲν ὁ Καῖσαρ δαψιλείᾳ δωρεῶν τοὺς μισθοφόρους ἐκρατύνετο. καὶ τάδε μὲν ἦν ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν.

XLIX. Ἐν δὲ τῇ Κελτικῇ τὸν Δέκμον ὁ Ἀντώνιος ἐκέ-

*Lin.* 48 *ſq. Ni intercidit nonnihil poſt* ἀποκαλύψωμεν, *aſſentior Muſgravio, pro* ὧν προλαβ. *ponendum eſſe* ὡς προλαβ.

ſuas inclinare, quam Antonii metu, & militum inopia; „idque tantiſper, inquit, ſunt facturi, dum Antonius a nobis fuerit ſublatus, & percuſſores, amici ſenatorum & cognati, copias eis collegerint. Quæ ego intelligens, miniſtrum illorum me ſimulo. Caveamus igitur, ne illam ſimulationem priores nos ipſi patefaciamus; quos, ſi magiſtratum uſurparemus, accuſarent illi, ut injuſtos & violentos; quod ſi modeſte nos geſſerimus, ultro fortaſſe dabunt; timentes, ne a vobis accipiam." Hæc locutus *Cæſar*, *ſpectavit* decurrentes *duas legiones* transfugas, *inter ſe commiſſas*, & *exercitii cauſa* repræſentantes omnia omnino, quæ in ſeria pugna ſolent fieri, niſi quod abſtinebatur cædibus. Quo ſpectaculo delectatus, & libenter occaſionem liberalitatis arripiens, denuo bis mille Seſtertios viritim eis diſtribuit: quod ſi certamine opus fuerit, vicies millenos victoribus pollicitus. Atque ita donativi *largitate* mercenarios *ſuos ſibi Cæſar devinxit.*

49. Quæ dum in Italia geruntur, interim in Gallia *Decimum Antonius jubebat mi-*

Digitized by Google

A. U. 710.

λεύσειν ἐς Μακεδονίαν μετιέναι, πειθόμενόν τε τῷ δήμῳ, καὶ φειδόμενον ἑαυτοῦ. Ὁ δὲ ἀντέπεμπεν αὐτῷ τὰ παρὰ τῆς βουλῆς οἱ κεκομισμένα γράμματα, ὡς οὐχὶ διὰ τὸν δῆμον εἴκειν οἷ πρέπον, ἢ διὰ τὴν βουλὴν Αντωνίῳ μᾶλλον. Αντωνίου δ' αὐτῷ προθεσμίαν ὁρίζοντος, μεθ' ἣν ὡς πολεμίῳ χρήσεται, μακροτέραν ὁ Δέκμος ἐκέλευεν ὁρίζειν ἑαυτῷ, μὴ θᾶσσον γένοιτο τῇ βουλῇ πολέμιος. Καὶ ὁ Αντώνιος, εὐμαρῶς ἂν αὐτοῦ κρατήσας ἔτι ὄντος ἐν πεδίῳ, ἐπὶ τὰς πόλεις ἔκρινε προελθεῖν. αἱ δὲ αὐτὸν ἐδέχοντο. Καὶ δείσας ὁ Δέκμος, μὴ οὐδ' ἐσελθεῖν ἔς τινα αὐτῶν ἔτι δύνηται, πλάσσεται γράμματα τῆς βουλῆς καλούσης αὐτὸν ἐς Ρώμην σὺν τῷ στρατῷ· καὶ ἀναζεύξας ἐχώρει τὴν ἐπὶ τῆς Ιταλίας, ὑποδεχομένων αὐτὸν ὡς ἀπιόντα πάντων· μέχρι Μουτίνην παροδεύων, πόλιν εὐδαίμονα, τάς τε πύλας ἀπέκλειε, καὶ τὰ τῶν Μουτιναίων ἐς τὰς τροφὰς συνέφερεν, ὑποζύγιά τε ὅσα ἦν κατέθυε, καὶ ἐταρίχευε, μὴ χρόνιος ἡ πολιορκία γένοιτο· καὶ τὸν Αντώνιον ὑπέμενε. στρατιὰ δ' ἦν αὐτῷ μονομάχων τε

*grare in Macedoniam*, quo & pareret populo, & ſibimet ipſe parceret. Ille ad Antonium remiſit adlatas ſibi a ſenatu literas: demonſtravitque „nihilo minus apud ſe valere debere voluntatem ſenatus, quam apud Antonium populi." Hinc quum *Antonius* ei præfiniviſſet diem, ad quam, ni provincia ſibi deceſſiſſet, pro hoſte haberetur; monuit eum *Decimus*, ut ſui ipſius cauſa proferret eum terminum, ne citius ipſe hoſtis a ſenatu judicaretur. Tum *Antonius*, quum facile potuiſſet delere ejus exercitum, etiam tum in caſtris agentem, maluit prius ad oppida promovere copias: nec illa excludebant eum. Itaque *Decimus*, veritus, ne ullum eorum poſthac ſibi pateret, literas finxit, velut a ſenatu ad ſe datas, quibus ipſe cum exercitu Romam vocaretur: ingreſſuſque iter verſus Italiam, omnibus ut abeuntem libenter excipientibus, poſtquam *Mutinam*, urbem opulentam, *pervenit* obiter, *portas clauſit*; & annonam Mutinenſium ad uſus exercitus ſui comportavit, mactatorumque jumentorum carnes ſalivit, ſi forte contingeret diuturnior obſidio: atque *ibi exſpectavit Antonium*. Habebat autem in

A. U. πλῆθος, καὶ ὁπλιτῶν τρία τέλη· ὧν ἓν μὲν ἦν ἀρτιστρατεύτων ἀνδρῶν ἔτι ἀπείρων, δύο δέ, ἃ καὶ πρότερον ὑπεστρατευμένα αὐτῷ, πιστότατα ἦν. Ὁ δ᾽ Ἀντώνιος, ἐπελθὼν αὐτῷ σὺν ὀργῇ, τὴν Μουτίνην ἀπετάφρευέ τε καὶ ἀπετείχιζε. καὶ Δέκμος μὲν ἐπολιορκεῖτο.

711. L. Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὴν ἐτήσιον νουμηνίαν ὕπατοι γενόμενοι Ἵρτιός τε καὶ Πάνσας, τὴν βουλὴν εὐθὺς ἐπὶ ταῖς θυσίαις ἐν αὐτῷ τῷ ἱερῷ συνῆγον ἐπὶ Ἀντωνίῳ. Κικέρων μὲν δὴ καὶ οἱ Κικέρωνος φίλοι πολέμιον αὐτὸν ἠξίουν ἤδη ψηφίσασθαι, τὴν Κελτικήν, ἀκούσης τῆς βουλῆς, ἐς ἐπιτείχισμα τῆς πατρίδος βιαζόμενον ὅπλοις, καὶ τὸν ἐπὶ Θρᾷκας αὐτῷ δεδομένον στρατὸν εἰς τὴν Ἰταλίαν διαγαγόντα· ἐπελέγοντο δὲ καὶ τὴν ἄλλην αὐτοῦ μετὰ Καίσαρα προαίρεσιν, ἔν τε τῇ πόλει φανερῶς δορυφορηθέντος ὑπὸ τοσῶνδε λοχαγῶν, καὶ περὶ τὴν οἰκίαν ὥσπερ ἄκραν ὅπλοις καὶ συνθήμασι κεχρημένου, καὶ τἆλλα σοβαρωτέρου σφίσι φανέντος, ἢ κατὰ τὴν ἐτήσιον ἀρχήν. Λεύκιος δὲ Πείσων, ὁ τῷ Ἀντωνίῳ τὴν ἀποδημίαν ἐπιτροπεύων,

*Lin.* 92. ἔν τε πόλει *Edd. omiſſo artic. invitis Regiis & Ang.*

exercitu gladiatores multos, & legiones tres; quarum una ex tironibus conſtabat, reliquæ duæ antea quoque militarant ejus auſpiciis, ipſi fidiſſimæ. *Antonius* vero, cum ira eo delatus, *Mutinam circumvallavit*, *Decimumque obſidione cinxit.*

50. Romæ Calendis ineuntis anni *Conſules novi*, HIRTIUS *et* PANSA, mox a ſacrificio in ipſum templum *convocarunt ſenatum contra Antonium.* Ibi *Cicero* ejuſque amici cenſebant *hoſtem eum judicandum*, quoniam Galliam, invito ſenatu, ceu arcem contra patriam, vi & armis occupaſſet, & exercitum adverſus Thracas ipſi datum tranſvexiſſet in Italiam. Addebant, nova eum poſt Cæſarem de dominatu agitare conſilia, quod in Urbe propalam magno centurionum numero ſeſe ſtipaſſet, ædeſque ſuas tamquam arcem muniviſſet armis & teſſeris, omniaque ſuperbius egiſſet quam deceret annuum magiſtratum. At L. PISO, qui abſentis Antonii vices

πιύων, ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα Ῥωμαίων ἐπιφανής, ὅσοι A. U.
τε ἄλλοι τῷ Πείσωνι δι' αὐτὸν ἢ δι' Αντώνιον ἢ κατ' οἰκείαν 711.
γνώμην προσετίθεντο, καλεῖν αὐτὸν ἐς κρίσιν ἠξίουν· ὡς οὐ πάτριον σφίσιν, ἀκρίτου καταδικάζειν, οὐδ' εὐπρεπὲς τοῦ χθὲς ὑπάτου τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, οὗ γε μάλιστα συνεχεῖς ἐπαίνους ἄλλοι τε καὶ Κικέρων αὐτὸς εἶπε πολλάκις. Ἡ δὲ βουλή, τότε μὲν ἀγχώμαλοι ταῖς γνώμαις ἐς νύκτα περιῆλθον. ἅμα δ' ἕῳ περὶ τῶν αὐτῶν ἐς τὸ βουλευτήριον συνελέγοντο· ἔνθα, τῶν Κικερωνείων ἐπιβαρούντων, ἐψήφιστο ἂν ὁ Αντώνιος πολέμιος, εἰ μὴ τῶν δημάρχων Σαλούϊος ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκέλευσεν ἀναθέσθαι. ἔστι δὲ ἐν τοῖς ἄρχουσιν ὁ κωλύων αἰεὶ δυνατώτερος.

LI. Οἱ μὲν δὴ Κικερώνειοι καὶ τούτῳ μάλα φορτικῶς ἐνύβριζον, καὶ τὸν δῆμον ἐκδραμόντες ἠρέθιζον ἐπ' αὐτόν, καὶ τὸν Σαλούϊον ἐς αὐτὸν ἐκάλουν. ὁ δὲ ἀκαταπλήκτως ἐξέτρεχεν, ἕως ἡ βουλὴ κατέσχε, δείσασα μὴ μεταπεί-

*Lin.* 98. *δι' αὐτὸν Edd. invitis MSS.* *Ibid. ſq.* κατ' οἰκίαν γνώμην *edit.* 2. 3. *oper. err.* *L.* 10. οἱ δὴ *Aug.* & *caret* μὲν. *L.* 13 *ſq.* μεταποιήσειε *Edd. mend. ex Reg. B. Recte Aug. Reg. A.*

vices curabat, vir cum primis illuſtris, aliique Piſoni ſive propter ipſum ſive propter Antonium, ſive quod per ſe ita ſentirent, adſtipulantes, cenſebant, *diem Antonio* eſſe *dicendam*; quandoquidem alienum eſſet a majorum inſtitutis, civem indicta cauſa damnare, & alioqui parum deceret, eum qui pridie Conſul fuiſſet, pro hoſte haberi poſtridie, præſertim toties tamque ample laudatum & ab aliis & ab ipſo Cicerone. Ita ſenatus eo die, ſententiis æqualiter fere diviſis, ad noctem uſque protractus eſt. Poſtridie vero primo mane patres rurſum coierunt in curiam: &, prægravante Ciceronis factione, ex ſenatuſconſulto hoſtis judicatus fuiſſet Antonius, ni *Salvius tribunus plebis* rem integram differri juſſiſſet in craſtinum. Semper autem *in magiſtratibus potior eſt vetantis auctoritas.*

51. Id *Ciceroniani* admodum graviter ferentes, in *Salvium* etiam conjiciebant convicia; & procurrentes in forum, concitabant contra eum populum; ipſumque *Salvium* ad cauſam populo reddendam evocabant. Et prodiiſſet ille intrepide, ni retentus fuiſſet a ſenatu; verito, ne concio-

A. U. 711. σεις τὸν δῆμον, ἐς μνήμην ἀγαγὼν Αντωνίου. οὐ γὰρ ἠγνόουν καταγιγνώσκοντες ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς πρὸ δίκης, οὐδ᾽ ὅτι τὴν Κελτικὴν ὁ δῆμος αὐτῷ δεδώκει· ἀλλ᾽, ὑπὲρ τῶν σφαγέων δεδιότες, ὠργίζοντο πρώτῳ μετὰ τὴν ἀμνηστίαν ἀνακινήσαντι τὰ κατ᾽ αὐτούς. διὸ καὶ τῷ Καίσαρι ἐς αὐτὸν προκατεχρῶντο· καὶ ὁ Καῖσαρ οὐκ ἀγνοῶν, ᾑρεῖτο καὶ αὐτὸς ὅμως προκαθελεῖν τὸν Αντώνιον. τοιᾶδε μὲν ἡ βουλὴ γνώμῃ τὸν Αντώνιον εἶχεν ἐν ὀργῇ. ἀναθέμενοι δὲ τὴν ψῆφον ὡς ὁ δήμαρχος ἐκέλευεν, ἐψηφίσαντο ὅμως, Δέκμον τε ἐπαινέσαι, οὐκ ἐκστάντα Αντωνίῳ τῆς Κελτικῆς, καὶ τοῖς ὑπάτοις Ἱρτίῳ καὶ Πάνσᾳ Καίσαρα συστρατηγεῖν οὗ νῦν ἔχει στρατοῦ, ἐπίχρυσόν τε αὐτοῦ εἰκόνα τεθῆναι, καὶ γνώμην αὐτὸν ἐσφέρειν ἐν τοῖς ὑπατικοῖς ἤδη, καὶ τὴν ὑπατείαν αὐτὴν μετιέναι τοῦ νόμου θᾶσσον ἐτῶν δέκα, ἔκ τε τοῦ δήμου δοθῆναι τοῖς τέλεσι

*Lin.* 18. τὰ, *ante* κατ᾽ αὐτοὺς, *caret Aug.* *L.* 19. πρῶτα ἐχρῶντο *Edd. ex Reg. A. Prætuli Ven. & Reg. B.* προκαταχρῶντο *mend. Aug.* *L.* 26. καὶ συγγνώμην *edit.* 1. *cum Regiis mend. ex quo* καὶ τὴν γνώμην *fecit H. Steph. Exhibui lectionem Aug.* *L.* 28. *An* ἐκ τοῦ δημοσίου?

ne ſua mutaret animum populi, renovata *Antonii* memoria. Noraht enim, damnare ſe injudicatum virum perilluſtrem, cui provincia illa ab ipſo populo data fuiſſet: ſed quia timebant percuſſoribus, infenſi erant *Antonio*, quod poſt decretam Oblivionem primus res eorum novis turbis implicuiſſet. Ideoque *Cæſaris* opera contra illum prius uti volebant. Quod quamquam non latebat Cæſarem; tamen & ipſe per ſe ſublatum prius *Antonium* cupiebat. Sic igitur adfecto erga Antonium ſenatu, ſuffragia tunc quidem ex tribuni plebis voluntate dilata ſunt: interim tamen ex *Senatuſconſulto laudatus* eſt *Decimus*, *quod Gallia non deceſſiſſet Antonio:* additumque decreto, ut *cum Hirtio et Panſa Conſulibus pari imperio Cæſar praeeſſet eis quas tum habebat copiis*, *et aurata ei poneretur ſtatua*: utque *ſententiam poſthac inter Conſulares Cæſar diceret*; *et jus petendi conſulatus haberet decennio ante ætatem legitimam:* denique „ut duabus legionibus, quæ ad eum ab Antonio

Digitized by Google

τοῖς ἐς αὐτὸν ἀπὸ Αντωνίου μεταστᾶσιν, ὅσον αὐτοῖς ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τῇ νίκῃ δώσειν ὑπέσχετο. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ψηφισάμενοι, διελύθησαν, ὡς τὸν Αντώνιον ἔργῳ διὰ τῶνδε εἰδέναι πολέμιον ἐψηφισμένον, καὶ τὸν δήμαρχον ἐς τὴν ἐπιοῦσαν οὐδὲν ἔτι ἀντεροῦντα. Αντωνίου δὲ ἡ μήτηρ καὶ ἡ γυνὴ καὶ παῖς ἔτι μειράκιον, οἵ τε ἄλλοι οἰκεῖοι καὶ φίλοι, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἐς τὰς τῶν δυνατῶν οἰκίας διέθεον ἱκετεύοντες· καὶ μεθ' ἡμέραν ἐς τὸ βουλευτήριον ἰόντας ἠνώχλουν, ῥιπτούμενοί τε πρὸ ποδῶν σὺν οἰμωγῇ καὶ ὀλολυγαῖς καὶ μελαίνῃ στολῇ παρὰ ταῖς θύραις ἐκβοῶντες. Οἱ δὲ ὑπό τε τῆς φωνῆς, καὶ ὑπὸ τῆς ὄψεως καὶ μεταβολῆς εἰς τοσοῦτον αἰφνιδίου γενομένης, ἐκνάμπτοντο. Δείσας δ' ὁ Κικέρων, ἐβουληγόρησεν ὧδε· A. U. 711.

LII. Ἃ μὲν ἔδει γνῶναι περὶ Αντωνίου, ἐχθὲς ἔγνωμεν. οἷς γὰρ αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς ἐτιμῶμεν, τούτοις ἐψηφιζόμεθα εἶναι πολέμιον. Σαλουΐον δὲ τὸν μόνον ἐμποδὼν γι-

*Lin. 29. μετάστασιν vitioſe Edd. L. 34 ſq. οἰκεῖοι φίλοι Aug. & caret conjunctione. L. 36. ἱκέτευόν τε Edd. invitis quatuor noſtris MSS. L. 39. altero ὑπὸ, ante τῆς ὄψεως, caret Aug. L. 40 ſq. ἐκάμπτοντο Aug. quod & repoſitum voluit Muſgr.*

tranſierant, donativum, quantum ipſe Cæſar poſt victoriam ſe daturum pollicitus eſſet, redderetur ex publico." His factis Senatusconſultis, digreſſus eſt ſenatus; ſperans, jam *reipſa hoſte judicato Antonio*, in craſtinum nil amplius contradicturum tribunum plebis. Sed *Antonii mater et uxor*, *cum filio* admodum adoleſcentulo, aliiſque familiaribus ejus & amicis, per totam noctem ad ædes potentum *diſcurrebant ſupplicantes*; & poſtridie atratæ objiciebant ſe ſenatoribus in curiam euntibus; ad pedes eorum accidentes cum lamentis ejulatuque, & vociferantes pro curiæ foribus. Jamque ad voces earum & adſpectum, tantamque repentinam mutationem, flectebantur haud pauci. Quapropter exitum rei metuens CICERO, in hanc ſententiam *apud Patres concionatus* eſt:

52. „QUAE decernenda fuerunt *de Antonio*, ea heri decrevimus; *P. C.* Nam hoc ipſo, quod inimicos ejus honoravimus, hoſtis ipſe judicatus eſt. *Salvius* vero, qui ſolus intercellit, oportet aut plus

A. U. 711. νόμενον, ἢ πάντων εἶναι χρὴ συνετώτερον, ἢ φιλίᾳ τάδε πράσσειν, ἢ τῶν ἐνεστώτων ἀμαθίᾳ. ὧν τὸ μὲν, αἴσχιστόν ἐστιν ἡμῖν, εἰ δόξομεν ἀσυνετώτεροι πάντες ἑνὸς εἶναι· τὸ δὲ, αὐτῷ Σαλουΐῳ, εἰ φιλίαν τῶν κοινῶν προτιμώη· ἀμαθῶς δ᾽ αὐτὸν ἔχοντα τῶν παρόντων, ἔδει πιστεύειν ὑπάτοις ἀνθ᾽ ἑαυτοῦ, καὶ στρατηγοῖς, καὶ δημάρχοις τοῖς συνάρχουσιν αὐτῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς· οἳ τοσοίδε τήν ἀξίωσίν τε καὶ τὸν ἀριθμὸν ὄντες, διά τε ἡλικίαν καὶ ἐμπειρίαν ὑπὲρ τὸν Σαλουΐον, καταγινώσκομεν Ἀντωνίου. ἔστι δ᾽ ἔν τε χειροτονίαις καὶ δίκαις αἰεὶ τὸ πλέον δικαιότερον. Εἰ δὲ καὶ νῦν ἔτι χρῄζει τὰς αἰτίας μαθεῖν, λελέξεται διὰ βραχέος, ὡς ἐν ἀναμνήσει, τὰ μέγιστα αὐτῶν. Τὰ χρήματα ἡμῶν, Καίσαρος ἀποθανόντος, ἐσφετερίσατο Ἀντώνιος· Μακεδονίας ἄρχειν παρ᾽ ἡμῶν ἐπιτυχὼν, ἐπὶ τὴν Κελτικὴν ὥρμησε χωρὶς ἡμῶν· τὸν στρατὸν ἐπὶ Θρᾷκας λαβὼν, ἀντὶ Θρᾳκῶν ἐπήγαγεν ἡμῖν ἐς τὴν Ἰταλίαν· ἑκάτερα τούτων αἰτήσας ἡμᾶς ἐπ᾽

*Lin. 45.* ἢ πάντας πάμπαν εἶναι χρὴ *Edd. ex Reg. A. & partim Reg. B. Recte Aug. Ven.* *L. 48.* τῷ δὲ αὐτῷ *Edd. Recte Reg. B. Aug.*

„ceteris omnibus ſapiat, aut propter amicitiam hoc faciat, aut propter præſentis rerum ſtatus ignorantiam. Quorum illud quidem turpiſſimum nobis fuerit, ſi videbimur univerſi minus quam unus ſapere: hoc vero ipſi *Salvio*, ſi privatam amicitiam præfert reipublicæ. Quod ſi autem ſtatum præſentem non intelligit reipublicæ; debuerat non tam ſibi ipſe credere, quam conſulibus, prætoribus, & tribunis collegis ſuis, ceteriſque ſenatoribus: qui, quum tot ſimus numero tantaque dignitate, & cum ætate tum uſu re„rum ſuperiores *Salvio*, condemnandum cenſemus *Antonium*. Eſt autem *in ſuffragiis et in judiciis* ſemper *major pars juſtior*. Quod ſi vero nunc etiam cupit cauſas ſibi reddi; earum præcipuas paucis commemorabimus. Pecunias noſtras poſt mortem Cæſaris uſurpavit ſibi *Antonius*: impetrata a nobis Macedonia provincia, in Galliam abſque S. C. invaſit: exercitum contra Thracas acceptum, omiſſis Thracibus contra nos adduxit in Italiam: utrumque horum, quum inſidioſe a nobis petiiſſet, nec obtinuiſſet,

Digitized by Google

ἐνέδρα, καὶ οὐ λαϐὼν, ἔπραξε δι᾽ ἑαυτοῦ· σπεῖραν ἐν Βρεντεσίῳ βασιλικὴν συνέταξεν ἀμφ᾽ αὐτὸν εἶναι, καὶ φανερῶς αὐτὸν ἐν τῇ πόλει σιδηροφοροῦντες ἄνδρες ἐδορυφόρουν τε καὶ ἐνυκτοφυλάκουν ὑπὸ συνθήματι· ἦγεν ἐκ τοῦ Βρεντεσίου καὶ τὸν ἄλλον στρατὸν ἐς τὴν πόλιν ἅπαντα συντομώτερον, ἐφιέμενος ὧν ἐπενόει Καῖσαρ· Καίσαρος δὲ αὐτὸν τοῦ νέου σὺν ἑτέρῳ στρατῷ φθάσαντος, ἔδεισε, καὶ ἐς τὴν Κελτικὴν ἐτράπετο, ὡς εὔκαιρον ἐφ᾽ ἡμῖν ὁρμητήριον, ὅτι καὶ ὁ Καῖσαρ ἐκεῖθεν ὁρμώμενος ἐδυνάστευσεν ἡμῶν. A. U. 711.

LIII. Τὴν στρατιὰν ἐπὶ τοῖσδε καταπλησσόμενος, ἵνα πρὸς μηθὲν αὐτῷ παρανομοῦντι κατοκνῇ, διεκλήρωσεν ἐς θάνατον, οὐ στασιάσαντας, ἢ φυλακὴν ἢ τάξιν ἐν πολέμῳ λιπόντας· ἐφ᾽ ὧν μόνων ὁ στρατιωτικὸς νόμος τὴν οὕτως ὠμὴν ὥρισε τιμωρίαν, καὶ ὅμως αὐτῇ καὶ ἐπὶ τοῖσδε ὀλίγοι μόλις ἐν τοῖς πάνυ κινδύνοις ἐχρήσαντο ὑπ᾽

*Lin. 66. Diſtinguunt poſt* πόλιν *Edd. Suſtuli diſtinct. cum Aug. L. 67.* συντομώτερον *neſcio an commodius ad* ἐφιέμενος *referatur. Forte pro* ἅπαντα *legendum* ἀπάντων, *& eodem referendum. Ibid. ſq.* ἐφιέμενος ὧν ἐπένθει Καίσαρος. Καίσαρος δὲ *&c. Edd. & MSS. noſtri. Sed Cand.* cum ad ea adſpiraret, quæ CAESAR CONCUPISSET. *Unde olim ponendum duxeram* ἐπόθει Καῖσαρ. *Nunc prætuli* ἐπενόει, *quod propoſuit Muſgr. L. 74.* οὐ φυλακὴν *edit. 2. 3. non male, ſed invitis MSS. Ibid.* ἢ φυλακὴν τάξιν *edit. 1. omiſſo altero* ἢ, *mend. L. 75.* μόνων *caret Aug. & Cand.*

„auctoritate effecit propria: cohortem regiam Brundiſii ſibi adſcivit, & propalam in Urbe ſtipavit ſe armato ſatellitio, quod pro ædibus noctu excubaret accepta teſſera. Reliquum quoque exercitum omnem recta ad Urbem duxit, adſpirans ad eadem quæ Cæſar deſtinaverat; ſed a juvene Cæſare cum alio exercitu præventus, extimuit; vertitque ſe in Galliam, tamquam opportunam ſedem belli adverſus nos gerendi, quandoquidem & Cæſar illinc eruptione facta, nobis oppreſſis, rerum eſt potitus.

53. „In hos uſus ſævitia perterrefecit milites, quo magis ad omne facinus impigros redderet; decimavitque, non ſeditioſos, aut præſidiorum ordinumve deſertores; quibus ſolis lex militaris tam ſævam pœnam ſcripſit; qua tamen pœna & in hos non niſi pauci, ægre, & in periculoſiſſi-



Digitized by Google

A. U. 711. ἀνάγκης· ὁ δὲ φωνῆς ἢ γέλωτος ἦγεν εἰς θάνατον τοὺς πολίτας, καὶ θάνατον οὐ τῶν ἐλεγχθέντων, ἀλλὰ τῶν διαλαχόντων. Τοιγαροῦν οἱ μὲν δυνηθέντες ἀπέστησαν αὐτοῦ, καὶ ὑμεῖς αὐτοῖς ὡς εὖ πράξασι δωρεὰς χθὲς ἐψηφίσασθε· οἱ δὲ οὐ δυνηθέντες ἀποδρᾶναι, δεδιότες συναδικοῦσι, καὶ χωροῦσιν ἐπὶ χώραν ὑμετέραν πολέμιοι, καὶ πολιορκοῦσι στρατὸν ὑμέτερον καὶ στρατηγὸν ὑμέτερον, ᾧ γράφετε μὲν ὑμεῖς ἐμμένειν τῇ Κελτικῇ, Αντώνιος δ᾽ ἐξιέναι κελεύει. Πότερον οὖν ἡμεῖς Αντώνιον ψηφιζόμεθα εἶναι πολέμιον, ἢ Αντώνιος ἡμᾶς ἤδη πολεμεῖ; καὶ ὁ δήμαρχος ἡμῶν ἔτι ἀγνοεῖ· μέχρι ἄρα Δέκμου πεσόντος ἥ τε χώρα, τοσήδε οὖσα, καὶ ὅμορος ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τῇ χώρᾳ ὁ Δέκμου στρατὸς, ἐς τὰς καθ᾽ ἡμῶν ἐλπίδας Αντωνίῳ προσγένηται. τότε γὰρ αὐτὸν, ὡς ἔοικεν, ὁ δήμαρχος ψηφιεῖται πολέμιον, ὅταν ἡμῶν γένηται δυνατώτερος.

LIV. Ταῦτ᾽ ἔτι τοῦ Κικέρωνος λέγοντος, οἱ φίλοι θο-

*Lin.* 78. ἤγετο θάνατον *Edd. corrupte cum Regiis. Verum ded. Aug. & Ven.* *L.* 82. ἀποδρᾶσαι *Aug. Ven.*

„mis rebus, neceſſitate exigente, uſi ſunt: iſte vero ob unam quampiam voculam aut riſum morte mulctavit cives, neque eos judicio convictos, ſed forte deprehenſos. Quapropter, qui potuerunt, defecerunt ab eo; quibus vos, ut re bene geſta, decreviſtis heri præmia. Qui vero non potuerunt aufugere, metu coacti graſſantur cum illo, cujus ductu hoſtiliter invadunt veſtram provinciam, veſtrumque exercitum oppugnant, & veſtrum prætorem; quem vos per literas hortamini, ut maneat in „provincia, Antonius vero jubet decedere. *Utrum igitur hoſtem nos judicabimus Antonium? an in nos ille hoſtiliter invadit?* Et hæc tribunus noſter adhuc ignorat; ſcilicet, donec, ſublato D. Bruto, provincia tanta tamque nobis finitima, & cum ea exercitus Decimi, in ſpem opprimendi nos acceſſerit Antonio. Nimirum tum demum tribunus videtur hoſtem eum judicaturus, ubi nobis ille ſuperior evaſerit."

54. Vix ea finierat *Cicero*, quum tantus ab ejus amicis

Digitized by Google

ῥυϐοῦντες ἀπαύστως οὐδενὶ ἀντειπεῖν ἐπέτρεπον· μέχρι Πείσωνος αὐτοῦ παρελθόντος, ἥ τε ἄλλη βουλὴ κατὰ αἰδῶ τοῦ ἀνδρὸς ἡσύχασε, καὶ οἱ τοῦ Κικέρωνος ἠνέσχοντο, καὶ ἔλεγεν ὁ Πείσων· Ὁ μὲν νόμος, ὦ βουλὴ, δικαιοῖ τὸν εὐθυνόμενον αὐτὸν ἀκοῦσαί τε τῆς κατηγορίας, καὶ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ αὐτοῦ κρίνεσθαι· καὶ τὸν δεινότατον εἰπεῖν Κικέρωνα ἐς ταῦτα προκαλοῦμαι. Ἐπεὶ δὲ ὀκνεῖ μὲν παρόντος Ἀντωνίου κατηγορεῖν, ἀπόντος δὲ ἐγκλήματά τινα εἶπεν, ὡς μέγιστα ἐκ πάντων καὶ ἀναμφίλογα ὄντα· παρῆλθον ἐγὼ, δείξων αὐτὰ ψευδῆ βραχυτάταις ἀποκρίσεσι. Τὰ χρήματά, φησιν, Ἀντώνιον τὰ κοινὰ μετὰ τὴν Καίσαρος τελευτὴν σφετερίσασθαι· τοῦ μὲν νόμου τὸν κλέπτην οὐ πολέμιον ἀποφαίνοντος, ἀλλὰ ὡρισμένῃ δίκῃ ζημιοῦντος· Βρούτου δὲ, τοῦ Καίσαρα κτείναντος, ἐν τῷ δήμῳ καὶ τότε κατηγορήσαντος, ὅτι ὁ Καῖσαρ τὰ χρήματα διεφόρησε, καὶ κενὰ καταλέλοιπε τὰ ταμιεῖα· Ἀντωνίου δὲ μετ' οὐ πολὺ ζητεῖν αὐτὰ ψηφισαμένου, καὶ ὑμῶν ἀποδεξαμένων τε τὴν

A. U. 711.

*Lin. 4.* εἶπεν ὡδὶ μέγιστα *Edd. Rectius Aug. Ven.*

ſtrepitus excitatus eſt, ut diu nemini contra dicturo præberetur ſilentium; donec PISO tandem ipſe prodiit in medium: cujus reverentia & alios ſenatores & Ciceronianos tantiſper ſedavit, dum verba faceret in hunc modum: „LEGES, *PATRES CONSCRIPTI*, poſtulant, ut reus ipſe accuſationem audiat, & dicta pro ſe cauſa exſpectet judicum ſententiam: quod nec *Cicero* negabit, accuſator vehementiſſimus. Qui quoniam veritus eſt contra præſentem *Antonium* agere, maluitque in abſentem nonnulla, veluti præ„cipua maximeque comperta, crimina congerere; in medium ego prodii, ut paucis, quam ea falſa ſint, oſtendam. *Publicas pecunias*, ait, *Antonium poſt Cæſaris mortem ſibi uſurpaſſe!* Quod ille ſi fecit, furi pœnam ſuam leges intentant, non hoſtem eum judicant. Atqui Brutus, quum interfeciſſet Cæſarem, jam tum pro concione Cæſarem accuſavit, ab illo dilapidatas pecunias publicas, & vacuum relictum eſſe ærarium. *Antonius* vero paulo poſt etiam de inquiſitione earum ad vos retulit, & vos adripuiſtis ejus



Digitized by Google

A. U. 711. γνώμην καὶ κεκυρωκότων, καὶ γέρας τοῖς μηνύουσι δεκάτην ὑπεσχημένων, ἣν διπλασιάσομεν ἡμεῖς, εἴ τις Ἀντώνιον περὶ αὐτῶν ἔχοι τι διελέγχειν. καὶ τάδε μὲν περὶ τῶν χρημάτων.

LV. Τὴν δὲ Κελτικὴν ἡγεμονίαν οὐκ ἐψηφισάμεθα μὲν ἡμεῖς Ἀντωνίῳ, ἔδωκε δὲ ὁ δῆμος νόμῳ, παρόντος αὐτοῦ Κικέρωνος, ᾧ τρόπῳ καὶ ἕτερα πολλάκις ἔδωκε, καὶ τήνδε τὴν ἡγεμονίαν αὐτὴν Καίσαρι πάλαι. μέρος δ᾽ ἐστὶ τοῦ νόμου, τὸν Ἀντωνίον, τὴν δεδομένην οἱ μετιόντα, Δέκμῳ μὴ παραχωροῦντι πολεμεῖν, καὶ τὸν στρατὸν ἀντὶ Θρᾳκῶν οὐδὲν ἔτι κινουμένων ἐς τὴν Κελτικὴν ἐπὶ τὸν ἀντιλέγοντα μετάγειν. ἀλλὰ Κικέρων Δέκμον μὲν οὐχ ἡγεῖται πολέμιον, ἐναντία τῷ νόμῳ τιθέμενον ὅπλα· Ἀντώνιον δὲ πολέμιον, τῷ νόμῳ συμμαχοῦντα. Εἰ δὲ αὐτὸν αἰτιᾶται τὸν νόμον, τοὺς θεμένους αἰτιᾶται· οὓς ἔδει μεταπείθειν, οὐχὶ συνθέμενον ὑβρίζειν, οὐδὲ τὴν χώραν Δέκμῳ μὲν πιστεύειν, ὃν ὁ δῆμος ἐδίωξεν ἐπὶ τῷ φόνῳ, Ἀντωνίῳ δὲ ἀπιστεῖν ὅ τι ὁ δῆμος ἔδωκεν. Οὐ

*Lin.* 24. οὐδὲ ἔτι *Edd. invitis MSS.* *L.* 31. ὅ τι *caret Reg. B.* *Ibid.* ὅ τι ὁ νόμος ἔδωκεν *ora MS. Aug.* *Ibid. sq.* οὐδὲ εὖ βουλευομ. *Reg. B.*

„ſententiam, eamque confirmaſtis, & præmium indicibus partem decimam propoſuiſtis: cujus præmii nos duplum repræſentabimus, ſi poteſt *Antonium* quiſquam hujus fraudis convincere. Hactenus de peculatu reſponſum ſit.

55. „Jam *Galliam provinciam* non nos *Antonio* decrevimus; plebiſcito eam obtinuit, præſente ipſo *Cicerone*; quemadmodum alii ſæpe alias provincias, & hanc ipſam Cæſar antea. Ei plebiſcito adſcriptum eſt, *debere Antonium, ni D. Brutus ei advenienti decedat provincia, bello illum perſequi, et, quia Thraces nihil novi moliuntur, exercitum contra pertinacem tranſportare.* Sed *Cicero Decimum* pro hoſte non habet, arma ferentem contra legem: *Antonium* hoſtem judicat, armis utentem ex legis præſcripto. Quod ſi legem accuſat, auctores ejus accuſat: quibus eam diſſuadere debuerat; non, poſtquam ſemel aſſenſit, inſultare: & *Antonio* potius provinciam credere, quam populi beneficio accepit, quam *Decimo*, quem populus propter

Digitized by Google

γὰρ εὖ βουλευομένων ἐστὶ, διαστασιάζεσθαι πρὸς τὸν δῆμον ἐν καιροῖς μάλιστα ἐπικινδύνοις· οὐδὲ ἀμνημονεῖν, ὅτι καὶ τόδε αὐτὸ τοῦ δήμου πρότερον ἦν, τὸ κρίνειν τὰ φίλια καὶ πολέμια. μόνος γὰρ ἐκ τῶν πάλαι νόμων ὁ δῆμος αὐτοκράτωρ εἰρήνης πέρι καὶ πολέμου σκοπεῖν· ὧν μηδὲν ὁ δῆμος ἐπιστήσειε, μηδὲ ἐπιμηνίσειεν ἡμῖν, προστάτου λαβόμενος. A. U. 711.

LVI. Ἀλλ' ἔκτεινέ τινας τῶν στρατιωτῶν ὁ Ἀντώνιος. Αὐτοκράτωρ γε ὢν, καὶ ἐς τοῦτο ὑφ' ὑμῶν κεχειροτονημένος. καὶ οὐδείς πω τῶνδε λόγον ὑπέσχεν αὐτοκράτωρ. οὐ γὰρ ἔκριναν οἱ νόμοι λυσιτελήσειν ὑμῖν τὸν ἄρχοντα τοῖς στρατευομένοις ὑπεύθυνον εἶναι· οὐδ' ἔστιν ἀπειθείας τι χεῖρον ἐν στρατοπέδῳ, δι' ἣν καὶ νικῶντές τινες ἀνῃρέθησαν, καὶ οὐδεὶς ηὔθυνε τοὺς ἀνελόντας. οὐδὲ τῶν νῦν συγγενὴς οὐδεὶς, ἀλλὰ Κικέρων, ἐπιμέμφεται· καὶ φόνου κατηγορῶν, πολέμιον κοινὸν ἀντὶ τῶν ὡρισμένων ἐπιτι-

*Lin.* 37. *ad* ἐπιστήσειε *notavit Muſgrav.* „*Forte* ἐπισπάσειε, involet." *Quin potius* ἀπιστήσειε, *deleta hypoſtigme?* *L.* 43. τοῖς στρατευομένοις ὑπευθ. *Reg. A. in Contextu.* Γρ. στρατοπέδοις *Reg. B. in marg.* *L.* 45. εὔθυνε *Aug. Ven. quod perinde eſt.*

„homicidium expulit. Nec enim conſultum eſt, diſſidere a populo, præſertim periculoſis temporibus; aut obliviſci, *hoc* ipſum *judicium olim penes populum* fuiſſe, *quinam vel pro amicis, vel pro hoſtibus reipublicæ eſſent habendi. Antiquo* enim *jure ſolus Populus belli paciſque arbiter* eſt: quæ jura, fidei nunc noſtræ commiſſa, videamus, ne populus offenſus nobis rurſus eripiat, ſi ducem ad hoc & patronum fuerit nactus.

56. „At *occidit aliquot milites Antonius!* Occidit pro imperio, quod veſtris conſecutus eſt ſuffragiis: nec ullus umquam imperator hujus facti rationem reddidit: nec enim legislatoribus viſum eſt eſſe e republica, militibus rationem reddi a ducibus: nec eſt quidquam in exercitu pejus contumacia; ob quam etiam nonnulli, licet victores, occiſi ſunt; neque quiſquam reos fecit hos, qui eos occiderant. Ne nunc quidem ex cognatis eorum, qui ſupplicio adfecti ſunt, conqueritur quiſquam: ſed *Cicero* queritur; &, cui *cædis crimen objicit*, hunc, non contentus homicidarum pœna legibus defini-

A. U. 711.

μίων τοῖς φονεῦσι τίθεται. Ἀντωνίῳ δὲ τὸ στρατόπεδον ὅπως τε ἄτακτον ἦν, καὶ ὅπως κατεφρόνει, δηλοῖ καὶ τὰ μεταστάντα αὐτοῦ δύο τέλη· ἃ ὑμεῖς μὲν ἐψηφίσασθε Ἀντωνίῳ στρατεύειν, αὐτομολήσαντα δὲ παρὰ τοὺς στρατιωτικοὺς νόμους, οὐ πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ᾽ ἐς Καίσαρα, ὁ Κικέρων ὅμως ἐπῄνεσε, καὶ ἐκ τῶν κοινῶν ἐχθὲς ἐμισθοδότησε· καὶ μή ποτε ὑμᾶς λυπήσειε τὸ παράδειγμα. Κικέρωνα δὲ καὶ ἐς ἀνωμαλίαν ἐξέστησεν ἡ ἔχθρα. κατηγορεῖ γὰρ Ἀντωνίου τυραννίδα, καὶ κόλασιν στρατιωτῶν, αἰεὶ τῶν ἐπιβουλευόντων τὰ στρατεύματα θεραπευόντων, οὐ κολαζόντων. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ὤκνησεν οὐδὲ τὴν ἄλλην Ἀντωνίου μετὰ Καίσαρα ἀρχὴν ὡς τυραννικὴν διαβαλεῖν, φέρε πύθωμαι καθ᾽ ἕκαστον ὧδε.

LVII. Τίνα ἔκτεινεν ὡς τύραννος ἄκριτον, ὁ νῦν κινδυνεύων ἀκρίτως; τίνα δ᾽ ἐξέβαλε τῆς πόλεως; τίνα δὲ ἡμῖν διέβαλεν; ἢ καθ᾽ ἕνα μὲν τοιόσδε ἦν, ἐπεβούλευε δὲ πᾶσιν ὁμοῦ;

*Lin. 59 ſq.* διαβαλλεῖν (*ſic*) *Aug. forte pro* διαβάλλειν. *L. 62.* ὑμῖν διέβαλεν *Aug. L. 63.* τοιόνδε *Reg. B. a pr. m. Videtur autem utique* οὐ τοιόσδε *cum Gelenio legendum: & Cand. quoque negationem adjecit.*

„ta, *facit hoſtem publicum.* Quamvis, quam *ſeditioſus* fuerit *Antonii exercitus*, quam inſolens in imperatorem, ſatis oſtendunt duæ illæ deſertrices legiones, quæ veſtro decreto juſſæ militare *Antonio*, contra diſciplinam militarem ab eo *transfugerunt*, & quidem *non ad vos*, *ſed ad Cæſarem:* quod tamen eorum factum laudavit *Cicero*, & præmium eis ex ærario dari heri cenſuit. Quod exemplum ſuperi faxint, ne quando nobis triſte fiat! Ceterum *Ciceronem* ad miram etiam inconſtantiam tranſverſum egit inimicitia: accuſat enim *Antonii* tyrannidem & animadverſionem in milites: quum ſemper conſueverint inſidiatores reipublicæ obſequiis & indulgentia potius emereri favorem exercituum, quam alienare a ſe eorum animos per ſævitiam. Quoniam autem non piguit Ciceronem, reliquum etiam *Antonii* poſt Cæſaris cædem *imperium* omne, *ut tyrannicum*, *calumniari*; age, diſquiramus hoc pacto ſingula!

57. „Quemnam igitur *indicta cauſa*, ut tyrannus, occidit is, cui nunc *abſenti* hoc intentatur periculum? quem ex Urbe expulit? quem umquam apud nos calumniatus

Πότε, ὦ Κικέρων; ὅτε τὴν ἀμνηστίαν ἐκύρου τῶν γεγονότων; ἢ ὅτε μηδένα διώκεσθαι φόνου; ἢ ὅτε ζήτησιν εἶναι τῶν κοινῶν χρημάτων; ἢ ὅτε Πομπήϊον τὸν Πομπηΐου τοῦ ὑμετέρου κατεκάλει, καὶ τὴν πατρῴαν ἐκ τῶν δημοσίων αὐτῷ διέλυε περιουσίαν; ἢ ὅτε τὸν Ψευδομάριον λαβὼν ἐπιβουλεύοντα ἀπέκτεινε, καὶ ἐπῃνέσατε πάντες; καὶ τοῦτο μόνον δι' ὑμᾶς οὐ διέβαλε Κικέρων; ἢ ὅτε ἐψηφίζετο, μὴ εἰσηγεῖσθαι περὶ Δικτάτωρος μηδένα, μήτε ἐπιψηφίζειν, ἢ νηποινεὶ πρὸς τοῦ θέλοντος ἀποθνήσκειν; Ταῦτα γάρ ἐστιν ἃ ἐπολιτεύσατο ἡμῖν Ἀντώνιος ἐν δύο μησὶν, οἷς μόνοις ἐπέμεινε τῇ πόλει μετὰ Καίσαρα, ἄρτι μὲν τοῦ δήμου τοὺς φονέας διώκοντος, ἄρτι δὲ ὑμῶν δεδιότων ἐπὶ τοῖς ἐσομένοις· οὗ τίνα καιρὸν, εἰ πονηρὸς ἦν, ἀμείνονα εἶχεν; Ἀλλ' ἐς τὰ ἐναντία οὐκ ἦρχε. πῶς; οὐ μόνος ἦρχεν, ἀποδημήσαντος ἐπὶ Συρίας Δολοβέλλα; οὐ

*A. U.* 711.

*Lin. 67. ἡμετέρου Aug. forſan rectius. L. 68. διέλυσε Edd. Prætuli Aug. L. 74. μόνος, pro μόνοις, expreſſit Cand. Neſcio, an recte: ac dubito, an ſatis emendatus ille locus ſit. L. 77. Poſt τὰ ἐναντία tollendam partic. negantem duxit Gelen. cui adſentiens H. Stephanus ſuſpicatus eſt, οὗτος fortaſſe pro οὐ reponendum. Mihi neutrum ſatis planum eſt; ac vereor, ne interciderit nonnihil.*

„eſt? An, ſingulis nihil moleſtus, univerſorum inſidiatus eſt libertati? Quando tandem, *Cicero?* Utrum, quum legem de Oblivione anteactorum pertulit? an quum illam de reis non faciendis percuſſoribus? An quum *Sextum*, *Pompeji* veſtri *filium*, revocandum, bonaque paterna ex ærario ei perſolvenda, cenſuit? An quum *Pſeudo-Marium*, turbatorem pacis, comprehenſum mulctavit capite, cunctis vobis collaudantibus? & hoc calumniari tunc *Cicero* propter vos ſolos non eſt auſus? An quum legem *de Dictatura* „*in perpetuum ità tollenda* tulit, ut impune cuivis liceat occidere eum, qui illam revocare velit? Hæc enim ſunt ejus acta publica duorum menſium, quibus ſolis [ *an* ſolus? ] in Urbe manſit poſt necem Cæſaris: modo interfectores populo perſequente, modo vobis de futuro ſollicitis: quo tempore, ſi malus civis fuiſſet *Antonius*, quod aliud exſpectare poterat tempus ſibi opportunius? At contra adverſarios, ait, nihil egit! Quid? An non ſolus adminiſtravit omnia, profecto in Syriam Dolabella? an non acce-

A. U. 711. στρατὸν εἶχεν ἕτοιμον ἐν τῇ πόλει, τὸν ὑφ' ἡμῶν αὐτῷ δεδομένον; οὐκ ἐνυκτοφυλάκει τὴν πόλιν; οὐκ ἐνυκτοφυλακεῖτο διὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλήν; οὐ πρόφασιν εἶχε τὴν σφαγὴν Καίσαρος, φίλου τέ οἱ καὶ εὐεργέτου ὄντος, καὶ τῷ δήμῳ μάλιστα ὑπεραρέσκοντος; οὐχ ἑτέραν εἶχεν οἰκείαν, ἐπιβεβουλευμένος ἐς τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν; ὧν ἔκτεινε μὲν ἢ ἐφυγάδευσεν οὐδένα, συνέγνω δὲ ὅσα εἶχε μέτρου καλῶς, καὶ διδομένας αὐτοῖς ἡγεμονίας οὐκ ἐφθόνησε δοθῆναι; Τὰ μὲν δὴ μέγιστα, ὦ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀναμφίλογα Κικέρωνος ἐς τὸν Ἀντώνιον ἐγκλήματα ὁρᾶτε.

LVIII. Ἐπεὶ δέ γε ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασι καὶ μαντεύματα ἐπάγουσιν, ὡς ὁ Ἀντώνιος ἔμελλε μὲν τὸν στρατὸν ἄξειν ἐπὶ τὴν πόλιν, δείσειε δὲ προλαβόντος αὐτὴν ἑτέρῳ στρατῷ Καίσαρος· πῶς οὖν, εἰ τὸ μελλῆσαι μόνον ἐστὶν ἀνδρὸς πολεμίου, τὸν ἐλθόντα, καὶ παραστρατοπεδεύσαντα ἡμῖν ἀσήμαντον, οὐχ ἡγεῖται πολέμιον; πῶς δ',

*Lin.* 83 *ſq.* οἰκίαν, *quod poſt* ἑτέραν εἶχεν *dant Edd. MSS. & Cand. in* οἰκείαν *cum Gelenio mutavi, probante H. Stephano.*

„ptum a vobis præſidium habuit in Urbe paratum? an non nocturnis Urbem munivit cuſtodiis? an excubias circa ſe diſpoſuit ob aliud, quam ob inimicorum inſidias? an non ſatis ei ad id cauſæ fuit ipſa cædes Cæſaris, amici ſui, optime de ipſo meriti, & apud populum gratioſiſſimi? an non ad illam alia etiam propria acceſſit cauſa, cum capitalibus inſidiis peteretur ab eiſdem percuſſoribus; quorum neminem tamen vel occidit, vel in exilium egit; quibus etiam, quantum tandem licuit, ignovit, nec invidit eis dari provincias? Hæc ſunt, ut videtis, „*PATRES CONSCRIPTI*, illa præcipua maximeque manifeſta *crimina, quæ Antonio objicit Cicero.*

58. „Sed quoniam quidam, crimin̄atione non contenti, divinationes quoque addunt, *venturum fuiſſe Antonium in Urbem hoſtiliter cum exercitu, ſed id conſilium mutaſſe metu Cæſaris, qui eam præoccupaſſet*: qui fit tandem, ut, quum ſolum hujuſmodi *conſilium* hoſtile videatur, non pro hoſte habeatur is qui & venit, & tantum non obſedit nos, quamquam ne inſignia quidem imperii habens? Aut quid obſtabat, ne veniret *An-*

εἴπερ ἦλθεν ὁ Ἀντώνιος, οὐκ ἀφίκετο; ἢ τρισμυρίους ἔχων συντεταγμένους ἔδεισε τρισχιλίους τοὺς ἀμφὶ τὸν Καίσαρα ὄντας ἀνόπλους, ἀσυντάκτους, ἐς μόνας Καίσαρι διαλλαγὰς συνελθόντας, καὶ εὐθὺς ὡς ἔγνωσαν πολεμεῖν αἱρούμενον καταλιπόντας; Εἰ δὲ μετὰ τρισμυρίων ἐλθεῖν ἔδεισε, πῶς ἦλθε μετὰ μόνων χιλίων; μεθ' ὧν αὐτὸν ἐς τὸ Τίβουρον ἐξιόντα πόσοι προεπέμπομεν, καὶ πόσοι συνώμνυμεν οὐχ ὁρκούμενοι; πόσους δὲ Κικέρων ἐπαίνους ἐς τὴν πολιτείαν αὐτοῦ καὶ ἀρετὴν ἀνάλισκε; πῶς δ' αὐτὸς Ἀντώνιος, εἴ τι τοιοῦτον ἐγίγνωσκε, τὰ ἐνέχυρα τὰ νῦν ὄντα πρὸ τοῦ βουλευτηρίου κατέλιπεν ἡμῖν, μητέρα καὶ γυναῖκα καὶ μειράκιον υἱόν; οἳ κλαίουσι καὶ δεδίασι νῦν, οὐ τὴν Ἀντωνίου πολιτείαν, ἀλλὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν δυναστείαν. A. U. 711.

LIX. Ταῦτα μὲν δὴ πρὸς ὑμᾶς ἐξενήνοχα, δεῖγμα τῆς Ἀντωνίου τε ἀπολογίας, καὶ Κικέρωνος μεταβολῆς. Παραίνεσιν δ' ἐπιθήσω τοῖς εὖ φρονοῦσι, μήτε ἐς τὸν

*Lin.* 95. *Non neceſſe puto*, ἦλθεν *cum Muſgrav. in* ἤθελεν *mutare.*
*L.* 1. μόνων χιλίων *Aug.*

„*tonius*, ſi deſtinaverat? niſi forte juſtum exercitum triginta millium habens, timuit tria millia Cæſarianorum ſemiermium, nullos ordines ſervantium, qui in hoc tantum venerant, ut ei conciliarent *Cæſarem*; quem, ut primum cognoverunt moliri bellum, confeſtim deſeruerunt? Quod ſi non auſus eſt venire cum triginta millibus, quo tandem pacto cum mille ſolis venit? cum quibus ex Urbe petentem Tibur quam frequentes nos deduximus! quam frequentes ultro ſacramentum eidem „diximus! Quantas vero & *Cicero* laudes in ejus acta virtuteſque congeſſit! Aut quomodo *Antonius* ipſe, ſi quid tale cogitabat, hos nobis reliquit *obſides*, qui nunc verſantur ante curiam? *matrem*, inquam, *et uxorem*, *et filium* adoleſcentulum: qui nunc flent ac timent, non propter acta Antonii, ſed propter inimicorum dominationem.

59. „Habetis *P. C. ſpecimen defenſionis Antonii*, & *Ciceronis inconſtantiæ*. Supereſt, ut horter quotquot recte ſapiunt, ne vel populum of-

Digitized by Google

A. U. 711. δῆμον, μήτε ἐς Ἀντώνιον, ἁμαρτάνειν, μηδὲ ἔχθρας καὶ κινδύνους ἐπάγειν τοῖς κοινοῖς, νοσούσης ἔτι τῆς πολιτείας, καὶ ἀπορούσης τῶν ὀξέως ἀμυνούντων· δύναμιν δ᾽ ἐν τῇ πόλει συστησαμένους, πρὶν θορυβῆσαί τι τῶν ἔξω, τὴν ἀρκέσουσαν, τότε τοῖς ἑκάστοτε ἐπείγουσιν ἐφεδρεύειν, καὶ κρίνειν οὓς ἂν ἐθέλητε, δυναμένους τὸ κεκριμένον τελεῖν. Πῶς οὖν ἔσται ταῦτα; ἐὰν Ἀντώνιον μὲν ἐῶμεν ἐς πρόφασιν ἢ χάριν τοῦ δήμου τὴν Κελτικὴν ἔχειν, Δέκμον δὲ μετὰ τριῶν ὧν ἔχει τελῶν ἐνθάδε καλῶμεν, καὶ ἀφικόμενον ἐκπέμπωμεν ἐς Μακεδονίαν, τὰ τέλη κατασχόντες. εἰ δὲ καὶ τὰ ἀπ᾽ Ἀντωνίου μεταστάντα δύο πρὸς ἡμᾶς μετέστη, καθάπερ φησὶ Κικέρων, καὶ τάδε καλῶμεν ἀπὸ τοῦ Καίσαρος εἰς τὴν πόλιν. Οὕτω γὰρ πέντε τελῶν ἡμῖν ὑπαρχόντων, ψηφιζοίμεθα ἂν ὅτι δοκιμάζοιμεν ἐγκρατῶς, ἐς οὐδενὸς ἀνδρὸς ἐλπίδας αἰωρούμενοι.

LX. Καὶ τάδε μὲν εἴρηται τοῖς ἄνευ φθόνου καὶ φι-

*Lin.* 17. τὴν ἀρίσκουσαν *Reg. A. mend.* *L.* 20. ἔχειν *caret Aug. perperam.* *L.* 24. πρὸς ὑμᾶς *Aug.* *L.* 26. ἂν *caret Aug. male.*

„fendant, vel Antonium; neque in civitatem ſimultates & pericula invehant, ægrotante adhuc republica, & egente maturo auxilio: utque Urbem, priuſquam externus aliquis tumultus ingruat, ante omnia idoneo firmetis præſidio, ac tunc demum reliquis rebus, prout quæque præſentiſſimum remedium poſtulat, proſpiciatis; & tum demum in judicium vocetis condemnetiſve quos volueritis, quum decreta veſtra exſequendi facultas adfuerit. Quomodo igitur fient hæc? Si Antonio Galliam, populi cauſa, a quo eam acceperit, relinquamus: *D. Brutum* vero, cum tribus quas habet legionibus, huc evocatum, mittamus in Macedoniam, retento hic ejus exercitu. Præterea quod ſi duæ illæ legiones, quæ *Antonium* deſeruerunt, ad nos tranſierunt, ut ait *Cicero*; has quoque a Cæſare in Urbem revocemus. Sic enim freti quinque legionibus, Senatuſconſulta conſtanter valideque faciemus quæcunque placuerint, a nullius mortalis gratia pendentes.

60. „Et hæc quidem dicta ſint his, qui me audiunt abſque invidiæ contentioniſque

φιλονεικίας ἀκροωμένοις. Τοῖς δὲ ἀπερισκέπτως καὶ ἀπαρασκεύως δι' οἰκείαν ἔχθραν ἢ φιλονεικίαν ἐκθορυβοῦσιν ὑμᾶς, κριτὰς παραινῶ μὴ ταχεῖς εἶναι, μηδὲ προπετεῖς ἐς ἄνδρας μεγίστους τε, καὶ στρατιᾶς ἄρχοντας ἱκανῆς, μηδὲ ἄκοντας ἐκπολεμοῦν· ἀναμιμνησκομένους Μαρκίου τε τοῦ Κοριολάνου, καὶ τὰ ἔναγχος δὴ ταῦτα Καίσαρος· ὃν στρατιᾶς ὁμοίως ἡγούμενον, καὶ σπονδὰς ἀρίστας ἂν ἡμῖν γενομένας προτείνοντα, προπετῶς πολέμιον ψηφισάμενοι, τῷ ὄντι πολέμιον ἠνάγκασαν γενέσθαι. Φείδεσθαι δὲ καὶ τοῦ δήμου, πρὸ βραχέος τοῖς φονεῦσι τοῖς Καίσαρος ἐπιδραμόντος, μὴ ἐς ὕβριν αὐτοῦ δοκῶμεν τοῖς μὲν ἡγεμονίας ἐθνῶν διδόναι, Δέκμον δὲ ἐπαινεῖν, ὅτι τοῦ δήμου νόμον ἀκυροῖ, καὶ Ἀντώνιον πολέμιον κρίνειν, ὅτι τὴν Κελτικὴν ἔλαβε παρὰ τοῦ δήμου. Ὧν τοὺς μὲν εὖ βουλευομένους ἐνθυμεῖσθαι χρὴ ὑπὲρ τῶν ἔτι πλανωμένων, τοὺς δ' ὑπάτους καὶ δημάρχους πλείονας κινδυνεύουσι τοῖς κοινοῖς γενέσθαι. A. U. 711.

*Lin. 34 ſq.* Μάρκιυ τε *Edd. mend. invitis MSS.* *L.* 38. coēgiſtis *Cand.* ἠναγκάσαμεν *autem cum Gelenio maluit Muſgr.* *L.* 45. *An genuinum ſit illud* πλείονας, *definire non auſim: & Muſgravium quoque in ea voce video hæſitaſſe.*

„adfectibus. Ceterum hos qui inconſiderate incogitanterque propter proprias ſimultates ac contentiones vos conturbant, hortor, ne præcipitent judicium contra viros egregios, & magnis præfectos exercitibus, neve invitos ad bellum cogant: meminerintque & Marcii Coriolani, & horum quæ ab ipſo Cæſare nuper geſta ſunt; quem quia pariter imperantem exercitui, & nobis optimas conditiones pacis offerentem, temere hoſtem judicavimus, *ut revera hoſtis fieret*, perpulimus: denique „rationem habeant populi, qui paulo ante impetum fecit in percuſſores Cæſaris; ne videamur in ipſius populi contumeliam eis dare provincias, & *D. Brutum* laudare quod plebiſcitum irritum faciat, *Antonium* autem hoſtem judicare, quod Galliam a populo acceperit. Quapropter debent qui recte ſentiunt, errantes in viam reducere: Conſules vero & tribuni plebis majorem curam impendere debebunt periclitanti reipublicæ."

Digitized by Google

A. U. 711. LXI. Ὧδε μὲν ὁ Πείσων ἀπελογεῖτο, καὶ ὠνείδιζεν ὁμοῦ καὶ ἐφόβει· καὶ σαφῶς αἴτιος ἐγένετο μὴ ψηφισθῆναι πολέμιον Ἀντώνιον. οὐ μὴν ἐκράτησε, τῆς Κελτικῆς αὐτὸν ἄρχειν. οἱ γὰρ τῶν σφαγέων φίλοι τε καὶ συγγενεῖς ὑπὸ δέους ἐκώλυσαν, μὴ τοῦ πολέμου λυθέντος ἐπεξέλθοι τὸν φόνον, Καίσαρι συναλλαγείς· διὸ καὶ στασιάζειν αἰεὶ παρεσκεύαζον Καίσαρά τε καὶ Ἀντώνιον. Ἐψηφίσαντο δ᾽, Ἀντωνίῳ προαγορεῦσαι, Μακεδονίαν ἀντὶ τῆς Κελτικῆς ἔχειν· τὰς δὲ ἄλλας ἐντολὰς, εἴτε λαθόντες, εἴτ᾽ ἐξεπίτηδες, Κικέρωνα συγγράψαι τε καὶ δοῦναι τοῖς πρεσβεύουσι προσέταξαν. Ὁ δὲ, τὴν γνώμην παραφέρων, συνέγραφεν ὧδε· Μουτίνης Ἀντώνιον εὐθὺς ἀπανίστασθαι, καὶ Δέκμῳ τὴν Κελτικὴν μεθιέναι· ἐντὸς δὲ Ῥουβίκωνος ποταμοῦ, τοῦ τὴν Ἰταλίαν ὁρίζοντος ἀπὸ τῆς Κελτικῆς, ἡμέρᾳ ῥητῇ γενόμενον, ἐπιτρέψαι τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν ἅπαντα τῇ βουλῇ. Οὕτω μὲν φιλονείκως τε καὶ ψευδῶς ἐντολὰς ὁ Κικέρων συνέγραφεν· οὐδεμιᾶς ἔχθρας τοσῆσδε

*Lin.* 61. ἐπιτρέψει τὰ καθ᾽ *Edd. Recte Aug. ut conjecerat Muſgrav.*
*L.* 63. *Forte* τὰς ἐντολάς.

61. Hæc *Piſo* verba fecit *pro Antonio*, exprobrans ſimul & terrens: effecitque procul dubio, ne hoſtis Antonius judicaretur. Nec tamen pervicit, ut ei Gallia decerneretur provincia: nam percuſſorum cognati & amici obſtiterunt; metuentes, ne, redeunte pace necem Cæſaris vindicaret, cum juvene Cæſare in gratiam reverſus: quapropter ſemper quoque alebant eorum diſſidium. *Decretum*que eſt, *ut offerretur Antonio Macedonia pro Gallia*: cetera *mandata*, vel imprudentes, vel conſulto, *commiſerunt Ciceroni perſcribenda*, & per legatos *ad Antonium* mittenda. Quæ CICERO, mutata paulliſper ſenatus ſententia, conſcripſit in hunc modum: *Antonius a Mutina confeſtim abſcedito; D. Bruto Galliam relinquito; intra Rubiconem*, Italiæ Galliæque terminum, *ante præſtitutum diem ſe recipito*, *reſque ſuas cunctas arbitrio Senatus permittito*. Ita & contentioſe & contra ſenatus ſententiam *Cicero* mandata conſcripſit; non tam propter ſimultatem, ut videtur,

τοσῆσδε ὑπούσης, ἀλλ', ὡς ἔοικε, τοῦ δαιμονίου τὰ κοινὰ ἐς μεταβολὴν ἐνοχλοῦντος, καὶ αὐτῷ Κικέρωνι κακῶς ἐπινοοῦντος. Ἄρτι δὲ καὶ τῶν Τρεβωνίου λειψάνων κομισθέντων, καὶ τῆς ἐς αὐτὸν ὕβρεως γνωσθείσης ἀκριβέστερον, οὐ δυσχερῶς ἡ βουλὴ τὸν Δολοβέλλαν ἔκρινεν εἶναι πολέμιον. *A. U. 711.*

LXII. Οἱ δ' ἐς τὸν Ἀντώνιον ἀπεσταλμένοι πρέσβεις, αἰδούμενοι τῶν ἐντολῶν τὸ ἀλλόκοτον, οὐδὲν μὲν ἔφασαν, αὐτὰς δ' ἐπέδοσαν αὐτῷ. Καὶ ὁ Ἀντώνιος σὺν ὀργῇ πολλὰ ἔς τε τὴν βουλὴν καὶ τὸν Κικέρωνα ἀπερρίπτει· θαυμάζων, ὅτι Καίσαρα μὲν, τὸν τὰ μέγιστα ὠφελήσαντα τὴν ἀρχὴν, ἡγοῦνται τύραννον ἢ βασιλέα, Κικέρωνα δὲ οὐ νομίζουσιν· ὃν Καῖσαρ μὲν εἷλε πολέμῳ, καὶ οὐκ ἀπέκτεινε· Κικέρων δὲ τοὺς ἐκείνου φονέας προτίθησι τῶν φίλων αὐτοῦ, καὶ Δέκμον Καίσαρι μὲν ὄντα φίλον ἐμίσει, ἀνδροφόνον δὲ αὐτοῦ γενόμενον ἀγαπᾷ· καὶ τῷ μὲν παρ' οὐδενὸς μετὰ Καίσαρα λαβόντι τὴν Κελτικὴν προστίθεται,

*Lin. 66.* τῶν τοῦ Τρεβων. *Edd. Prætuli Aug. Ven. L. 72.* ἐπέδωκαν *Edd. Recte Aug. L. 80. Vulgatum* προτίθεται *in* προστίθεται *fuit mutandum; quod expreſſit Cand.* ope aſſiſteret.

tur, quæ quidem magna erat, quam ſic volente fortuna, gravem reipublicæ mutationem adlatura, ipſique Ciceroni meditante perniciem. Eodem autem tempore, adlatis Trebonii reliquiis, cognitiſque ludibriis quibus ille erat adfectus, *ſenatus*, nemine magnopere obſtante, *Dolabellam hoſtem judicavit.*

62. Legati a ſenatu ad Antonium miſſi, quum puderet eos mandatorum tam inſolentium, nihil aliud præfati, ea ipſa illi tradiderunt. Et *iratus* ANTONIUS multa *in ſenatum ac Ciceronem effudit*: „Mirari ſe, *Cæſarem* quidem, optime de Romano imperio meritum, haberi pro tyranno regeque: *Ciceronem* vero non haberi, qui, quum a Cæſare jure belli captus, & ſalvus & incolumis eſſet dimiſſus, nunc percuſſores ejus præferat amicis ejuſdem; & D. Brutum, quamdiu fuerat Cæſaris amicus, oderit, nunc parricidam diligat; eidemque, qui a nemine poſt Cæſarem Galliam acceperit, faveat; ſe vero op-

A. U. 711.

τῷ δὲ παρὰ τοῦ δήμου λαβόντι πολεμεῖ. τῶν τε ἐψηφισμένων μοι τελῶν τοῖς μὲν αὐτομολήσασι γέρα δίδωσι, τοῖς δὲ παραμείνασιν οὔ· διαφθείρων οὐκ ἐμοὶ μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ πόλει, τὰ στρατιωτικά. καὶ τοῖς μὲν ἀνδροφόνοις ἀμνηστίαν ἔδωκεν, ᾗ κἀγὼ συνεθέμην διὰ δύο ἄνδρας αἰδεσίμους· Αντώνιον δὲ καὶ Δολοβέλλαν ἡγεῖται πολεμίους, ὅτι τῶν δεδομένων ἐχόμεθα. ἥδε γάρ ἐστιν ἡ ἀληθὴς αἰτία· κἂν ἀποστῶ τῆς Κελτικῆς, οὔτε πολέμιος οὔτε μόναρχός εἰμι. Ταῦτα μέντοι μαρτύρομαι, λύσειν τὴν οὐκ ἀγαπωμένην ἀμνηστίαν.

LXIII. Τοιάδε πολλὰ εἰπὼν ὁ Αντώνιος, ἀντέγραψε τῷ δόγματι· Τῇ μὲν βουλῇ πεισθῆναι ἂν ἐς ἅπαντα ὡς πατρίδι, Κικέρωνι δὲ τῷ συγγράψαντι τὰς ἐντολὰς ὧδε ἀποκρίνεσθαι· Ὁ δῆμος ἔδωκέ μοι τὴν Κελτικὴν νόμῳ, καὶ Δέκμον ἀπειθοῦντα τῷ νόμῳ μετελεύσομαι, καὶ τοῦ φόνου δίκας ἀπαιτήσω μόνον ὑπὲρ ἁπάντων, ἵνα

*Lin.* 83. παραμείνουσιν *Edd. Prætuli Aug. Ven.* *L.* 93. τῷ *ad* συγγράψαντι *adjeci ex Aug. & Reg. B.*

„pugnet, qui populi beneficio illam provinciam obtinuerit. Ex legionibuſque, inquit, quas ſenatuſconſulto accepi, transfugis præmia *Cicero* decernit, manentes in officio vacuas dimittit: adeoque milites diſciplinamque militarem corrumpit, non magis meo incommodo, quam reipublicæ. Præterea parricidis Oblivionem conceſſit; cui & ego adſenſi, propter duos viros honoratos: Antonium vero & Dolabellam habet pro hoſtibus, quia, quæ nobis tradita ſunt, ademta nobis nolumus. Hæc enim eſt cauſa præcipua: „&, ſi deceſſero de Gallia, tum nec hoſtis fuero, nec adfectator monarchiæ. Hoc tamen proteſtor, irritam me facturum illam, qua contenti eſſe nolunt, Oblivionem."

63. *Talia* multa *locutus* ANTONIUS, *reſcripſit* ad ſenatuſconſultum: „futurum ſe in Senatus poteſtate, amore patriæ: *Ciceroni* vero, qui mandata perſcripſerit, ita ſe reſpondere: *Populus lege lata Galliam mihi dedit; itaque D. Brutum legi non parentem armis perſequar; et pœnas ab ipſo uno pro omnibus percuſſoribus expetam;*

καὶ ἡ βουλὴ καθαρεύσῃ ποτὲ τοῦ μύσους, ἐμπιπλαμένη νῦν διὰ Κικέρωνα Δέκμῳ βοηθοῦντα. Τάδε μὲν ὁ Ἀντώνιος εἶπέ τε καὶ ἀντέγραψε. Καὶ ἡ βουλὴ αὐτὸν αὐτίκα ἐψηφίζετο εἶναι πολέμιον, καὶ τὸν ὑπ' αὐτῷ στρατὸν, εἰ μὴ ἀποσταῖεν αὐτοῦ· Μακεδονίας δὲ καὶ τῆς Ἰλλυρίδος αὐτῆς, καὶ τῶν ἐν ἀμφοτέραις ὑπολοίπων στρατῶν, Μάρκον Βροῦτον ἄρχειν, μέχρι καταστταίη τὰ κοινά. Ὁ δὲ ἴδιόν τε εἶχεν ἤδη στρατὸν, καὶ παρὰ Ἀπουληΐου τινὰ προσειλήφει, καὶ ναῦς εἶχε μακράς τε καὶ ὁλκάδας, καὶ χρημάτων ἐς μύρια καὶ ἑξακισχίλια τάλαντα, καὶ ὅπλα πολλὰ, ὅσα ἐν Δημητριάδι Γαΐῳ Καίσαρι ἐκ πολλοῦ γιγνόμενα εὗρεν· οἷς ἅπασιν αὐτὸν ἡ βουλὴ τότε ἐψηφίζετο ἐς τὰ συμφέροντα τῆς πατρίδος χρῆσθαι. Εψηφίσαντο δὲ καὶ Κάσσιον ἄρχειν τε Συρίας, καὶ πολεμεῖν Δολοβέλλᾳ· τούς τε ἄλλους, ὅσοι τινὲς ἔθνους ἢ στρατοῦ Ῥωμαίων ἄρχουσιν ἀπὸ τῆς Ἰονίου θαλάσσης ἐπὶ τὴν ἕω, πάντας ὑπακούειν ἐς ὅ τι προστάσσοι Κάσσιος ἢ Βροῦτος. *A. U. 711.*

*Lin. 97. μίσους edit. 1. mend. ex Reg. A.*

*ut ſenatus etiam purus tandem fiat a piaculo, cui nunc obnoxius eſt propter Ciceronem faventem Decimo."* Hæc *Antonii dicta ſcriptaque* poſtquam ad ſenatum relata ſunt, continuo & ipſe *Antonius hoſtis judicatus* eſt, & ſimul exercitus ejus, ni confeſtim eum relinqueret. *Macedonia cum Illyrico* & copiis, quæ in utraque provincia ſupererant, *M. Bruto data* eſt, donec conſtituta eſſet reſpublica. Iſque jam proprium habebat exercitum, & inſuper ab *Apulejo* nonnihil militum acceperat, habebatque naves cum longas, tum onerarias, & pecuniæ circiter ſedecim millia talentorum, armorumque magnum numerum, quæ *Demetriade* a Cæſare multo ante parata invenerat: quibus rebus omnibus eum tunc Senatus uti juſſit ad commoda reipublicæ. *Caſſius* quoque ex eodem S. C. *præfectus* eſt *Syriæ*, & *bellum Dolabellæ inferre* juſſus: adſcriptumque eſt Senatuſconſulto, ut *quicunque provinciis exercitibuſve populi Romani præeſſent, a mari Supero* ad *Orientem uſque*, omnes *Caſſii Brutique imperata facerent.*



Digitized by Google

*A. U.* 711.

LXIV. Ὧδε μὲν ὀξέως, σὺν ἀφορμῇ, τοὺς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἐξελάμπρυνον. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἕκαστα μαθὼν, ἠπόρητο· τὴν μὲν ἀμνηστίαν ἡγούμενος εὐπρέπειαν ἐσχηκέναι φιλανθρωπίας, καὶ ἔλεον συγγενῶν ἀνδρῶν καὶ ὁμοτίμων· καὶ τὰς βραχυτέρας ἡγεμονίας, ἀσφάλειαν· Δέκμῳ τε τὴν Κελτικὴν βεβαιοῦντας, Αντωνίῳ δόξαι περὶ τυραννίδος διαφέρεσθαι, ᾧ προσποιήματι καὶ αὐτὸν ὑπάγεσθαι κατ᾽ Αντωνίου. τὸ δὲ καὶ Δολοβέλλαν πολέμιον ψηφίσασθαι δι᾽ ἕνα τῶν ἀνδροφόνων ἀναιρεθέντα, καὶ Βρούτῳ καὶ Κασσίῳ τὰς ἡγεμονίας ἐς τὰ μέγιστα ἔθνη διαλλάξαι, στρατόπεδά τε δοῦναι πολλὰ ἀθρόως καὶ χρήματα, καὶ ἡγεμόνας ἡγεμόνων ἀποφῆναι πάντων, ὅσοι πέραν εἰσὶ τῆς Ιονίου θαλάσσης, σαφῶς εἶναι τὴν μὲν Πομπηΐου μοῖραν αὐξόντων, τὴν δὲ Καίσαρος καθαιρούντων. Ενεθυμεῖτο δὲ καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ὡς μειράκιον

*Lin.* 18. ἀπέρειτο *ſic mend. Edd. ex Reg. B.* *L.* 19. ἐλέου *Edd. Prætuli Aug. Ven. Cand.* *L.* 21. Δεκίμῳ δὲ τὴν Κελτ. *Edd. Rectius* τε *Aug. Reg. A. & Cand.* *Ibid.* Αντων. δόξαι περὶ τυρ. *Edd. Recte Aug. Ven. ſicut & emendandum monuit Muſgrav.*

64. Ita brevi momento, data occaſione, *res M. Bruti Caſſiique præclare* a ſenatu *auctæ* ſunt. Quibus ſingulis cognitis, CÆSAR *perplexus* fuit *conſilii*; quod „Oblivionem quidem arbitrabatur ſpeciem habuiſſe humanitatis, & miſerationis erga viros cognatos honoreque pares; minoreſque provincias eis ſecuritatis cauſa fuiſſe conceſſas; denique, quod Galliam *Decimo* confirmaſſet ſenatus, id potuiſſe *odio Antonii* factum videri, ob adfectatam ab illo tyrannidem; quo prætextu & ſe fuiſſe a ſenatu adductum, ut ab Antonio diſſidium face„ret. Nunc autem, quod *Dolabella* hoſtis ſit judicatus propter occiſum unum ex parricidis; quod *M. Bruto Caſſioque* imperium rurſus datum ſit in ampliſſimas provincias; quod maximi exercitus magnaque vis pecuniæ illis ſit tradita, ſubjectique eorumdem imperio ſint reliqui omnes tranſmarinarum provinciarum præſides: id vero manifeſte pertinere ad *augmentum Pompejanarum partium*, & *detrimentum Cæſarianarum*." Veniebant in mentem & artes illæ, quibus contra ſe, tamquam adoleſcentulum, uteretur ſenatus: „ſtatuam ſibi de-

Digitized by Google

τέχνης, εἰκόνα μὲν αὐτῷ καὶ προεδρίαν παρασχόντων, καὶ ἀντιστράτηγον ἀποφηνάντων, ἔργῳ δὲ ἴδιον αὐτοῦ τὸν στρατὸν ὄντα ἀφαιρουμένων· ὑπάτων γὰρ συστρατηγούντων, οὐδὲν εἶναι τὸν ἀντιστράτηγον. τά τε γέρα, τοῖς ἀπὸ Αντωνίου μόνοις μεταστᾶσιν ἐψηφισμένα, τοὺς αὐτῷ στρατευομένους ἀτιμοῦν· καὶ τὸν πόλεμον ὅλως αὐτῷ μὲν αἰσχύνην ἔχειν, ἔργῳ δὲ τὴν βουλὴν ἀποχρήσασθαί οἱ κατὰ Αντωνίου, μέχρι καθέλωσιν αὐτόν. *A. U. 711.*

LXV. Ταῦτα λογιζόμενος, ἐπέκρυπτε· καὶ, θύων ἐπὶ τῇ δεδομένῃ ἀρχῇ, πρὸς τὸν στρατὸν ἔφη· Καὶ τάδε μοι παρ᾽ ὑμῶν, ὦ συστρατιῶται, γέγονεν· οὐ νῦν, ἀλλ᾽ ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν ἐδίδοτε. καὶ γὰρ ἡ βουλὴ δι᾽ ὑμᾶς ἔδωκεν. ὥστε ἐμὲ καὶ τούτων ἴστε τὴν χάριν ὑμῖν ὀφλήσοντα, καὶ, ἣν οἱ θεοὶ παρέχωσιν εὐπραγεῖν, ἀποδώσοντα ἀθρόως. Ὁ μὲν οὑτωσὶ τὸν στρατὸν οἰκειούμενος ὑπήγετο. Τῶν δὲ ὑπάτων Πάνσας μὲν ἀνὰ τὴν Ιταλίαν ἐξενάγει· Ἵρτιος δὲ τῷ Καίσαρι τὸν στρατὸν ἐμερίζετο, καὶ,

*Lin. 33 ſq.* γὰρ στρατηγούντων *Reg. B. a pr. manu.* *L. 35.* μετὰ στάσιν *Edd. ex Reg. B.* μεταστάσιν *Reg. A. Recte Aug.* *L. 39.* ἀπέκρυπτε *Reg. B. a pr. man.* *L. 43 ſq.* ὀφλήσαντα *Aug. perperam.*

latam & præſidentiam, honoremque Proprætoris; ſed revera ablatum proprium exercitum: dum enim exercitui ſimul præſint *Conſules*, auctoritatem *Proprætoris* evaneſcere. Deinde præmia, ſolis Antonianis transfugis decreta, pertinere ad reliquorum ſuorum militum ignominiam. Denique bellum hoc omnino cum ſuo dedecore eſſe conjunctum; & ſenatum revera nihil aliud agere, niſi ut ſua abutatur opera contra Antonium, tantiſper dum illum e medio ſuſtulerit."

65. Has autem cogitationes intra ſe comprimens CÆSAR, ſacris magiſtratus ſui aditialibus peractis, ſic *compellavit exercitum*: „Hunc quoque honorem vobis, *Commilitones*, fero acceptum: non nunc demum, ſed ex quo mihi imperium vos obtuliſtis. Nam & ſenatus propter vos mihi hunc honorem contulit. Quare ſcitote, me & hanc vobis habiturum gratiam, & cumulate eam, ſi dii cœpta fortunaverint, relaturum." Sic ille comitate demerebatur exercitum. *Conſulum* vero *alter*, *Panſa*, per Italiam parabat auxilia; alter, *Hirtius*, *copias partiebatur*

A. U. 711. ὡς αὐτῷ παρὰ τῆς βουλῆς ἐν ἀπορρήτῳ λέλεκτο, ἐς τὸ μέρος ᾔτει τὰ δύο τέλη τὰ παρὰ Ἀντωνίου μεταστάντα, εἰδὼς τάδε ὄντα τοῦ στρατοῦ τὸ ἀξιολογώτατον. Καὶ ὁ μὲν Καῖσαρ ἅπαντα συνεχώρει· μερισάμενοι δὲ ἐχείμαζον μετ᾽ ἀλλήλων. Παροδεύοντος δὲ τοῦ χειμῶνος ἤδη, Δέκμος μὲν ἔκαμνεν ὑπὸ λιμοῦ, Ἵρτιος δὲ καὶ Καῖσαρ ἐς τὴν Μουτίνην ἐχώρουν, μὴ κάμνοντα τὸν Δέκμου στρατὸν ὁ Ἀντώνιος παραλάβοι. Ἀκριβῶς δὲ τῆς Μουτίνης φυλασσομένης ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου, πανσυδὶ μὲν οὐ συνεπλέκοντο αὐτῷ, Πάνσαν περιμένοντες· ἱππομαχίαι δ᾽ ἦσαν πυκναὶ, πολὺ μὲν πλείους ἱππέας ἔχοντος Ἀντωνίου· τοῦ πεδίου δὲ ἡ δυσχέρεια, διὰ χειμάῤῥους ἐκτεταφρευμένου, τὴν πλεονεξίαν τὸ πλῆθος ἀπεστέρει.

LXVI. Καὶ τάδε μὲν ἦν ἀμφὶ τῇ Μουτίνῃ. Τὰ δ᾽ ἐν Ῥώμῃ, τῶν ὑπάτων οὐ παρόντων, ὁ Κικέρων ἦγεν ὑπὸ δημοκοπίας. καὶ συνεχεῖς ἦσαν ἐκκλησίαι· ὅπλα τε εἰργάζετο συναγαγὼν τοὺς δημιουργοὺς ἀμισθὶ, καὶ χρήματα συνέλεγε, καὶ βαρυτάτας ἐσφορὰς τοῖς Ἀντω-

*Lin. 56.* πανσυδὶ *Edd. Prætuli Aug.*

*cum Cæſare:* &, ſicut a ſenatu clam mandatum acceperat, poſcebat pro ſua portione duas illas legiones quæ ab Antonio tranſierant; quod ſciret, hoc eſſe robur exercitus. Quæ poſtquam *Cæſar* omnia fieri paſſus eſt, ambo cum ſuis una hiemarunt. Progrediente autem hieme, *Brutus fame laborabat.* Cujus exercitum laborantem ne *Antonius* in deditionem acciperet, *Hirtius Mutinam properavit cum Cæſare.* Quæ quum arcte obſideretur ab *Antonio*, ſignis collatis dimicare cum eo non placuit, donec *Panſa* adveniſſet: equitum tantum crebra fuere certamina, Antonianis numero ſuperantibus; quod tamen eis parum proderat, quia planities illa crebris interrupta erat torrentibus.

66. Dum hæc *ad Mutinam* geruntur: *in Urbe* interim per Conſulum abſentiam *Cicero populum regebat* quotidianis fere concionibus; arma parabat, gratuita fabrorum opera; pecunias colligebat, vexans Antonianos po-

Digitized by Google

τίου φίλοις ἐπετίθει. οἱ δὲ ἑτοίμως εἰσέφερον, ἐκλυόμενοι τὴν διαβολήν· μέχρι Πούπλιος Οὐεντίδιος, ἐστρατευμένος τε Γαΐῳ Καίσαρι, καὶ Ἀντωνίῳ φίλος ὤν, οὐκ ἤνεγκε τὴν βαρύτητα τοῦ Κικέρωνος, ἀλλ' ἐς τὰς Καίσαρος ἀποικίας ἐκδραμὼν ὡς γνώριμος, δύο ἐς τὸν Ἀντώνιον ἀνεστράτευσε τέλη, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην συλλαβεῖν Κικέρωνα ἠπείγετο. Τότε μὲν δὴ θόρυβός τε ἦν ἄπλετος, καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας ὑπεξέφερον οἱ πλείους μετὰ δυσελπιστίας, καὶ ὁ Κικέρων τῆς πόλεως ἀπεδίδρασκε. Καὶ ὁ Οὐεντίδιος μαθὼν, ἐς τὸν Ἀντώνιον ἀνέστρεφε. διακλειόμενος δὲ ὑπὸ Καίσαρός τε καὶ Ἱρτίου, ἐς τὴν Πικηνίτιδα παρῆλθε· καὶ τέλος ἄλλο συλλογίσας, ἐφήδρευε τοῖς ἐσομένοις. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Καίσαρα, τοῦ Πάνσα μετὰ στρατιᾶς πλησιάζοντος, Καρσουλήϊον αὐτῷ προσέπεμπον, ἄγοντα τὴν Καίσαρος στρατηγίδα τάξιν καὶ τὸ Ἄρειον τέλος, ἐς βοήθειαν τῆς διόδου τῶν στενῶν. ὁ δὲ Ἀντώνιος τῶν μὲν στενῶν ὑπερεῖδεν, ὡς οὐδὲν πλέον ἢ κωλύσων ἐν αὐτοῖς·

*A. U.*
711.

*Lin.* 72. *Poſt* τότε μὲν *inſerui* δὴ *ex Aug.* *L.* 74. ὁ *ad* Οὐεντιδ. *caret edit.* 3. *invit. MSS.* *L.* 76. Πικηνῖτιδα *h. l. Edd. & MSS. quod correxi.* *L.* 78. τοῦ Πάνσου *Edd. Prætuli Aug.*

tiſſimum graviſſimis exactionibus. Et hi quidem promte conferebant, quo minus paterent calumniis: donec *P. Ventidius*, qui ſub Cæſare ordines duxerat, tunc amicus Antonii, *non ferens importunitatem Ciceronis*, excurrit in deductas a Cæſare colonias: &, quia ob virtutem notus apud veteranos erat, duabus legionibus revocatis ad Antonii militiam, ad Urbem properavit, *Ciceronem comprehenſurus*. Tum vero tanta ſubito trepidatio exorta eſt, ut, rebus deſperatis, paſſim migraretur cum uxoribus & liberis, & *Cicero ex Urbe profugeret*. Quo cognito, *Ventidius* iter vertit *ad Antonium*: ſed quum intercluderetur a Cæſare & Hirtio, in Picenum ſe contulit: ubi, nova inſuper conſcripta legione, obſervabat quo res vergeret. *Panſa* autem cum exercitu advenienti *Cæſar* atque *Hirtius Carſuleium miſerunt obviam*, cum prætorianis Cæſaris & legione Martia, quo tutius penetraret *montium anguſtias*. Quas quidem anguſtias *Antonius* occupare contemſerat, quod



Digitized by Google

A. U. 711. ἐπιθυμίᾳ δὲ ἀγῶνος, οὐκ ἔχων τοῖς ἱππεῦσιν ἐλλαμπρύνασθαι διὰ τὸ πεδίον ἑλωδέστερον ὂν καὶ τεταφρευμένον, δύο ἐνήδρευσε τέλη τὰ ἄριστα ἐν τῷ ἕλει· τῆς δ᾽ ὁδοῦ, χειροποιήτου καὶ στενῆς οὔσης, ἑκατέρωθεν τῷ δόνακι κρυπτομένων.

LXVII. Καρσουληΐου δὲ καὶ Πάνσα τὰ στενὰ νυκτὸς διαδραμόντων, ἅμα δ᾽ ἡμέρᾳ μόνοις τοῖς Ἀρείοις καὶ πέντε ἄλλαις τάξεσιν ἐς τὴν χειροποίητον ὁδὸν ἐσβαλόντων ἔτι καθαρεύουσαν πολεμίων, καὶ τὸ ἕλος ἑκατέρωθεν ὂν περισκεπτομένων· ὅ τε δόναξ διακινούμενος ὑπωπτεύετο, καὶ ἀσπὶς ἤδη που καὶ κράνος ἐξέλαμπε, καὶ ἡ στρατηγὶς Ἀντωνίου τάξις αὐτοῖς αἰφνίδιον ἐπεφαίνετο ἐκ τοῦ μετώπου. Οἱ δ᾽ Ἄρειοι περιειλημμένοι τε πάντοθεν, καὶ οὐδαμόσε διαδραμεῖν ἔχοντες, ἐκέλευον νεολέκτους, εἰ παραγένοιντο, μὴ συνεφάπτεσθαι σφίσι τῶν πόνων,

*Lin.* 88. *Pro* καὶ Πάνσα, *quod dederunt Aug. & Ven. dant mend.* καὶ πάντων *Edd. ex Reg. A.* καὶ πάντα *Reg. B. & duo MSS. Florentini. L.* 90 *ſq.* ἐκβαλόντων *Edd. ex Reg. B. Prætuli Aug. Ven. Reg. A. cum duobus Florent. L.* 92. δόναξ κινούμενος *Edd. Prætuli Aug. L.* 96. *Verbum* νεολέκτους *non eſt in Edd. nec in MSStis noſtris. Intercidiſſe ibi nonnihil, facile patebat: neque obſcurum erat, quid ad explendam ſententiam requireretur. Ipſum autem verbum ſuppeditavit Cand.* noviter electos.

nihil aliud ibi agere poſſet, quam prohibere tranſitu hoſtes. Sed quum cupidus eſſet Marte decernere, neque vero egregiam ullam operam exſpectaret ab equitibus, in planitie plus ſatis paluſtri & foſſis interciſa; duas robuſtiſſimas legiones in arundinetis paludis ex utroque latere anguſti aggeris, per quam via erat munita, diſpoſuit in inſidiis.

67. Poſtquam vero *Panſa cum Carſulejo* ſuperatis noctu faucibus evaſit, & primo mane ſola *Martia legio* cum quinque aliis cohortibus *aggerem ingreſſa* eſt, qua parte nihil erat hoſtium; circumſpectantibus utrimque paluſtria, primum arundinum motus ſuſpicionem injecit, mox & galearum clypeorumque fulgor hinc illinc intermicuit; & repente *prætoriani Antonii* a fronte *exorti* ſunt. Ibi *Martii circumventi undique*, nullo patente effugio, juſſerunt tirones, ubi adveniſſent, abſtinere a conflictu, ne ordines

ὡς μὴ συνταράξειαν αὐτοὺς ὑπὸ ἀπειρίας· τῇ στρατηγίδι δὲ Ἀντωνίου τὴν Καίσαρος στρατηγίδα ἀντέταξαν· A. U. 711. αὐτοὶ δὲ ἐς δύο διαιρεθέντες, ἐνέβαινον ἐς ἑκάτερον ἕλος, καὶ αὐτοῖς ἐπεστάτουν τῇ μὲν ὁ Πάνσας, τῇ δὲ ὁ Καρσουλήιος. Δύο δὲ τῶν ἑλῶν ὄντων, δύο ἦσαν οἱ πόλεμοι, τῇ διόδῳ εἰργόμενοι μὴ γιγνώσκειν τὰ ἀλλήλων· καὶ κατὰ τὴν δίοδον αὐτὴν αἱ στρατηγίδες πόλεμον ἄλλον ἐφ' ἑαυτῶν ἐπολέμουν. γνώμη δὲ ἦν τοῖς μὲν Ἀντωνίου, τοὺς Ἀρείους ἀμύνασθαι τῆς αὐτομολίας, οἷα προδότας σφῶν γενομένους· τοῖς δ' Ἀρείοις, ἐκείνους τῆς ὑπεροψίας τῶν ἐν Βρεντεσίῳ διεφθαρμένων. συνειδότες τε ἀλλήλοις, τὸ κράτιστον ὡς εἴη τῆς ἑκατέρου στρατιᾶς, ἤλπιζον ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ μόνῳ τὸν πόλεμον κρινεῖν. καὶ τοῖς μὲν αἰδὼς ἦν, τὸ, δύο τέλεσιν οὖσιν, δι' ἑνὸς ἡσσᾶσθαι· τοῖς δὲ φιλοτιμία, μόνοις τῶν δύο κρατῆσαι.

LXVIII. Οὕτω μὲν ἀλλήλοις ἐπῄεσαν, διωργισμένοι τε καὶ φιλοτιμούμενοι σφίσι μᾶλλον ἢ τοῖς στρατηγοῖς,

*Lin.* 1. ἐς ἑκατ. τέλος *Edd. Recte Aug. Ven.* *L.* 9. τε *poſt* συνειδότες *carent Aug. & Ven. male.* *L.* 10. *An* ὡς εἴη? *L.* 14. ἐπῄεσαν *Edd. invitis MSS.*

ſibi turbarent per imperitiam: & prætorianis Antonii *prætorianos Cæſaris* oppoſuerunt; ipſi, bifariam diviſi, utrimque paludem ingreſſi ſunt, hinc *Panſa*, illinc *Carſuleio* ducibus. Sic in duabus paludibus duo ſunt commiſſa prælia, medio aggere conſpectum utrimque adimente; & in ipſo aggere prætoriani utrarumque partium propriam pugnam inierunt. Et *Antoniani* quidem conſtituerant de *Martiis*, ſui deſertoribus, pœnas tamquam de proditoribus ſumere: *Martii* contra de illis, tamquam neglectim paſſis commilitones ſuos contrucidari ad Brunduſium. Conſcii que ſibi utrique, quod in ipſis ſitum eſſet robur utriuſque exercitus, ſperabant, hoc uno conflictu de ſumma rerum iri decretum: alteros pudore incitante, ne uni legioni duæ cederent; alteros laudis cupidine, ut ſoli duas vincerent.

68. Sic mutuis incitati odiis, & ſuo potius nomine quam imperatorum contendentes, ita alteri alteros adgreſſi ſunt,



Digitized by Google

A. U. 711. οἰκεῖον ἡγούμενοι τόδε ἔργον. ὑπὸ δὲ ἐμπειρίας οὔτε ἠλάλαξαν, ὡς οὐκ ἐκπλήξοντες ἀλλήλους· οὔτε ἐν τῷ πόνῳ τις αὐτῶν ἀφῆκε φωνὴν, οὔτε νικῶν, οὔτε ἡσσώμενος. περιόδους δὲ οὐκ ἔχοντες οὔτε δρόμους, ὡς ἐν ἕλεσι καὶ τάφροις, ἀραρότως συνίσταντο· καὶ οὐδέτεροι τοὺς ἑτέρους ὤσασθαι δυνάμενοι, τοῖς ξίφεσιν ὡς ἐν πάλῃ συνεπλέκοντο· πληγή τε οὐδεμία ἦν ἀργὸς, ἀλλὰ τραύματα, καὶ φόνοι, καὶ στόνοι μόνον ἀντὶ βοῆς· ὅ τε πίπτων εὐθὺς ὑπεξεφέρετο, καὶ ἄλλος ἀντικαθίστατο. παραινέσεων δὲ ἢ ἐπικελεύσεων οὐκ ἐδέοντο, δι' ἐμπειρίαν ἕκαστος ἑαυτοῦ στρατηγῶν. ὅτε δὲ καὶ κάμοιεν, ὥσπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς, ἐς ἀναπνοὴν ὀλίγον ἀλλήλων διΐσταντο, καὶ αὖθις συνεπλέκοντο. θάμβος τε ἦν τοῖς νεήλυσιν ἐπελθοῦσι, τοιάδε ἔργα σὺν εὐταξίᾳ καὶ σιωπῇ γιγνόμενα ἐφορῶσι.

LXIX. Πονουμένων δὲ ὧδε πάντων ὑπὲρ φύσιν ἀν-

*Lin. 24.* ὑπεξεφέρετο *Edd. Rectius Aug.* *Ibid. ſq.* παραινέσεως *Aug. non male.* *L. 27 ſq.* καὶ εὐθὺς συνεπλ. *Edd. Prætuli Aug. Utrumque,* εὐθὺς & αὖθις, *rectius fortaſſe, conjunxit Cand.*

tamquam ſuam rem agerent: &, ut veteranos decebat contra veteranos exercitatoſque, nec clamore militari in primo congreſſu uſi ſunt ad perterrendos adverſarios, nec in ipſo conflictu quiſquam vocem emiſit, ſive vinceret, ſive ſuccumberet. Quumque in paludibus & foſſis nulla poſſet eſſe concurſatio, pugnabant in veſtigio: & quoniam neutri propellere alteros poterant, cominus, ut in lucta, conſerebant manus, gladiisque rem agebant, nullo fallente ictu. Itaque ſanguinis atque cædis plena erant omnia; & pro clamore non niſi gemitus audiebantur; &, ut quiſque cadebat, confeſtim e medio ferebatur, aliuſque in ejus locum ſuccedebat. Nec opus erat monitis aut cohortationibus; quod ob diutinum rei militaris uſum quiſque ſibi dux eſſet. Quoties vero laſſitudine deficiebant; ſicut in gymnicis certaminibus, utrimque paululum pedem referebant tantiſper dum reſpirarent, moxque pugnam redintegrabant; magno ſtupore ſupervenientium tironum, dum in tam acri certamine tam adcurate ſervari ordines ſimul & ſilentium vident.

69. Ita ſupra vires humanas omnibus laborem perfe-

Digitized by Google

θρωπίνην, ἡ μὲν στρατηγὶς ἡ Καίσαρος ἅπασα διεφθάρη· τῶν δὲ Ἀρείων οἱ μὲν ὑπὸ τῷ Καρσουληΐῳ μᾶλλον ἐκράτουν τῶν κατὰ σφᾶς, οὐκ αἰσχρῶς, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον, ἐνδιδόντων. οἱ δὲ ὑπὸ τῷ Πάνσᾳ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐβαροῦντο, διεκαρτέρουν δ' ὅμως ἐπ' ἴσης ἑκάτεροι, μέχρι Πάνσας ὀβελῷ τὴν λαγόνα τρωθεὶς, ἐς Βονωνίαν ἐξεφέρετο. τότε γὰρ οἱ κατ' αὐτὸν ἀνεχώρουν, ἐπὶ πόδα πρῶτον· εἶτα μεταβαλόντες, ὀξύτερον, ὡς ἐν φυγῇ. καὶ οἱ νήλυδες, ἰδόντες, ἔφευγον ἀτάκτως καὶ μετὰ βοῆς ἐς τὸ χαράκωμα, ὅπερ αὐτοῖς ἐξείργαστο ὁ ταμίας Τορκουάτος συνεστώσης ἔτι τῆς μάχης, ὑπονοήσας ἐν χρείᾳ γενήσεσθαι. οἱ μὲν δὴ νήλυδες ἐς αὐτὸ ἀτάκτως συνειλοῦντο, Ἰταλοὶ μὲν ὄντες ὁμοίως τοῖς Ἀρείοις· ἡ δὲ ἄσκησις ἄρα τοῦ γένους ἐς τοσοῦτον ἀρετῇ διαφέρει. οἱ δὲ Ἄρειοι οὐκ εἰσῆλθον μὲν ἐς τὸ χαράκωμα αὐτοὶ ὑπὸ ἀδοξίας, ἀλλὰ παρ' αὐτὸ ἔστησαν· κατάκοποι δὲ ὄντες, ὤργων ὀ-

A. U. 711.

*Lin. 36.* ἐπίσης, *conjunctim, Regii & Aug. L. 37. Nomen* Πάνσας, *quod dederunt Aug. & Ven. deſideratur in Edd.* Conſul, *ex conjectura fortaſſe, dedit Cand. L. 43.* ἐς τὸ αὐτὸ *Edd. Delevi artic. cum Aug. L. 47.* παρ' αὐτὸν *edit. 2. 3. mend. Ibid.* ὥρμων *Edd. ex Regiis.* ἄργμων *Aug. quod ex* ἄργων *corruptum eſſe ſuſpicatus eram, quum utramque lectionem* ἄρμων & ὤργων *exhiberi in Ven. cognovi.*

rentibus, *prætoriani Cæſaris ad unum deleti* ſunt: ex *Martiis* vero hi, qui ſub *Carſulejo* erant, adverſam aciem propulerunt, non turpiter cedentem, ſed ſubducentem ſe paulatim: qui vero ſub *Panſa* erant, eodem modo urgebantur; ſuſtinebant tamen fortiter, donec *Panſa* veruto per ilia *ſauciatus*, *ex pugna elatus* eſt *Bononiam.* Tum vero hac parte cœperunt pedem referre, paulatim primum; moxque converſi, concitatius, ut in fuga. Quo viſo, *tirones* turbatis ordinibus *refugerunt* cum clamore *intra vallum*, quod *Torquatus quæſtor*, uſui fore credens, perfecerat, dum certamen ardebat. In illud igitur confertim & ſine ordine tirones confluebant, quamvis & ipſi eſſent Italici generis æque ac Martii: tanto plus ad virtutem confert exercitatio, quam genus. At *Martii* non intra ipſum vallum ſe receperunt, metu ignominiæ; ſed in proximo ſtantes, quamvis defeſſi, cupiditate tamen etiam tunc pugnandi flagra-

A. U. 711. μως, εἴ τις ἐπίοι, μέχρι τοῦ ἀναγκαίου τέλους διαγωνίσασθαι. Αντώνιος δὲ τῶν μὲν Αρείων ἀπέσχετο, ὡς ἐπιπόνων· τοῖς δὲ νεήλυσιν ἐπιδραμὼν, πολὺν εἰργάζετο φόνον.

LXX. Ἵρτιος δὲ ἐν Μουτίνῃ τῆς μάχης πυθόμενος, ἑξήκοντα σ]άδια ἀπεχούσης, ἵετο δρόμῳ μετὰ τοῦ ἑτέρου τέλους τῶν ἀπὸ Αντωνίου μετασ]άντων. ἤδη τε ἦν ὀψία δείλη, καὶ οἱ νικήσαντες τῶν Αντωνίου παιανίζοντες ἐπανῄεσαν· καὶ αὐτοῖς ὁ Ἵρτιος ἀσυντάκ]οις οὖσιν ἐπιφαίνεται συντεταγμένος, ὁλοκλήρῳ τέλει καὶ ἀπαθεῖ. Οἱ δὲ συνετάχθησαν μὲν αὖθις ὑπ' ἀνάγκης, καὶ πολλὰ καὶ πρὸς τούσδε ἔργα λαμπρὰ ἐπεδείξαντο· οἷα δὲ ἀκμήτων ἡσσῶντο κεκμηκότες, καὶ τὸ πλεῖσ]ον αὐτῶν μάλισ]α τὸ ἔργον Ἱρτίου διέφθειρε, καίπερ οὐ διώκοντες αὐτοὺς ὑπὸ φόβου τῶν ἑλῶν. καὶ τῆς ἑσπέρας ἤδη μελαινομένης, διέλυσεν αὐτούς. Καὶ τὸ ἕλος ἐπιπλεῖσ]ον ἐπεπλήρωτο ὅπλων τε καὶ νεκρῶν καὶ ἀνδρῶν ἡμιθνήτων καὶ τετρωμένων· οἱ δὲ καὶ ἐρρωμένοι σφῶν ὑπὸ τοῦ

*Lin.* 48. ἐπῄει *Edd.* ἐπίει *Reg. B.* ἐπίοι *Reg. A. Recte Aug.* *L.* 58. πρὸς τοῦδε *Edd. Recte Aug.* *Ibid.* ἀπεδείξαντο *Edd. Prætuli Aug. Ven.* *L.* 61. καὶ τὸ τῆς ἑσπέρας *maluit Muſgrav.* *L.* 62. ἐπὶ πλεῖστον *Edd. ex Reg. B.*

bant, ſi quis adgrederetur; parati ad ultimum eventum decernere. Sed *Antonius* a Martiis quidem abſtinuit, cum quibus grave futurum fuerat certamen; tirones vero adortus, magnam cædem edebat.

70. *Hirtius* vero ad *Mutinam* certior factus de eo prælio, ad octavum inde lapidem commiſſo, curſim eo tetendit cum altera legione quæ ab Antonio defecerat. Jamque veſper adpetebat, & *victores Antoniani vitulantes* revertebantur: quos Hirtius inordinatos ex improviſo nactus eſt, ipſe legionem ducens & inſtructam & viribus numeroque integram. Illi vero, pro tempore inſtauratis ordinibus, tum quoque pugnarunt egregie; ſed, ut feſſi a recentibus, victi ſunt, & *majori ex parte* hoc poſteriori prælio *ab Hirtio cæſi*: qui quidem, timens paluſtria loca, ne perſecutus quidem eſt hoſtem, ſed ingruente crepuſculo receptui cecinit. Jamque palus magna ſui parte repleta erat armis & cadaveribus, inter quæ ſemineces jacebant & ſaucii; quidam etiam integri, qui præ

Digitized by Google

κόπου κατεφρόνουν. ἱππεῖς δὲ αὐτοὺς ἐξ Ἀντωνίου περιθέοντες, ὅσοι παρήσπιζον αὐτῷ, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἀνελέγοντο, καὶ τοὺς μὲν ἀντὶ σφῶν αὐτῶν, τοὺς δὲ σὺν ἑαυτοῖς, ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀνετίθεντο, ἢ τῆς οὐρᾶς ἀντεχομένους παρεκάλουν παρατροχάζειν, καὶ βοηθεῖν σφίσιν ἐς τὴν σωτηρίαν. Ὧδε μὲν Ἀντωνίῳ καλῶς ἀγωνισαμένῳ διέφθαρτο ἡ ἰσχὺς, διὰ Ἵρτιον ἐπελθόντα. καὶ ηὐλίσατο ἐν κώμῃ παρὰ τὸ πεδίον ἀχαρακώτως· Ἀγορὰ Κελτῶν ἡ κώμη καλεῖται. Ἔπεσον δὲ, τῶν μὲν ἄλλων, ἀμφὶ τοὺς ἡμίσεας ἑκατέρων, καὶ ἡ στρατηγὶς ἡ Καίσαρος ἅπασα· Ἱρτίου δὲ ὀλίγοι. A. U. 711

LXXI. Τῆς δ' ἐπιούσης ἀνεζεύγνυον ἐς τὰ ἐν τῇ Μουτίνῃ στρατόπεδα πάντες. Γνώμη δ' ἦν, Ἀντωνίῳ μὲν, ἐπὶ τοσῷδε πταίσματι μὴ ἐπιχειρεῖν ἔτι τοῖς ἐχθροῖς μεγάλῃ μάχῃ, μηδ' ἐπιόντων ἀμύνεσθαι· διὰ δὲ τῶν ἱππέων τὰ ἐφήμερα μόνα αὐτοὺς ἐνοχλεῖν, μέχρι παραδῴη Δέκμος αὐτὸν, ἐς ἔσχατον ἤδη λιμοῦ τετρυμένος.

*Lin.* 66. παρίσπιζον *edit.* 2. 3. *mend.* *L.* 72. ἀχαράκλως *Aug.* *Malim* ἀχαρακώτως. *L.* 79. μὴ μηδ' ἐπιόντων *Aug.* *L.* 81. αὐτὸν *Edd. ex Reg. A. Secus Aug. Reg. B.* *Ibid.* τετριμμένος *Edd. ex Reg. B. non male.* τεθρυμμένος *Reg. A.* τετρυμμένοι *Aug. Ven. quod ſimplici* μ *expreſſi.*

laſſitudine ſalutem quærere neglexerant. Quos *Antonius*, circummiſſis equitibus, quotquot tunc apud eum erant, per totam noctem recolligi juſſit: & eorum alios alii ex equitibus equis ſuis pro ſe imponebant; alios in terga adſumebant; alios hortabantur, ut adprehenſa cauda juxta equos currerent, atque ita effugere conarentur. Sic *Antonius, poſt egregiam pugnam, profligatus ſuperventu Hirtii*, divertit in vicum ei campo proximum, nullo vallo munitum, cui *Forum Gallorum* nomen eſt. Cecidit, ex ceteris, utrimque circiter dimidium exercitus, & tota prætoria cohors Cæſaris; ex Hirtianis vero pauci.

71. Poſtridie ejus diei caſtra *ad Mutinam* poſita repetiere omnes. *Antonius* poſt hanc cladem ſtatuerat abſtinere a prælio, etiam laceſſentibus hoſtibus, & tantum quotidianis equitum incurſationibus infeſtare hoſtem, donec *D. Brutus*, ad extremam famem jam redactus, deditionem faceret. Contra *Hirtius*

A. U. 711. Ἱρτίῳ δὲ καὶ Καίσαρι, διὰ τοῦτο μάλιστα, ἐς τὴν μάχην ἐπείγεσθαι. Ἐπεὶ δ᾽ ἐκλάσσουσιν αὐτοῖς ὁ Ἀντώνιος οὐκ ἐπεξῆγεν, ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα τῆς Μουτίνης ἀφυλακτότερα ὄντα διὰ δυσχέρειαν ἐχώρουν, ὡς βιασόμενοι βαρεῖ στρατῷ παρεσελθεῖν ἐς αὐτήν. καὶ ὁ Ἀντώνιος αὐτῶν ἐξήπτετο τοῖς ἱππεῦσι καὶ τότε μόνοις. ἀμυνομένων δὲ κἀκείνων αὐτὸν ἱππεῦσι μόνοις, καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς χωρούσης ἐφ᾽ ἃ ἐβούλοντο, δείσας ὁ Ἀντώνιος περὶ τῇ Μουτίνῃ, ἐξῆγε δύο τέλη· οἱ δὲ ἡσθέντες ἐπέστρεφον, καὶ ἐμάχοντο. ἄλλα δὲ Ἀντωνίου τέλη καλοῦντος ἐκ τῶν ἄλλων στρατοπέδων, ὧν βραδέως ὡς ἐν αἰφνιδίῳ τε μετακλήσει καὶ μακρόθεν ἰόντων, ἐκράτουν οἱ τοῦ Καίσαρος τῇ μάχῃ· Ἵρτιος δὲ καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον ἐσήλατο τοῦ Ἀντωνίου, καὶ περὶ τὴν στρατηγίδα σκηνὴν μαχόμενος ἔπεσε. καὶ αὐτοῦ τό τε σῶμα ὁ Καῖσαρ ἐσδραμὼν ἀνείλετο, καὶ τοῦ στρατοπέδου κατέσχεν· ἕως μετ᾽ ὀλίγον ἐξεώσθη πρὸς Ἀντωνίου. διενυκτέρευσαν δὲ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις ἑκάτεροι.

*Lin.* 84. ἐς τὰ ἐπιθάτερα *Aug.* *conjunct. cum Aug. Ven.* *L.* 92. ὧν καὶ βραδέως *Edd. Delevi*

*et Caſar* eo magis feſtinabant manus conſerere. Sed quia non potuerunt hoſtem in aciem elicere, ad diverſam *Mutinæ* partem, levius propter naturam loci obſeſſam, progreſſi ſunt, quaſi cum gravi exercitu per vim evaſuri intra mœnia. His *Antonius* tunc quoque ſolos immiſit equites. Quumque pariter ex adverſo his occurriſſet ſolus equitatus *Hirtii*, & reliquus interim exercitus qua occœperat pergeret; *Antonius*, ne amitteret *Mutinam*, duas legiones produxit. Tum vero *Hirtii* agmen cupide ſe in hoſtem convertit: atque ita commiſſum eſt prælium. *Antonius* interea alias legiones aliis e caſtris ciebat: quæ quum ad repentinum imperium, ut e longinquo, cunctantius accederent; *Cæſarianis obtigit victoria.* HIRTIUS etiam *in Antonii caſtra irrupit*, *et* circa prætorium *pugnans cecidit.* Tum *Cæſar* adcurrens, corpore ſimul Conſulis & caſtris hoſtium potitus eſt, ſed mox rurſus ab Antonio repulſus. Quo facto utrique in armis pernoctarunt.

Digitized by Google

LXXII. Καὶ ὁ Ἀντώνιος, δευτέρᾳ τῇδε συμπεσὼν πληγῇ, συνεϐουλεύετο τοῖς φίλοις εὐθὺς ἀπὸ τοῦ πόνου. A. U. 711. καὶ τοῖς μὲν ἐδόκει, τῆς προτέρας αὐτὸν γνώμης ἔχεσθαι, πολιορκοῦντα Μουτίνην, καὶ ἐς μάχην οὐκ ἐπεξιόντα· τό τε γὰρ πάθος ὅμοιον ἀμφοῖν γεγονέναι, καὶ Ἵρτιον ἀνῃρῆσθαι, καὶ Πάνσαν νοσεῖν, καὶ σφᾶς τοῖς ἱππεῦσι πλεονεκτεῖν, Μουτίνην τε ἐς ἔσχατον ἀφῖχθαι λιμοῦ, καὶ εὐθὺς ἐνδώσειν. ὧδε μὲν ἤρεσκε τοῖς φίλοις, καὶ ἦν τὰ ἄριστα. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, ἤδη θεοῦ βλάπτοντος, ἐδεδοίκει, μὴ ἐς τὴν Μουτίνην ὁ Καῖσαρ, ὥσπερ ἐχθὲς, ἐπιχειρήσας ἐσδράμοι, ἢ αὐτὸν ἐπιχειρήσειε περιτειχίζειν, πλέον ἔχων τὸ ἐργάσιμον· ἐν ᾧ καὶ τῶν ἱππέων, ἔφη, γιγνομένων ἡμῖν ἀχρήστων, ὑπερόψεταί με Λέπιδος καὶ Πλάγκος ἡττώμενον. εἰ δὲ Μουτίνης ἐξαναστaῖμεν, Οὐεντίδιός τε ἡμῖν αὐτίκα προσέσται, τρία τέλη φέρων ἐκ τῆς Πικηνίτιδος· καὶ Λέπιδος καὶ Πλάγκος ἐῤῥωμένως οἱ συμμα-

*Lin.* 3. πολιορκοῦντι *Edd. Recte Aug. Ven. Ibid. pro* οὐκ *dant vitioſe* ἐκ *edit.* 2. & 3. *L.* 12. & 15. Πλάκκος *h. l. Aug. & Reg. B a pr. manu: & ſic iidem fere conſtanter deinceps, nonnunquam etiam Reg. A. L.* 14. προσίεσθαι *vitioſe edit.* 2. 3. *Ibid. ſq. Rurſus correxi mendoſum* Πικηνήτιδος, *quod erat in Edd. & MSS.*

72. *Antonius*, altera hac clade accepta, confeſtim amicos ab armis in conſilium advocavit: qui ſuadebant ei, ut perſtaret in continuandæ obſidionis propoſito, abſtinens a certamine; nam & cladem non majorem eſſe acceptam quam redditam; & *Hirtium* cecidiſſe; & *Panſam laborare ex vulnere*; ſe vero equitatu præſtare; denique *Mutinam*, extrema fame coactam, brevi deditionem facturam. Hæc erat amicorum, optima ſane, ſententia. Sed *Antonius*, fortuna adverſante, timebat, ne *Cæſar*, ſicut pridie conatus fuerat, evaderet intra mœnia, aut ſe circumvallare inſtitueret, (quod haud ægre efficere poſſet in tanta operarum copia,) atque ita equitatum quoque redderet inutilem: quo facto, periculum eſſe, ne *Lepidus & Plancus* ipſum, pro victo, contemnant: Quod ſi abſcedamus, inquit, a *Mutina*; continuo & *Ventidius* nobis præſto erit, ducens e Piceno tres legiones, & *Lepidus* ac *Plancus* validas

A. U. 711. χήσουσι. Ταῦτα ἔλεγεν, οὐκ ἄτολμος ἐν τοῖς κινδύνοις ἀνήρ· καὶ εἰπὼν, εὐθὺς ἀνίσтατο, καὶ ὥδευεν ἐπὶ τῶν Ἄλπεων.

LXXIII. Δέκμῳ δὲ, ἀπαλλαγέντι τῆς πολιορκίας, ὁ φόβος ἐς τὸν Καίσαρα ἐνηλλάσσετο. τῶν γὰρ ὑπάτων ἐκποδὼν γενομένων, ὡς ἐχθρὸν ἐδεδοίκει. Τάς τε οὖν γεφύρας τοῦ ποταμοῦ διέκοπτε πρὸ ἡμέρας· καὶ κελητίῳ τινὰς ἐς τὸν Καίσαρα ἀποστέλλων, ἐμαρτύρει μὲν ὡς αἰτίῳ τῆς σωτηρίας, ἠξίου δὲ, μέσον ἔχοντα τὸν ποταμὸν ἐς λόγους οἱ συνελθεῖν ἐπὶ μάρτυσι τοῖς πολίταις· πείσειν γὰρ, ὅτι δαιμόνιον αὐτὸν ἔβλαψεν, ἐς τὴν Καίσαρος ἐπιβουλὴν ἐπηγμένον ὑφ᾽ ἑτέρων. Καίσαρος δὲ τοῖς ἥκουσιν ἀποκριναμένου τε πρὸς ὀργὴν, καὶ τὴν χάριν ἣν δίδωσιν οἱ Δέκμος διωθουμένου· οὐ γὰρ Δέκμον ἐγὼ πάρειμι περισώσων, ἀλλ᾽ Ἀντωνίῳ πολεμήσων, ᾧ μοι καὶ συναλλαγῆναί ποτε θέμις· Δέκμῳ δὲ ἡ φύσις οὐδ᾽ ἐς

ὄψιν

*Lin. 21.* ἐκποδῶν *b. l. Edd. & MSS. L. 22 ſq.* καὶ κελητίωνας ἐς τὸν Καισ. *corrupte Edd.* κελλ.κτιωνας *Aug. Prona fuit emendatio, quam eamdem Gelenius in animo habuiſſe videtur. L. 30.* ὃ μοι καὶ *Edd. corrupte. Recte Aug. Reg. B.*

opes ad hoſtem debellandum nobis conferent. Hæc locutus *Antonius*, quamquam in periculis ceteroquin intrepidus, ſtatim *verſus Alpes iter ingreſſus* eſt.

73. Jam vero *D. Brutus*, *obſidione liberatus*, pro Antonio *a Cæſare ſibi metuere cæpit*; quem, ſubmotis Conſulibus, ut inimicum timebat. Itaque, ante diluculum rupto ponte fluminis, in lembo *ad Cæſarem miſit*, qui gratias ei tamquam ſervatori agerent, poſtularentque ut in adverſam ripam procederet ad colloquium, arbitris civibus: „ſe enim ipſi demonſtraturum, infelicitatis ſuæ magis, quam culpæ, fuiſſe conſpirationem illam cum ceteris." *Ad ea D. Bruti mandata irate Cæſar reſpondit*: „nullam ſe repoſcere gratiam; nec ad eum ſervandum ſe veniſſe, ſed ad bello perſequendum Antonium, cum quo forte etiam in gratiam aliquando redire ſibi liceret. Ceterum, ut in colloquium aut in conſpectum omnino admittat *D. Brutum*,

naturam

A. U. 711.

ὄψιν ἢ λόγους ἐλθεῖν ἐπιτρέπει, σωζέσθω μέντοι μέχρι τοῖς ἐν Ἄστει δοκεῖ· πυθόμενος τούτων ὁ Δέκμος, ἔστη τε πρὸ τοῦ ποταμοῦ, καὶ καλῶν ὀνομαστὶ τὸν Καίσαρα, σὺν βοῇ τὰ γράμματα τῆς βουλῆς ἀνεγίγνωσκε διδούσης οἱ τὴν Κελτικὴν ἡγεμονίαν, ἀπηγόρευέ τε Καίσαρι χωρὶς ὑπάτων μὴ περᾶν τὸν ποταμὸν ἐς ἀλλοτρίαν ἡγεμονίαν, μηδὲ ἐπὶ Αντώνιον ἔτι χωρεῖν, αὐτὸς γὰρ αὐτὸν διώκων ἀρκέσειν. Ὁ δὲ ᾔδει μὲν, ὑπὸ τῆς βουλῆς αὐτὸν εἰς τήνδε τὴν θρασύτητα αὐξανόμενον· δυνηθεὶς δ᾽ ἂν ἐκ προστάγματος ἑλεῖν, ἐφείδετο ἔτι, καὶ πρὸς τὸν Πάνσαν ἐς Βονωνίαν τραπεὶς, ἔγραφε τῇ βουλῇ περὶ ἁπάντων· ἔγραφε δὲ καὶ Πάνσας.

LXXIV. Καὶ Κικέρων ἐν Ῥώμῃ τὰ μὲν ἐς τὸν δῆμον ἀνεγίγνωσκεν ὡς ὑπάτου, τὰ δὲ τοῦ Καίσαρος τῇ βουλῇ μόνον· θυσίας τε ἐπ᾽ Αντωνίῳ πεντήκοντα ἡμερῶν ἱκεσίους ἐψηφίζετο, ὅσας οὔτε ἐπὶ Κελτοῖς οὔτε ἐπὶ ἄλλῳ πολέμῳ

*Lin. 44. Forte* τὰ μὲν Πάνσα ἐς τὸν δῆμον. *L. 46.* ἡμερῶν ἐτησίους *Edd. MSS. & Cand. facile emendando errore. Si quis tamen pro* ἱκεσίους, *quod repoſui,* ἱκετηρίους *malit, perinde erit. L. 47.* ἐπὶ Κελτικοῖς *Aug. non male.*

naturam ſuam non pati: neque tamen obſtare ſe velle, quo minus ille ſit incolumis, quamdiu magiſtratibus urbanis placuerit." Quibus cognitis, *Decimus* prodiit ad fluvium, vocatoque nominatim Cæſare, elata voce de ſcripto recitavit Senatuſconſultum, quo Galliam provinciam ipſe acceperat; illique denunciavit „ne trajecto fluvio ſine Conſulibus alienam provinciam invaderet, neve contra Antonium ulterius procederet: ſe enim ad eum perſequendum ſufficere." *Cæſar*, quum ſciret, ſenatum *D. Bruto* illos animos addere; quumque unico juſſo in ſuam poteſtatem illum redigere poſſet; tamen adhuc abſtinuit: & ad Panſam profectus Bononiam, rem omnem ad ſenatum perſcripſit: ſcripſitque ſimul etiam *Panſa.*

74. Tum in Urbe CICERO *Panſæ* literas pro concione recitavit, ut conſulis; alteras vero *Cæſaris* in ſenatu ſolummodo. Retulit etiam, ut *ob profligatum Antonium ſupplicationes quinquaginta dierum* ex S. C. decernerentur, quot neque Gallis devictis, neque poſt ullam aliam victo-

A. U. 711.

ποτὲ ἐψηφίσαντο Ῥωμαῖοι· καὶ τὸν στρατὸν τῶν ὑπάτων ἐδίδου Δέκμῳ, καίπερ ἔτι Πάνσα περιόντος, (ἤδη γὰρ ἀπεγιγνώσκετο,) στρατηγόν τε τὸν Δέκμον ἀπέφηνεν ἐπ' Ἀντωνίῳ μόνον εἶναι· καὶ εὐχὰς δημοσίας ἐποιεῖτο, Δέκμον Ἀντωνίου περιγενέσθαι. Τοσοῦτος ἦν οἶστρος αὐτῷ κατὰ Ἀντωνίου καὶ ἀπειροκαλία. ἐβεβαίου τε αὖθις τοῖς δύο τέλεσι τοῖς ἀπὸ Ἀντωνίου μεταστᾶσι τὰς ἑκάστῳ προϋπεσχημένας παρὰ τοῦ κοινοῦ Ῥωμαίων ἐπινικίους δραχμὰς πεντακισχιλίας, ὡς ἤδη νενικηκόσι, καὶ στέφανον αὐτοὺς ἐν ταῖς ἑορταῖς αἰεὶ θαλλοῦ περιτίθεσθαι. περὶ δὲ Καίσαρος οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς γραφομένοις, οὐδὲ τοὔνομα ὅλως· οὕτως αὐτίκα κατεφρονεῖτο, ὡς Ἀντωνίου καθῃρημένου. ἔγραφον δὲ καὶ Λεπίδῳ καὶ Πλάγκῳ καὶ Ἀσινίῳ, πολεμεῖν ὅπως πλησιάσειαν Ἀντωνίῳ. καὶ τάδε μὲν ἦν τὰ ἐν Ῥώμῃ.

*Lin.* 52. τοσοῦτον ἦν *Edd. Recte Aug.* *L.* 56 *ſq.* στέφανον αὐτοῖς *Aug.* *L.* 57. θαλοῦ *Aug. non male.* *Ibid.* περιθέσθαι *Edd. Prætuli Aug. Ven. Reg. B.* *L.* 61. Ἀσιννίῳ *Regii & Aug. ut alibi ſæpius.* *Ibid. Verbum* πολεμεῖν *in* Πολλίωνι *mutandum ſuſpicatus eſt Muſgr. quod minime neceſſarium videtur.* *Ibid.* πλησιάσει Ἀντωνίῳ *Aug. Reg. B. Neſcio, an commodius legeretur* πολεμεῖν, ὅπως πλησιάσειεν, Ἀντωνίῳ.

riam, decretæ umquam a Romanis fuerant. Exercitum Conſulum *D. Bruto* dandum cenſuit, quamvis *Panſa* etiam tum ſuperſtite; (jam enim de ejus vita deſperabatur;) & *imperium ſoli Decimo committendum contra Antonium*, votaque publice nuncupanda pro ejus victoria. Tanto *furore Cicero*, præter omne decorum, *concitus* erat *in Antonium.* Rurſumque poſtulavit, ut duabus legionibus, quæ ab Antonio defecerant, ex ærario repræſentarentur promiſſi illi vicies milleni ſeſtertii, victoriæ nomine, quaſi jam debellatum eſſet: utque perpetuum jus haberent coronas oleagineas geſtandi feſtis diebus. *Cæſaris* autem *nec nomine tenus facta eſt mentio in Senatuſconſulto* de his rebus confecto. Ita ſtatim ille contemnebatur, quaſi ſublato jam Antonio. *Lepido* vero etiam & *Planco* & *Aſinio* ſcripſit ſenatus, ut bellum *Antonio*, ubi eis adpropinquaſſet, inferrent. Et hæc quidem Romæ gerebantur.

Digitized by Google

LXXV. Πάνσας δ᾽ ἐκ τοῦ τραύματος ἀποθνήσκων, Καίσαρά οἱ παρεστήσατο, καὶ εἶπεν· Ἐγὼ τῷ σῷ πατρὶ φίλος ἦν, ὡς ἐμαυτῷ· ἀναιρεθέντι δὲ οὐκ εἶχον ἐπαμύνειν, οὐδὲ τοῖς πλείοσι μὴ συνίστασθαι, οἷς γε δὴ καὶ σὺ καλῶς ποιῶν ὑπήκουσας, καί τοι στρατὸν ἔχων. Δείσαντες δ᾽ ἐν ἀρχῇ σε καὶ Ἀντώνιον, φιλοτιμότατον κἀκεῖνον ἐς τὴν Καίσαρος γνώμην φανέντα, διαφερομένοις ὑμῖν ἐφήσθησαν, ὡς ἐς ἀλλήλους συντριβησομένοις. ἐπεὶ δέ σε καὶ στρατοῦ δεσπότην εἶδον, προσεποιοῦντο εὐπρεπέσι καὶ ἀσθενέσι τιμαῖς, οἷα μειράκιον. σοβαρωτέρου δέ σου καὶ ἐγκρατεστέρου τιμῆς τότε μάλιστα ὀφθέντος, ὅτε τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τοῦ στρατοῦ σοι δεδομένην οὐκ ἐδέξω, διεταράχθησαν, καὶ συστρατηγεῖν σε ἡμῖν ἀπέφηναν, ἵνα σου τὰ δύο τέλη τὰ πρακτικώτερα ἀποσπάσωμεν· ἐλπίσαντες, ἡττηθέντος ὑμῶν τοῦ ἑτέρου, τὸν ἕτερον ἀσθενέστερόν τε καὶ μόνον ἔσεσθαι, καὶ μετ᾽ αὐτὸν ἤδη πᾶσαν

*A. U. 711.*

*Lin. 72.* σοβαρωτέρω *edit. 2. 3. & Reg. B. a pr. man. Ibid.* δὲ *poſt* σοβαρ. *caret Aug. mend.*

75. Interea PANSA *ex vulnere moriturus*, accerſito *Cæſari hæc dixit*: „Ego tuo patri tam fui amicus, quam mihi ipſe; mortuum autem ulciſci non fuit mihi integrum, neque non conſentire cum pluribus; quorum auctoritati tu quoque bene feciſti ut obtemperares, quamvis habens exercitum. Qui, quum principio timuiſſent te ac Antonium, Cæſaris pariter ſtudioſiſſimum, veſtra diſſenſione gaviſi ſunt; putantes, utrumque mutua conflictatione periturum. Poſtquam vero te ex„ercitum quoque habere viderunt; adliciebant te ſpecioſis & exigui momenti honoribus, ut adoleſcentulum. Sed quum graviorem te ac moderatiorem, quam ſperaverant, intellexerunt, quando oblatum ab exercitu magiſtratum accipere noluiſti; territi, juſſerunt te pari nobiſcum jure habere imperium, ut duas legiones rebus gerendis aptiſſimas abs te abſtraheremus; quod ſperarent, altero veſtrûm victo alterum debiliorem & ſolum fore, atque ita, ſublatis omnibus Cæſarianis, Pom-

A. U. 711.

σα, τὸν Ἰούλιον κατηκόντισε. καὶ εὐθὺς ἦν μετάνοια, καὶ δέος ἐκ τοῦ Καίσαρος. Συνομώσαντες οὖν, εἰ μή τις αὐτοῖς συγγνώμη καὶ πίστις γένοιτο, μέχρι θανάτου διαγωνιεῖσθαι, καὶ ἐς αὐτὸ Βάσσον ἀναγκάσαντες, ἄλλο συνέλεξαν τέλος καὶ συνεγύμνασαν. ὧδε μὲν τισὶ περὶ τοῦ Βάσσου δοκεῖ· Λίβωνι δ', ὅτι τῆς Πομπηΐου στρατιᾶς γενόμενος, καὶ μετὰ τὴν ἧτταν ἰδιωτεύων ἐν Τύρῳ, διέφθειρέ τινας τοῦ τέλους, καὶ διεχρήσαντο τὸν Σέξτον, καὶ τῷ Βάσσῳ σφᾶς ἐνεχείρισαν. ὁποτέρως δ' ἐγένετο, Στάτιον Μοῦρκον οἵδε, μετὰ τριῶν τελῶν ἐπιπεμφθέντα σφίσιν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ἐγκρατῶς ἀπεμάχοντο· ἕως ὁ Μοῦρκος ἐπεκαλεῖτο Μάρκιον Κρίσπον, ἡγούμενον Βιθυνίας, καὶ ἀφίκετο αὐτῷ βοηθῶν ὁ Κρίσπος τέλεσιν ἄλλοις τρισίν.

LXXVIII. Ὡς δὲ ὑπὸ τούτων ἐπολιορκοῦντο, ὁ Κάσσιος σὺν ἐπείξει καταλαβὼν, τά τε τοῦ Βάσσου δύο τέλη

*Lin.* 20. Κάσσιου *Aug. mend. h. l. & ſic mox iterum.* *L.* 22. καὶ *ante* διεχρήσαντο *inſerui ex Aug. Ven.* *L.* 23 *ſq.* Ξέξτον Μοῦλκον *Edd. MSS. & Cand. Correxi duplicem mendam.* *L.* 24. *Pro* οἵδε *dat* εἶδε *Aug. mend.* *L.* 26. *Rurſus* Μοῦλκος *dant iidem, qui ſupra. Ibid.* Μινούκιον Κρίσπον *iidem. Et hoc quoque errore liberandum Appianum putavi.*

rens inſolentiam, *jaculis confixit Julium.* Quumque factum illud mox ſecuta eſſet pœnitentia & metus a Cæſare; conjurarunt inter ſe ejus legionis milites, ni venia fideſque ſibi daretur, uſque ad mortem ſe decertaturos: coactoque etiam *Baſſo*, ut fieret ejus conjurationis ſocius, ex novo delectu aliam legionem confecerunt, & adſuefecerunt eiſdem quibus ipſi utebantur exercitiis. Hæc quidem *de Baſſo* produnt nonnulli. LIBO vero, „militaſſe eum, ait, Pompeji auſpiciis: quo victo, privatum „egiſſe Tyri, corruptiſque quibuſdam legionariis effeciſſe, ut interfecto *Sexto* ipſum ſibi ducem ſumerent." Utcunque illud factum ſit, *Statius Murcus*, cum tribus legionibus a Cæſare contra eos miſſus, magna vi ab his repulſus eſt; donec *Marcius Criſpus*, e Bithynia, cui præerat a *Murco* vocatus, cum aliis tribus legionibus in ejus auxilium venit.

78. Ab his quum illæ duæ legiones obſidione premerentur; ſuperveniens repente *Caſſius* non ſolum obſeſſos,

παρελάμβανεν αὐτίκα, καὶ τὰ τῶν πολιορκούντων αὐτὸν ἕξ, Φιλίᾳ τε παραδόντων, καὶ ὡς ἀνθυπάτῳ κατηκόων γενομένων· ἐψήφιστο γὰρ, ὥς μοι προείρηται, πάντας ὑπακούειν Κασσίῳ τε καὶ Βρούτῳ. Ἄρτι δὲ καὶ Αλλιηνὸς, ὑπὸ Δολοβέλλα πεμφθεὶς ἐς Αἴγυπτον, ἐπανῆγεν ἐξ αὐτῆς τέσσαρα τέλη τῶν ἐκ τῆς ἥσσης Πομπηΐου τε καὶ Κράσσου διαῤῥιφέντων, ἢ ὑπὸ Καίσαρος Κλεοπάτρᾳ καταλελειμμένων. καὶ αὐτὸν ὁ Κάσσιος, οὐδὲν προπεπυσμένον, ἐν τῇ Παλαιστίνῃ περιέλαβέ τε, καὶ ἠνάγκασεν ἑαυτῷ προσθέσθαι, δείσαντα τοῖς τέσσαρσι μάχεσθαι πρὸς ὀκτώ. Ὧδε μὲν δὴ Κάσσιος ἐκ παραδόξου δυώδεκα τελῶν ἀθρόως ἐκράτει· καὶ Δολοβέλλαν ἐκ τῆς Ἀσίας σὺν δύο τέλεσιν ἐλθόντα τε, καὶ ἐς Λαοδίκειαν ὑπὸ οἰκειότητος ἐσδεχθέντα περικαθήμενος ἐπολιόρκει. καὶ ἡ βουλὴ μαθοῦσα ἐφήδετο. A. U. 711.

LXXIX. Μακεδονίας δὲ πέρι Γαΐος Ἀντώνιος, ὁ Ἀντωνίου Μάρκου ἀδελφὸς, Βρούτῳ διεφέρετο καὶ ἐπολέμει,

*Lin.* 34 *ſq.* Αλβινὸς *h. l. mendoſe Edd. MSS. & Cand.* *L.* 37. διαῤῥιφθέντων *Reg. B.* *L.* 40. αὐτῷ προσθ. *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 43. τέλεσιν ἐλθόντα τε *Edd. Recte Aug. Ven: Cand.*

ſed & ſex illas legiones oppugnatrices, in fidem recepit, ducibus amicitia ipſius Caſſii libenter eas tradentibus, ejuſdemque imperio velut Proconſulis parentibus. Omnibus enim, quemadmodum ſupra expoſui, ex Senatuſconſulto fuerat edictum, ut Caſſii Brutique imperata facerent. Eodem tempore *Allienus*, a Dolabella in Ægyptum miſſus, redibat inde cum quatuor legionibus, Pompejanæ Craſſianæque cladis reliquiis, aut ex eorum numero, qui Cæſare diſcedente apud Cleopatram erant relicti. *Allienum* igitur *Caſſius in Palaſtina*, ignarum quid accidiſſet, *ex improviſo circumvenit*, coëgitque ſuis partibus accedere, non auſum ſuas quatuor legiones opponere octo Caſſii legionibus. Atque ita, præter opinionem, *duodecim* in univerſum *legionibus potitus Caſſius*, *Dolabellam* cum duabus ex Aſia venientem, & *Laodiceæ* tamquam amicum receptum, *obſedit et oppugnavit*: id quod ſenatui auditu fuit pergratum.

79. De *Macedonia* vero *Cajus Antonius*, Marci frater, cum *M. Bruto* contendebat, fretus una legione; &,



Digitized by Google

A. U. 711. τέλος ἔχων ἐν ὁπλιτῶν· καὶ τὸν Βροῦτον ἡσσώμενος ἐνήδρευσεν. Ὁ δ᾽ ἐκφυγὼν ἀντενήδρευσε, καὶ οὐδὲν εἰργάσατο ἀποληφθέντας, ἀλλὰ ἀσπάσασθαι τῷ ἰδίῳ στρατῷ τοὺς ἐναντίους προσέταξε· τῶν δὲ οὐκ ἀντασπασαμένων, οὐδὲ τὴν πεῖραν ἐνδεξαμένων, μεθῆκεν ἀπαθεῖς ἐκ τῆς ἐνέδρας ἀπιέναι. κατὰ δὲ ἄλλας ὁδοὺς περιελθὼν, αὖθις ἐν ἀποκρήμνοις κατέστησε, καὶ πάλιν οὐκ ἐπεχείρησεν, ἀλλ᾽ ἠσπάσατο. Οἱ δὲ, ὡς πολιτῶν τε περιφειδόμενον, καὶ τῆς δόξης ἄξιον ἧς εἶχεν ἐπὶ σοφίᾳ τε καὶ πραότητι, ἠγάσαντο καὶ ἀντησπάσαντο, καὶ ἐς αὐτὸν μετεβάλλοντο. Επέτρεψε δὲ καὶ ὁ Γάϊος ἑαυτὸν, καὶ ἦν ἐν τιμῇ παρὰ Βρούτῳ· μέχρι τὸν στρατὸν πολλάκις διαφθείρων ἐλεγχθεὶς, ἀνῃρέθη. Οὕτω μὲν δὴ καὶ Βρούτῳ μετὰ τῶν προτέρων στρατῶν ἓξ ἐγίγνετο τέλη· καὶ Μακεδόνας ἐπαινῶν, δύο τέλη κατέλεξεν ἐξ αὐτῶν, καὶ ἐς τὸν Ιταλικὸν τρόπον καὶ τάδε ἐγυμνάζετο.

LXXX. Τοιαῦτα μὲν δὴ καὶ τὰ περὶ Συρίαν καὶ Μακεδονίαν ἦν. Εν δὲ τῇ Ιταλίᾳ ὁ Καῖσαρ, ἐν ὕβρει θέμε-

† *Lin.* 50. ἀπολειφθέντας *Reg. B. mend.* *L.* 57. ἠγάσατο καὶ ἀντησπάσατο *edit.* 1. *mend.*

quod impar eſſet, ſtruxit ei inſidias. Quas quum evaſiſſet *Brutus*, viciſſim *C. Antonio* inſidias paravit. Interceptum autem cum exercitu, nulla re læſit; ſed ſuos juſſit ut conſalutarent adverſarios: quumque illi nec reſalutarent, nec ſalutationem ejus acciperent; incolumes paſſus eſt elabi ex inſidiis. Hinc circumducto per alias vias exercitu, in præruptis locis deprehenſos rurſum non eſt adgreſſus, ſed ſalutavit. Tum vero, ut parcentem civibus, & dignum exiſtimatione qua habebatur mitis & ſapiens, admirati ſunt & reſalutarunt, ad eumque tranſierunt. Et *Cajus* quoque *Antonius Bruto ſe dedidit*, & ab eo honorifice eſt habitus; donec convictus ſæpe ſolicitaſſe exercitum ad defectionem, occiſus eſt. Ita & *M. Brutus copias auxit* ad ſex legionum numerum: laudataque virtute Macedonum, duas ex eis quoque legiones conſcripſit, & Romano more in armis exercuit.

80. Dum hæc in Syria Macedoniaque geruntur; in Ita-

νος, ἀντὶ οὗ Δέκμον ᾑρῆσθαι στρατηγὸν ἐπὶ Ἀντωνίῳ, τὴν μὲν ὀργὴν ἐπέκρυπτε, θρίαμβον δ' ἐπὶ τοῖς εἰργασμένοις ἤτει. καταφρονούμενος δ' ὑπὸ τῆς βουλῆς ὡς πρεσβύτερα τῆς ἡλικίας ἐπινοῶν, ἔδεισε, μὴ, διαφθαρέντος Ἀντωνίου, μᾶλλον ἔτι καταφρονηθείη, καὶ τὰς ἐς αὐτὸν συμβάσεις ἐπόθει, καθὰ καὶ Πάνσας αὐτῷ διεσήμαινεν ἀποθνήσκων. Τούς τε οὖν ἁλωμένους ἐκ τῆς ἐκείνου στρατιᾶς ἡγεμόνας ἢ στρατιώτας ἐφιλανθρωπεύετο, καὶ τοῖς ἰδίοις ἐγκατέλεγεν, ἢ τοὺς ἐθέλοντας αὐτῶν ἐς τὸν Ἀντώνιον ἔπεμπεν, ὡς οὐ δι' ἔχθρας ἀνηκέστου πρὸς αὐτὸν ἰόντα. Οὐεντιδίῳ τε τῷ Ἀντωνίου φίλῳ, μετὰ τριῶν τελῶν ὄντι, παραστρατοπεδεύσας, καὶ δέος ἐμβαλὼν, ἔπραξε μὲν οὐδὲν πολέμιον, ἐδίδου δὲ ὁμοίως συνεῖναί οἱ, ἢ ἐς τὸν Ἀντώνιον ἀδεῶς ἀπιέναι μετὰ τοῦ στρατοῦ, καὶ μέμφεσθαι τῆς ἐς τὸ κοινὸν συμφέρον ἀγνωσίας. ὧν Οὐεντίδιος συνεὶς, ἐς τὸν Ἀντώνιον ἀπῄει. Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ Δέκιον, τῶν τινα ἡγεμόνων Ἀντωνίου, περὶ Μουτίνην ληφθέντα, διὰ τιμῆς ἄγων μεθῆκεν, εἰ θέλει, πρὸς

A. U. 711.

lia *Cæſar*, ad ſuam licet contumeliam ratus pertinere, quod non ipſe, ſed D. Brutus, electus eſſet imperator ad bellum cum Antonio gerendum, diſſimulavit tamen iram, & *triumphum* ob rem feliciter geſtam *petiit*. Contemtus autem a ſenatu, quaſi majora quam pro ætate adpeteret; veritus, ne deleto *Antonio* magis etiam contemneretur; *cupivit* cum eo *redire in gratiam*, juxta Panſæ morientis monita. Quapropter captivos ex ejus exercitu, tam duces, quam milites, comiter habuit, & in ſuorum numerum adlegit, aut, ſi mallent ad illum redire, dimiſit; ne videretur eum implacabili odio proſequi. Quumque *caſtra metatus* eſſet *prope Ventidium*, amicum Antonii, præfectum tribus legionibus; contentus ei timorem incuſſiſſe, nihil hoſtile egit præterea; ſed ſimiliter *poteſtatem ei fecit* vel tranſeundi ad ſe, vel tuto *abeundi ad Antonium* cum exercitu, juſſitque eum ignorationem communis utilitatis Antonio exprobrare. Quo intellecto, *ad Antonium Ventidius profectus* eſt. *Cæſar* vero etiam *Decio*, cuidam ex Antonianis ducibus, ad Mutinam capto,

Digitized by Google

*A. U.* 711.

τὸν Ἀντώνιον ἀπιέναι· καὶ πυνθανομένῳ περὶ τῆς ἐς τὸν Ἀντώνιον γνώμης, πολλὰ, ἔφη, σύμβολα τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἐξενηνοχέναι, τοῖς δ᾽ ἄφροσιν οὐδὲ τὰ πλείονα ἀρκέσειν.

LXXXI. Ἀντωνίῳ μὲν δὴ τάδε ὁ Καῖσαρ ἐνεσήμαινε. Λεπίδῳ δὲ καὶ Ἀσινίῳ σαφέστερον ἔτι περὶ τῆς ἐς αὐτὸν ὕβρεως, καὶ τῆς τῶν σφαγέων ἀθρόας προαγωγῆς ἐπέστελλεν· ἐκφοβῶν αὐτοὺς, μὴ, ἐς χάριν τῆς Πομπηϊανῆς ἑταιρίας, καθ᾽ ἕνα τῶν Καίσαρος ἕκαστος ὅμοια Ἀντωνίῳ πάθοι, κἀκείνῳ δι᾽ ἀφροσύνην καὶ ὑπεροψίαν τοῦδε τοῦ δέους τάδε παθόντι. ἠξίου τε, ἐς μὲν εὐπρέπειαν τῆς βουλῆς εἶναι κατηκόους, ἐς δὲ τὸ σφέτερον ἀσφαλὲς συμφρονεῖν, ἕως ἔτι δύνανται, καὶ ὀνειδίζειν ταῦτα Ἀντωνίῳ· μιμεῖσθαί τε τοὺς ὑπὸ σφίσιν ὁπλίτας, οὐ διαλυομένους, οὐδ᾽ ὅτε παύσαιντο τῶν στρατειῶν, ἵνα μὴ τοῖς ἐχθροῖς εἶεν εὐεπίθετοι, ἀλλ᾽ ἀθρόους ἐν ἀλλοτρίᾳ συνοικίζεσθαι διὰ τὴν ἰσχὺν μᾶλλον ἐθέλοντας, ἢ καθ᾽

*Lin.* 92. ἑταιρείας *Edd. Prætuli, ut alibi, Aug. Ibid.* ὁμοίως Ἀντ. *Edd. Prætuli Aug. Ven. L.* 99. εὐεπείθετοι *edit.* 1. *mend. Ibid.* ἐν ἀλλοτρίῳ *Edd. Rectius Aug.*

& in honore habito, *permiſit*, ſi vellet, *redire ad Antonium*: percontantique, quo animo eſſet erga Antonium, ait, ſe jam multa ſigna oſtendiſſe recte ſapientibus, imprudentibus vero ne plura quidem fore ſatis.

81. His Antonio ſignificatis, *Cæſar Lepido Aſinioque* apertius etiam *de illata ſibi contumelia*, deque parricidarum promotione repentina *ſcripſit*: injiciens eis metum, ne, in gratiam Pompejanæ factionis, Cæſarianis ſingulis alii poſt alium idem accidat quod Antonio; qui per propriam imprudentiam, nihil tale metuens, in eam calamitatem incidiſſet. Monebat etiam, debere eos in ſpeciem parere ſenatui, inter ſe autem ſecuritatis cauſa conſpirare, dum liceret, & Antonio hæc exprobrare: imitarique legionarios, qui ne finita quidem militia diſpergantur, quo minus pateant inimicorum inſidiis, malintque conjunctis viribus deduci in aliquam coloniam, quam ſin-

Digitized by Google

ἕνα τῶν πατρίδων ἀπολαύειν. Τάδε μὲν ὁ Καῖσαρ Λεπίδῳ τε ἐπέσ̣τελλε καὶ Ἀσινίῳ. Δέκμῳ δὲ ὁ ἀρχαῖος στρατὸς ἐνόσει, πιπλάμενος ἐκ λιμοῦ, καὶ τὰς γαστέρας κατερρήγνυντο· ὅ τε νεοστράτευτος, ἀγύμναστος ἔτι ἦν. Πλάγκος δὲ προσεγένετο μετὰ τοῦ οἰκείου στρατοῦ. καὶ ὁ Δέκμος ἐπέστελλε τῇ βουλῇ, τὸν Ἀντώνιον ἀλώμενον κυνηγετήσειν, ναυτικῶν περ ἤδη γεγονότων. *A. U. 711.*

LXXXII. Οἵ τε Πομπηϊανοὶ, πυθόμενοι, θαυμαστοὶ ὅσοι διεφάνησαν, ἐκβοῶντες, ἄρτι τὴν πάτριον ἐλευθερίαν ἀπειληφέναι. καὶ θυσίαι καθ' ἕνα ἦσαν, καὶ χειροτονίαι δέκα ἀνδρῶν ἐς εὔθυναν τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀντωνίου· πρόσχημα δὲ τοῦτο ἦν ἐς ἀκύρωσιν τῶν ὑπὸ Καίσαρος διατεταγμένων. Ἀντώνιος γὰρ οὐδὲν αὐτὸς, ἢ πάνυ σμικρὰ, πάντα δὲ ἐκ τῶν Καίσαρος ὑπομνημάτων διῳκήκει· καὶ τόδε σαφῶς εἰδυῖα ἡ βουλὴ, τὰ μέν τινα αὐτῶν ἐπὶ προφάσεσι διέλυεν, ἀθρόα δὲ οὕτως ἤλπιζε

*Lin. 2.* μὲν οὖν ὁ Καῖσαρ *Edd. Delevi* οὖν *cum Aug. & Reg. A. L. 4.* πιμπλάμενος *Aug. litera* μ *a prima etiam manu inſerta. L. 8.* ναυτικῶν περ ἤδη γεγονότων. *Sic vulgo omnes.* ναυτιῶν *ſuſpicatus erat Gelenius.* ναρκῶντα περὶ ἤδη γεγεν. *Muſgr. Cogitaveram equidem* ταστίσκοι περ ἤδη γεγονότα, exigua licet jam ſit offula. *Sed non liquet.*

guli ſuis patriis frui. Dum ita *literis Cæſar pertentat Lepidum et Aſinium*; *D. Bruto* vetus *exercitus ægrotabat ex nimia repletione* famem ſecuta, & dyſenteria atterebatur: novus vero, qui ex tironibus conſtabat, rudis erat. Sed poſtquam *Plancus ſe ei conjunxit* cum ſuis copiis; ad ſenatum ſcripſit *Decimus, ſe curaturum ut brevi in plagas ſuas incidat errabundus Antonius*; - - -

82. Quo cognito, *Pompejani, mirum quantum elati*, exclamabant, *nunc demum ſe priſtinam libertatem recepiſſe*; & ſacris operabantur ſinguli. Jamque creabantur *Decemviri*, *qui rationem magiſtratus repoſcerent ab Antonio:* qui gradus erat ad antiquanda acta Cæſaris. Nam nihil aut parum Antonius ſuo arbitratu, ſed omnia ex Cæſaris commentariis, adminiſtraverat: quod compertum habens ſenatus, quædam ex eis per occaſionem fecerat irrita; tunc vero ſperabat fore, ut univerſa hoc modo aboleren-

Digitized by Google

niendi dedit utrique. Jamque illi, comitatu & amicis in pontibus relictis, progreſſi in medium locum conſpicuum, *conſederunt ſoli tres*, Cæſarque, propter magiſtratum, medius. Ibi per continuum biduum colloquio a mane ad veſperam habito, *hæc ſtatuerunt* de communi ſententia: „Ut *Cæſar conſulatum* in reliquum anni *Ventidio cederet*: utque NOVUS MAGISTRATUS TRIUMVIRORUM crearetur, quem *Lepidus cum Antonio Cæſareque* REIPUBLICÆ EX CIVILIBUS DISSENSIONIBUS RESTITUENDÆ per quinquennium *conſulari poteſtate* gererent;" hoc enim nomen magis quam *Dictatorum* placuit, fortaſſe propter recentem de abolenda Dictatura legem Antonii: tum „ut *Triumviri* confeſtim *in quinquennium urbanos magiſtratus* annuos *deſignarent*: *provincias* ita partirentur, ut *Antonius haberet* univerſam *Galliam*, excepta ea, quæ Pyrenæis montibus contigua eſt, quæ *Gallia Vetus* vocabatur; quæ *Lepido* cederet una cum *Hiſpania*; *Cæſari*



Digitized by Google

A. U. 711. ρίας ἐπὶ ταύτῃ· Καίσαρι δὲ εἶναι Λιβύην καὶ Σαρδὼ καὶ Σικελίαν, καὶ εἴ τις ἄλλη νῆσος ἐνταῦθα.

III. Ὧδε μὲν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν οἱ τρεῖς ἐνείμαντο ἐφ' ἑαυτοῖς, τὰ πέραν ἄρα τοῦ Ἰονίου μόνα ὑπερθέμενοι, διὰ Βροῦτον καὶ Κάσσιον κρατοῦντας ἔτι αὐτῶν. Κασσίῳ δὲ καὶ Βρούτῳ πολεμεῖν Ἀντώνιόν τε καὶ Καίσαρα· Λέπιδον γὰρ ὑπατεύειν ἐς τὸ μέλλον, καὶ τῇ πόλει διὰ τὰς ἐν αὐτῇ χρείας ὑπομένειν, ἡγεμονεύοντα τῆς Ἰβηρίας δι' ἑτέρων· τοῦ δὲ Λεπίδου στρατοῦ τρία μὲν αὐτὸν Λέπιδον ἔχειν ἐς τὰ ἐπὶ Ῥώμης, ἑπτὰ δὲ τέλη νείμασθαι Καίσαρα καὶ Ἀντώνιον, τρία μὲν Καίσαρα, τέσσαρα δὲ Ἀντώνιον, ὡς ἂν ἐς τὸν πόλεμον αὐτῶν ἑκάτερος εἴκοσιν ἄγοι· ἐπελπίσαι δὲ ἤδη τὸν στρατὸν ἐς τὰ νικητήρια τοῦ πολέμου, ἄλλαις τε δωρεαῖς, καὶ ἐς κατοικίαν δόσεσι τῶν Ἰταλικῶν πόλεων ὀκτωκαίδεκα· αἳ, καὶ περιουσίᾳ καὶ ἐδάφει καὶ οἴκοις εἰς κάλλος διαφέρουσαι, ἔμελλον αὐτοῖς ἐδάφεσι καὶ οἴκοις αὐτῷ διανεμήσεσθαι, ὥσπερ αὐτοῖς

*Lin. 57 ſq.* περιουσία καὶ ἐδάφεσι *Aug. Ven.*

„*Africa* obveniret *cum Sardinia Siciliaque*, & ceteris ejus ſitus inſulis."

3. Atque ita *imperium Romanum in Triumviros diviſum* eſt, dilatis in aliud tempus ceteris ultra mare Jonium provinciis, propter Brutum ac Caſſium, qui tunc adhuc eas tenebant. *Cum Caſſio* autem *Brutoque bellum gerere Antonium et Cæſarem* placuit. Nam *Lepidus, deſignatus in proximum annum Conſul*, in Urbe erat manſurus, ad ea quibus ibi opus eſſet adminiſtranda, Hiſpaniam recturus per vicarios. *Lepido tribus* ex ſuis *legionibus* relictis ad Urbis præſidium, reliquas ſeptem inter ſe ita partiebantur Cæſar & Antonius, ut *Cæſari* adtribuerentur tres, *Antonio* quatuor; ut *uterque* eorum *viginti legionibus* ad bellum illud gerendum uteretur. Et quo alacrior redderetur exercitus, præter alia propoſita victoriæ præmia, *promittendas* conſtituerunt *militibus* coloniarum loco, *octodecim Italicas urbes*, tam opibus quam agri bonitate ac ædificiorum pulchritudine præcellentes; quæ cum agris & ædificiis, non ſecus quam bello ca-

Digitized by Google

ἀντὶ τῆς πολεμίας δορίληπτοι γενόμεναι. Καὶ ἦσαν αἱ πόλεις, ἄλλαι τε, καὶ αἱ περιφανέσταται μάλιστα αὐτῶν, Καπύη, καὶ Ῥήγιον, καὶ Οὐενουσία, καὶ Βενεβεντὸς, καὶ Νουκερία, καὶ Ἀρίμινον, καὶ Ἱππώνιον. οὕτω μὲν τὰ κάλλιστα τῆς Ἰταλίας τῷ στρατῷ διέγραφον. Ἔδοξε δὲ σφίσι καὶ τοὺς ἰδίους ἐχθροὺς προανελεῖν, ἵνα μὴ ἐνοχλοῖεν αὐτοῖς τάδε καθισταμένοις, καὶ πολεμοῦσι πόλεμον ἔκδημον. Ταῦτα μὲν ἔδοξε, καὶ ταῦτα συνεγράψαντο. καὶ αὐτῶν ὁ Καῖσαρ, ὡς ὕπατος, ἀνέγνω τοῖς στρατοῖς τὰ λοιπὰ, χωρὶς τῶν ἀποθανουμένων. οἱ δ' ἀκούσαντες, ἐπαιώνισάν τε, καὶ ἠσπάσαντο ἀλλήλους ἐπὶ διαλλαγῇ. A. U. 711.

IV. Γιγνομένων δὲ τούτων, τέρατα καὶ σημεῖα ἐν Ῥώμῃ πολλὰ καὶ φοβερὰ ἦν. κύνες τε γὰρ ὠρύοντο ὁμαλῶς οἷα λύκοι, σύμβολον ἀηδές· καὶ λύκοι τὴν ἀγορὰν διέθεον, οὐκ ἐπιχωριάζον ἐν πόλει ζῶον· βοῦς τε φωνὴν ἀφῆκεν ἀνθρώπου· καὶ βρέφος ἀρτίτοκον ἐφθέγξατο·

*Lin.* 60. δορύληπτοι *Edd. ut alibi. Secus Aug. Reg. C.* *L.* 62. Καπύη *Aug. ut ſæpe aliás, non male.* *L.* 63. Νουκαιρία *h. l. Edd. & MSS. noſtri, quod correxi. Ibid.* Ἀρίμηνον *quatuor noſtri MSS.* *L.* 64. διέγραφεν *Edd. Rectius Aug. Reg. C.* *L.* 66. αὐτοῖς. τὰ δὲ καθιστ. *Edd. & lin. ſq.* ἔκδημον ταῦτα *iidem, nulla interjecta diſtinctione. Recte Aug. Reg. C.* *L.* 70. ἐπαιώνισαν *Reg. C.*

ptæ, in milites eſſent dividendæ." In earum numero eminebant, Capua, Rhegium, Venuſia, Beneventum, Nuceria, Ariminum, Vibona. Atque ita pulcerrima Italiæ pars militibus eſt adtributa. Sed *ante omnia* viſum eſt, proprios etiam *inimicos*, ne hæc adminiſtrantibus & in longinquam expeditionem profectis impedimento eſſent, *tollere.* Hæc decreta Cæſar ex officio ſuo, quippe Conſul, recitavit de ſcripto exercitibus, proſcriptione tantum ſilentio prætenta. Et milites lætis adclamationibus mutuiſque conſalutationibus reconciliationem factam celebrabant.

4. Interea multa *horrenda in Urbe* viſa ſunt *Prodigia.* Nam & canes quaſi ex compoſito ululatum, haud ſecus ac lupi, edebant inauſpicatum; & lupi per forum diſcurrebant, animal inadſuetum urbibus; & bos humanam emiſit vocem; & infans recens natus locutus eſt: in ſimulacris ſu-

A. U. 711.

καὶ τῶν ξοάνων τὰ μὲν ἱδρου, τὰ δὲ καὶ αἷμα ἵδρου· ἀνδρῶν τε μεγάλαι βοαὶ, καὶ κλύπος ὅπλων, καὶ δρόμος ἵππων, οὐχ ὁρωμένων, ἠκούετο· ἀμφί τε τὸν ἥλιον ἀηδῆ σημεῖα πολλὰ, καὶ λιθώδεις ἐγίγνοντο ὑετοὶ, καὶ κεραυνοὶ συνεχεῖς ἐς ἱερὰ καὶ ἀγάλματα ἔπιπτον. Ἐφ' οἷς ἡ μὲν βουλὴ θύτας καὶ μάντεις συνῆγεν ἀπὸ Τυῤῥηνίας. καὶ ὁ πρεσβύτατος αὐτῶν, τὰς πάλαι βασιλείας ἐπανήξειν εἰπὼν, καὶ δουλεύσειν ἅπαντας χωρὶς ἑαυτοῦ μόνου, τὸ στόμα κατέσχε καὶ τὸ πνεῦμα, ἕως ἀπέθανεν.

V. Οἱ δὲ τρεῖς ἄνδρες ἐφ' ἑαυτῶν γενόμενοι, τοὺς ἀποθανουμένους συνέγραφον, τούς τε δυνατοὺς ὑφορώμενοι, καὶ τοὺς ἰδίους ἐχθροὺς καταλέγοντες, οἰκείους τε σφῶν αὐτῶν ἢ φίλους ἐς τὴν ἀναίρεσιν ἀντιδιδόντες ἀλλήλοις καὶ τότε καὶ ὕστερον. προσκατελέγοντο γὰρ δὴ καὶ ἕτεροι μεθ' ἑτέρους, οἱ μὲν ἀπ' ἔχθρας, οἱ δὲ μόνου προσκρούματος, ἢ φιλίας ἐχθρῶν, ἢ φίλων ἔχθρας, ἢ

*Lin. 92.* προσκρεύσματος *Edd. Prætuli Aug. Reg. A. C.*

dor adparuit; & eorum nonnulla ſanguinem quoque emiſerunt: exauditi ſunt magni clamores virorum, & armorum crepitus, ſtrepituſque equorum currentium, quorum nihil cernebatur oculis: circa ſolem quoque triſtia multa prodigia ſunt obſervata; & lapidibus aliquoties pluit, & ſacræ ædes imagineſque continuis tactæ ſunt fulminibus. His procurandis ſenatus *aruſpices ac vates* accivit *ex Etruria*; quorum natu maximus, *rediturum*, ait, *regnum quale priſcis temporibus fuerat, cunctoſque ſervituros, ſe uno excepto*: ſimulque ſpiritum compreſſit, donec exanimis procideret.

5. Ceterum *Triumviri*, ſemotis arbitris, *nomina conſignabant eorum, quos interfectos volebant*; primum ſuſpectos *ob potentiam*, tum ſuos quiſque inimicos; denique amicorum etiam & cognatorum ſalutem prodebant alter alteri, modo viciſſim daretur tollendi adverſarios copia: quod & tunc ſtatim fecerunt, & idemtidem poſtea: nam & deinde alii poſt alios ſunt adſcripti in eumdem catalogum, quidam *propter ſimultatem*, quidam *propter ſolam quamdam offenſam*, aut *quod inimicorum eſſent neceſſarii*, vel *amicorum ini-*

Digitized by Google

πλούτου διαφέροντος. Ἐδέοντο γὰρ ἐς τὸν πόλεμον χρημάτων πολλῶν, Βρούτῳ μὲν καὶ Κασσίῳ τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας φόρων δεδομένων τε καὶ προσοδευομένων, ἔτι καὶ βασιλέων καὶ σατραπῶν συμφερόντων· αὐτοὶ δ᾽ ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, καὶ μάλιστα τῆς Ἰταλίας, πολέμοις τε καὶ ἐσφοραῖς τετριμμένης, ἀποροῦντες· δι᾽ ἃ καὶ τοῖς δημόταις, καὶ ταῖς γυναιξὶ, λήγοντες, ἐπέγραψαν εἰσφορὰς βαρυτάτας, καὶ τέλη πράσεων καὶ μισθώσεων ἐπενόησαν. ἤδη δέ τις καὶ διὰ κάλλος ἐπαύλεως καὶ οἰκίας προεγράφη. Καὶ ἐγένοντο πάντες οἱ θανάτου τε καὶ δημεύσεως κατεγνωσμένοι ἀπὸ μὲν τῆς βουλῆς ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους, ἀπὸ δὲ τῶν καλουμένων ἱππέων ἐς δισχιλίους. Καὶ ἦσαν ἐν αὐτοῖς ἀδελφοί τε καὶ θεῖοι τῶν προγραφόντων, καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῖς ἡγεμόνων ὅσοι τι τοῖς ἄρχουσιν ἢ τοῖς ἡγεμόσι προσεκεκρούκεσαν.

A. U. 711.

*Lin 95. διδομένων Edd. Praetuli Aug. Reg. C. L. 98. τετρυμμένης Aug. Reg. B. (abundante altera μ.) τετρυχωμένης Reg. C. bene. L. 99. γυναιξὶ λήγοντες Edd. vitioſe ex Reg. B. invitis ceteris MSS. Ibid. ἐπέστρεψαν Edd. cum Reg. A. & Aug. ἐπέτρεψαν Reg. B. C. quæ quin ex ἐπέγραψαν, quod repoſui, corrupta ſint, dubitari vix poteſt. L. 7. προγραφέντων Edd. mend. cum Reg. B. C. Recte Reg. A. Aug. Ven. Ibid. ſq. ὅσοι τε τοῖς Edd. τι dedit Aug. Nec τε, nec τι, agnoſcit Reg. C. L. 8. Forſan ἢ τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι, quod expreſſit Cand.*

mici. *Nonnullis divitiæ fuerunt exitio.* Nam opus erat ad belli adparatum multis pecuniis: quia reditus ex Aſiæ vectigalibus Bruto Caſſioque fuerant traditi, & ab illis ſolis percipiebantur, regibus etiam præterea atque ſatrapis de ſuo eiſdem conferentibus. Triumviris autem Europa reliqua erat, & Italia, bellis tum maxime exactionibuſque ita exhauſta, ut parciſſimus inde reditus eſſet. Itaque paulatim plebi quoque, ac tandem mulieribus etiam, graviſſima tributa impoſuerunt; & emtionum quoque & locationum vectigalia excogitarunt. Nec defuit qui propter villam aut domum amœniorem proſcriptus eſt. Fuerunt autem *proſcripti*, bonis publicatis, *Senatores* CCC, *equites Romani* MM. In his erant *fratres triumvirorum et avunculi*; nonnulli etiam ex legatis eorumdem, qui vel imperatores vel alios legatos nonnihil offenderant.



Digitized by Google

*A. U.* 711.

VI. Τὸ μὲν δὴ πλῆθος αὐτῶν, ἀπὸ τῆς συνόδου διελθόντες ἐς Ῥώμην, προγράψειν ἔμελλον· δυώδεκα δὲ ἄνδρας, ἢ ὡς ἕτεροι λέγουσιν ἑπτακαίδεκα, τοὺς μάλιστα δυνατοὺς, ἐν οἷς ἦν καὶ Κικέρων, ἔδοξε προανελεῖν, ἐπιπέμψαντας ἄφνω. καὶ τῶνδε μὲν τέσσαρες αὐτίκα ἀνῃρέθησαν ἐν ἑστιάσεσί τε καὶ ὑπαντήσεσι. Ζητουμένων δὲ τῶν ἄλλων, καὶ ἐρευνωμένων νεῶν τε καὶ οἰκιῶν, ἄφνω θόρυβος ἀνὰ τὴν νύκτα πᾶσαν ἦν, καὶ βοαὶ καὶ διαδρομαὶ μετ' οἰμωγῆς, ὡς ἐν ἁλισκομένῃ πόλει. τῷ γὰρ ἐγνῶσθαι μὲν ἀνδρολήψια γίγνεσθαι, μὴ προγεγράφθαι δὲ μηδένα τῶν προκατεγνωσμένων, πᾶς τις αὐτὸς ἡγεῖτο ζητεῖσθαι πρὸς τῶν περιθεόντων. οὕτω δὲ ἀπογιγνώσκοντες αὐτῶν, οἱ μὲν τὰ ἴδια, οἱ δὲ τὰ κοινὰ, ἐμπρήσειν ἔμελλον, δρᾶσαί τι δεινὸν ἀλόγως αἱρούμενοι, πρὶν παθεῖν· καὶ τάχ' ἂν ἔδρασαν, εἰ μὴ Πέδιος αὐτοὺς ὁ ὕπατος, μετὰ κηρύκων περιθέων, ἐπήλπιζε περιμείναντας

*Lin.* 2. καὶ ὁ Κικέρων *Edd. ex Reg. A. Delevi Artic. cum Aug. Reg. B. C. Ibid. ſq.* ἐπιπέμψαντες *Edd. Prætuli Aug. Ven. Reg. C. L.* 15. νεῶν καὶ τι *Edd. operarum errore, ex edit.* 1. *in reliquas propagato. L.* 21. αὐτῶν *Edd. cum Reg. C. invitis reliquis MSS. L.* 22. εὐλόγως *Edd. Recte Aug. Reg. C. L.* 24 *ſq.* περιμείναντας ἕω *Aug. abſque præpoſ. Neſcio an rectius.*

6. Jam majoris quidem numeri diſtulerunt proſcriptionem, donec a colloquio in Urbem diſceſſiſſent: *duodecim* autem, *vel*, ut alii produnt, *ſeptemdecim*, *reliquis potentiores*, & in his Ciceronem, *placuit ante alios occidere*, immiſſis ſubito percuſſoribus. Ex illiſque ſtatim quatuor, vel in conviviis, vel in fortuito occurſu, cæſi ſunt: reliqui vero dum per domos perque templa quæruntur; fit ſubito tota nocte tumultus, & diſcurſatio cum clamore ejulatuque, non ſecus quam urbe capta. Quum enim intellexiſſent, quæri comprehendique aliquot viros, & nemo adhuc proſcriptus eſſet; quiſque ſe peti a circumcurſantibus putabat. Itaque rebus deſperatis, quidam ſuas privatas, quidam publicas etiam ædes cogitabant incendere; male ſano quidem conſilio facturi dirum aliquid, priuſquam paterentur. Ac feciſſent fortaſſe, ni *Pedius conſul*, hac illac cum præcone curſitans, bene ſperare eos juſſiſſet, & lucem exſpectare; tum adcuratius, quid rei eſſet, cognituros.

Digitized by Google

ἐς ἕω τὰ ἀκριβέστατα μαθεῖν. ἅμα δ' ἕῳ, παρὰ γνώμην τῶν τριῶν ἀνδρῶν, προὔγραφεν ὁ Πέδιος τοὺς ἑπτακαίδεκα, ὡς μόνους τε αἰτίους δόξαντας εἶναι τῶν ἐμφυλίων κακῶν, καὶ μόνους κατεγνωσμένους· πίστεις τε τοῖς ἄλλοις δημοσίας ἐποιεῖτο, ἀγνοῶν τὰ ἐγνωσμένα. καὶ Πέδιος μὲν ἐκ καμάτου τῆς νυκτὸς ἐτελεύτησεν. A. U. 711.

VII. Ἐσῄεσαν δ' οἱ τρεῖς τρισὶν ἡμέραις, ἀνὰ μέρος ἕκαστος αὐτῶν, ὁ Καῖσάρ τε καὶ ὁ Ἀντώνιος καὶ ὁ Λέπιδος, σὺν ταῖς στρατηγίσι τάξεσι, καὶ ὁπλιτῶν ἕκαστος ἑνὶ τέλει. ὡς δὲ εἰσῆλθον, αὐτίκα μὲν ἡ πόλις ἦν πλήρης ὅπλων τε καὶ σημείων διατεταγμένων ἐς τὰ ἐπίκαιρα. Αὐτίκα δὲ ἐν μέσῳ τούτων ἤγετο ἐκκλησία, καὶ δήμαρχος Πούπλιος Τίτιος ἐνομοθέτει, καινὴν ἀρχὴν ἐπὶ καταστάσει τῶν παρόντων ἐς πενταετὲς εἶναι τριῶν ἀνδρῶν, Λεπίδου τε καὶ Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος, ἴσον ἰσχύουσαν ὑπάτοις· (ἣν ἄν τις Ἑλλήνων Ἁρμοστὰς ὀνομάσειεν, ὃ καὶ Λακεδαιμόνιοι τοῖς καθισταμένοις τὰ ὑπήκοα ἐτί-

*Lin.* 41. τοῖς ἄρτι καθισταμένοις *Aug. quod, vide, an in Contextum ſit recipiendum.*

Prima vero luce, contra triumvirorum ſententiam, proſcripſit *Pedius* illos XVII, quaſi ſolos auctores inteſtinorum malorum, ſoloſque condemnatos: reliquis, interpoſita fide publica, ſecuritatem promiſit, ignarus decreti triumviralis. Et *Pedius* quidem ſequenti nocte, morbo *ex nimia defatigatione* contracto, *exſtinctus* eſt.

7. Tum tres illi, *Cæſar*, *Antonius*, *Lepidus*, tribus continuis diebus, quoque die ſeorſim unus ex illis, *Urbem* ſunt *ingreſſi*; quiſque cum ſua prætoria cohorte, & una legione. Quorum adventu Urbs armatis continuo repleta eſt, & ſigna militaria conſpecta in locis opportunioribus. Statimque advocata concione, eaque militibus bene cincta, *Publius Titius tribunus plebis legem tulit* de novo magiſtratu creando, ut TRIUMVIRI CONSTITUENDÆ REIPUBLICÆ *præeſſent in quinquennium cum poteſtate conſulari*, LEPIDUS, ANTONIUS & CÆSAR: (*Harmoſtas* Græce non incommode adpellaveris; quo nomine Lacedæmonii vocabant eos, qui civitates ipſis ſubjectas moderabantur:) at

A. U. 711. θεντο ὄνομα·) οὔτε διαστήματος ἐς δοκιμασίαν, οὔτε κυρίας εἰς τὴν χειροτονίαν ἡμέρας προτεθείσης· ἀλλ' αὐτίκα ἐκυροῦτο ὁ νόμος. Καὶ νυκτὸς ἄλλων, ἐπὶ τοῖς ἑπτακαίδεκα, τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν προγραφαὶ κατὰ πολλὰ τῆς πόλεως προυτίθεντο. καὶ μετ' ὀλίγον ἄλλων πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. καί τις προσετίθετο τοῖς πίναξιν αἰεὶ τῶν προκαταγιγνωσκομένων, ἢ τῶν προανῃρημένων ὑπ' ἀγνοίας, ἐς δόξαν τοῦ δικαίως ἀνῃρῆσθαι. Διετέτακτό τε, πάντων τὰς κεφαλὰς ἐς τοὺς τρεῖς ἄνδρας ἐπὶ ῥητῷ κέρδει φέρεσθαι· καὶ ἦν τὸ κέρδος ἐλευθέρῳ μὲν, ἀργύριον, θεράποντι δὲ, ἐλευθερία τε καὶ ἀργύριον. παρέχειν δὲ ἐς ἔρευναν πάντας τὰ ἴδια· καὶ τὸν ὑποδεξάμενον ἢ κρύψαντα ἢ τὴν ἔρευναν οὐ παρασχόντα, τοῖς ἴσοις ἐνέχεσθαι. μηνύειν δὲ ἕκαστα τούτων τὸν ἐθέλοντα, ἐπὶ τοῖς ἴσοις κέρδεσι.

VIII. Καὶ εἶχεν οὕτως ἡ προγραφή· Μάρκος Λέπιδος, Μάρκος Αντώνιος, Οκταούϊος Καῖσαρ, οἱ χειροτονη-

*Lin. 48. An τῶν οὐ προκατ.? Ibid. ſq. ἢ τῶν προειρημένων ὑπ' Edd. corrupte. Recte Aug. Reg. C. L. 55. Caret τὸν ante ἐθέλοντα Aug. male. L. 58.* Οκλάβιος *Aug. Reg. C.*

nec trinundinum ex more ad examinandam legem conceſſum eſt, nec dies comitiis dicta, ſed lex ſine mora perlata eſt. Sequenti nocte, præter illos XVII, *alii CXXX proſcripti* ſunt: & nomina eorum diverſis Urbis locis propoſita; nec multo poſt *rurſum alii CL.* Et tabulis ſubinde nova adſcribebantur nomina, vel recens damnatorum, vel per errorem occiſorum, ne innocentes viderentur hi periiſſe. Edictumque erat, ut omnium capita ad Triumviros referrentur, propoſitis certis præmiis, ingenuo peounia, ſervo libertate cum pecunia; tum, ut perquiſitoribus quiſque patefaceret ædes ſuas; pari enim in culpa cum proſcriptis fore, quicumque aliquem ex his vel domo excepiſſet, vel occultaſſet, vel qui perquiſitoribus non ultro aperiret omnia: & hujuſmodi celatorum indicibus paria erant præmia propoſita.

8. Fuit autem PROSCRIPTIONIS FORMULA hæc: „M. LEPIDUS, M. ANTONIUS, OCTAVIUS CÆSAR, *triumviri electi conſtituendæ et cor-*

θέντες ἁρμόσαι καὶ διορθῶσαι τὰ κοινὰ, οὕτω λέγουσιν· Εἰ μὴ δι᾽ ἀπιστίαν οἱ πονηροὶ, δεόμενοι μὲν, ἦσαν ἐλεεινοὶ, τυχόντες δὲ, ἐγίγνοντο τῶν εὐεργετῶν ἐχθροὶ, εἶτα ἐπίβουλοι· οὔτ᾽ ἂν Γάϊον Καίσαρα ἀνῃρήκεσαν, οὓς ἐκεῖνος δορὶ λαβὼν ἔσωσεν ἐλέῳ, καὶ φίλους θέμενος, ἐπὶ ἀρχὰς καὶ τιμὰς καὶ δωρεὰς προήγαγεν ἀθρόως· οὔτ᾽ ἂν ἡμεῖς τοῖς ἐνυβρίσασι, καὶ πολεμίους ἀναγράψασιν ἡμᾶς, ὧδε ἀθρόως ἠναγκαζόμεθα χρῆσθαι. Νῦν δὲ, ἐξ ὧν ἐπιβεβουλεύμεθα, καὶ ἐξ ὧν Γάϊος Καῖσαρ ἔπαθεν, ἀτιθάσευτον ὁρῶντες τὴν κακίαν ὑπὸ φιλανθρωπίας, προλαβεῖν τοὺς ἐχθροὺς ἢ παθεῖν αἱρούμεθα. Μὴ δή τις τὸ ἔργον ἄδικον ἢ ὠμὸν ἢ ἄμετρον ἡγείσθω, ἔς τε Γάϊον καὶ ἐς ἡμᾶς, οἷα πεπόνθαμεν, ὁρῶν. Γάϊον μὲν δὴ καὶ αὐτοκράτορα ὄντα, καὶ ἄρχοντα ἱερῶν, καὶ τὰ φοβερώτερα Ῥωμαίοις καθελόντα τε ἔθνη καὶ κτησάμενον, καὶ πρῶτον ἀνδρῶν ὑπὲρ τοὺς Ἡρακλείους ὅρους

*A. U. 711.*

*Lin. 59.* οὕτως λέγουσιν *Aug. Reg. A. B.* *L. 67.* καὶ ὧν Γάϊος *Edd. Adjeci* ἐξ *cum Aug. Ven. Reg. C.* *L. 68.* ἀτιθάσσευτον *Edd. Secutus ſum Aug. Ven. Reg. C.*

„*rigendæ reipublicæ, edicunt ſic*: Niſi tanta eſſet improborum perfidia, ut poſtquam ſupplices miſeratione ſervati ſunt, benemeritis pro beneficio reponant odium, ac mox etiam vitæ inſidias; neque hi C. Cæſarem interfeciſſent, quos ille bello victos ſervavit clementia, & in amicitiam receptos evexit ad honores, & liberalitate cumulavit; neque nos adverſus eos, qui indigne nobiſcum egerunt, & hoſtes reipublicæ nos judicaverunt, ſubito hanc rationem ingredi cogeremur. Nunc vero, poſtquam ex inſidiis quas nobis „ſtruxerunt, & ex Cæſaris caſu, intelleximus, nullis beneficiis perdomari eorum malitiam poſſe, prævenire inimicos, quam ab eis præoccupari, malumus. Nemo igitur hoc noſtrum factum aut injuſtum, aut crudele, aut nimium exiſtimet; quid C. Cæſar, quid nos ipſi paſſi ſimus, reputans. Illum certe, & Imperatorem, & Pontificem maximum, & gentium maxime Populo Romano formidatarum domitorem ſubactoremque, qui primus mortalium ultra Herculeos terminos nemini navigatum mare ſuperavit, &

*A. U.* 711. ἀπλώτου θαλάσσης ἀποπειράσαντα, καὶ Ῥωμαίοις γῆν ἄγνωστον εὑρόντα, ἐν μέσῳ τῷ ἱερῷ λεγομένῳ βουλευτηρίῳ, ὑπὸ ὄψεσι θεῶν, κατέκανον, εἴκοσι καὶ τρισὶ σφαγαῖς ἐνυβρίσαντες, οἱ πολέμῳ ληφθέντες ὑπ᾽ ἐκείνου, καὶ περισωθέντες, κληρονόμοι τέ τινες αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἐγγραφέντες εἶναι. οἱ λοιποὶ δὲ, ἐπὶ τῷ μύσει τῷδε, τοὺς ἐναγεῖς ἀντὶ κολάσεων ἐπὶ ἀρχὰς καὶ ἡγεμονίας ἐξέπεμψαν· αἷς ἐκεῖνοι χρώμενοι, τά τε κοινὰ τῶν χρημάτων ἥρπασαν, καὶ στρατὸν ἐξ αὐτῶν ἀγείρουσι καθ᾽ ἡμῶν, καὶ ἕτερον αἰτοῦσι παρὰ βαρβάρων αἰεὶ τῆς ἀρχῆς πολεμίων· τάς τε ὑπὸ Ῥωμαίοις πόλεις, τὰς μὲν οὐ πείθοντες, ἐνέπρησαν ἢ κατέσκαψαν ἢ κατήρειψαν, τὰς δὲ καταπλήξαντες ἐπάγουσι τῇ πατρίδι καθ᾽ ἡμῶν.

IX. Ἡμεῖς δὲ αὐτῶν τοὺς μὲν ἤδη τετιμωρήμεθα· τοὺς δὲ λοιποὺς, θεοῦ συνεπιλαμβάνοντος, αὐτίκα δίκην διδόντας ὄψεσθε. Τῶν δὲ μεγίστων ἡμῖν ἠνυσμένων καὶ

*Lin.* 75. Ῥωμ. τὴν ἄγνωστον *Edd.* *Prætuli Aug. Reg. C.* *L.* 83 *ſq.* ἐγείρουσι *Reg. C.* *L.* 87-89. *Verba* καταπλήξαντες *uſque* τετιμωρημ. τοὺς δὲ *per errorem omiſſa ſunt in Aug.*

„incognitas Populo Romano aperuit terras; illum in loco ſacrato, in media curia, ſub oculis deorum, confecerunt, tribuſque & viginti vulneribus lacerarunt hi, qui, quum jure belli ab eo fuiſſent capti, dimiſſi ab eodem fuerant incolumes, nonnulli etiam teſtamento hæredes ejus nuncupati. Ceteri vero, tantum abfuit, ut in conſpurcatos tam execrabili crimine animadverterent, ut eis magiſtratus & provincias cum imperio dederint; quibus illi abuſi, & pecunias publicas diripue„runt, & copias inde contra nos colligunt, atque alias a barbaris, perpetuis imperii noſtri hoſtibus, poſtulant. Civitateſque populo Romano ſubjectas, partim, quod ipſorum imperata detrectaſſent, incenderunt, aut diruerunt, & ſolo æquarunt, partim minis ac territatione coëgerunt ad arma nobis patriæque inferenda.

9. „Nos vero de quibuſdam eorum jam exegimus pœnas: reliquos, Deo juvante, mox luere videbitis. Ceterum poſt res maximas, partim jam con-

Digitized by Google

ὑπὸ χερσὶν ὄντων, Ἰβηρίας τε, καὶ Κελτικῆς, καὶ τῶνδε τῶν οἴκοι· ἓν ἐστὶ λοιπὸν ἔτι ἔργον, στρατεύειν ἐπὶ τοὺς πέραν θαλάσσης αὐτόχειρας Γαΐου. Μέλλουσι δὴ πόλεμον ὑπὲρ ὑμῶν ἔκδημον ἀγωνιεῖσθαι, οὐκ ἀσφαλὲς οὔτε ἐς τὰ ἡμέτερα οὔτε ἐς τὰ ὑμέτερα εἶναι δοκεῖ, τοὺς ἄλλους ἐχθροὺς ὀπίσω καταλιπεῖν, ἐπιβησομένους ταῖς ἀπουσίαις ἡμῶν, καὶ τὰ συμβαίνοντα τῷ πολέμῳ καιροφυλακήσοντας· οὐδ᾽ αὖ βραδύνειν διὰ τούσδε, ἐν ἐπείξει τοσῇδε, μᾶλλον, ἢ ἐκ ποδῶν αὐτοὺς ἀθρόως ποιήσασθαι, ἄρξαντάς γε τοῦ καθ᾽ ἡμῶν πολέμου, ὅτε πολεμίους ἡμᾶς τε καὶ τοὺς ὑφ᾽ ἡμῖν στρατοὺς ἐψηφίζοντο εἶναι. A. U. 711.

X. Κἀκεῖνοι μὲν τοσάσδε πολιτῶν μυριάδας ἡμῖν συναπώλλυον, οὔτε θεῶν νέμεσιν οὔτε φθόνον ἀνθρώπων ὑφορώμενοι. Ἡμεῖς δὲ πλήθει μὲν οὐδενὶ χαλεπανοῦμεν, οὐδὲ τοὺς ἐχθροὺς ἐπιλεξόμεθα πάντας, ὅσοι διηνέχθησαν ἡμῖν, ἢ ἐπεβούλευσαν, οὐδὲ ἐκ πλούτου πάν-

*Lin. 93. Pro* λοιπὸν, *quod dedit Aug. & Reg. C. dant mendoſe* λυπηρὸν *Edd. & Cand. L. 95.* ὑπὲρ ἡμῶν *Edd. Rectius Aug. Reg. C. L. 98.* συμβ. τοῦ πολέμου *Edd. cum tribus Regiis. Prætuli Aug. L. 1.* ἐκποδὼν *Reg. C. bene. L. 2.* ἄρξαντός γε *edit. 1. mend. L. 3.* τοὺς ὑφ᾽ ἡμῖν *Edd. Recte Aug. Reg. C.*

„fectas a nobis, partim propediem expediendas, quæ ad Hiſpaniam ad Galliamque & ad hanc noſtram Italiam pertinent; unum præterea magnum ſupereſt negotium, expeditio contra eos, qui trans mare ſunt, Cæſaris parricidas. Id *bellum pro patria geſturi peregre, neque nobis neque vobis tutum fore arbitrati ſumus, ſi alios inimicos a tergo relinqueremus; uſuros contra nos occaſione, per abſentiam noſtram et per belli varios caſus captata.* Imo ne cunctandum quidem, urgente tam præſenti periculo, duximus; ſed ad unum tollendos e medio; quandoquidem ipſi priores nobis bellum intulerunt tum, quum nos noſtroſque exercitus hoſtes judicarunt.

10. „Et illis quidem nulla religio fuit, tot civium millia nobiſcum velle perdere, ſpreta deorum vindicta hominumque invidia. Nos vero multitudini nulli moleſti erimus: ne inimicos quidem, qui nobis vel adverſati ſunt vel inſidiati, ſeligemus omnes;

A. U. 711. τως ἢ περιουσίας ἢ ἀξιώσεως, οὐδ᾽ ὅσους ἕτερος πρὸ ἡμῶν αὐτοκράτωρ ἔκτεινε, τὴν πόλιν κἀκεῖνος ἐν ἐμφυλίοις καθιστάμενος, ὃν Εὐτυχῆ προσείπατε δι᾽ εὐπραξίαν· καίπερ ἀνάγκης οὔσης, τρισὶ πλέονας ἐχθροὺς, ἢ ἑνὶ, εἶναι. Ἀλλὰ μόνους δὴ τοὺς φαυλοτάτους τε καὶ πάντων αἰτιωτάτους ἀμυνούμεθα. καὶ τόδε δι᾽ ὑμᾶς οὐχ ἧσσον ἡμῶν· ἀνάγκη γὰρ, ἡμῶν διαφερομένων, ὑμᾶς πάντας ἐν μέσῳ δεινὰ πάσχειν· ἀνάγκη δέ τι καὶ τῷ στρατῷ γενέσθαι παραμύθιον, ὑβρισμένῳ τε καὶ παροξυμένῳ, καὶ πολεμίῳ πρὸς τῶν κοινῶν ἐχθρῶν ἀναγεγραμμένῳ. Δυνηθέντες δ᾽ ἂν, οὓς ἔγνωμεν, ἐξ ἐφόδου συλλαβεῖν, αἱρούμεθα προγράψαι μᾶλλον, ἢ ἀγνοοῦντας ἔτι συλλαβεῖν· καὶ τόδε δι᾽ ὑμᾶς, ἵνα μὴ ἐπὶ τοῖς ὁπλίταις ἢ διωργισμένοις πλεονάζειν ἐς τοὺς ἀνευθύνους, ἀλλὰ, ἀπηριθμημένους καὶ ὡρισμένους ἔχοντες ὀνομαστὶ, τῶν ἄλλων κατὰ πρόσταγμα ἀπέχωνται. XI. Ἀγαθῇ

*Lin.* 10. ἢ ἐκ περιουσίας *Reg. C.* *L.* 11. ἐν *ante* ἐμφυλίοις, *quod abeſt vulgo, dedit Aug. Eamdem præpoſ. inſertam voluerat Muſgrav.* *L.* 18. παροξυνομένῳ *Edd.* παροξυμμένῳ *Reg. C. Rectius Aug.*

„nec in divites omnino & locupletes honoratoſve animadvertemus; neque in tam multos quam alius ante nos imperator, qui pariter labefactatam civilibus bellis rempublicam inſtauravit, quem vos ob res geſtas Felicem cognominaſtis: quamvis neceſſe ſit, plures eſſe inimicos tribus quam uni. Sed peſſimum ſolummodo quemque mulctabimus, & præ ceteris nocentiſſimum. Atque id non noſtrûm magis cauſa faciemus, quam veſtrûm ipſorum; quos neceſſe eſſet, dum nos confligaremur, in medio poſitos „omnes multis involvi calamitatibus. Sed et neceſſe eſt aliquid in gratiam facere exercitus, ad levamen injuriarum, quibus ille irritatus eſt, a communibus noſtris inimicis hoſtis judicatus. Quamquam vero potueramus, quos viſum eſſet, comprehendere e veſtigio; malumus eos proſcribere, quam ignaros opprimere: idque ipſum propter vos, ne in poteſtate ſit iratorum militum, præter mandatum inſontibus quoque vim inferre; ſed ut, intra certum numerum ſuis nominibus deſignatorum coërciti, abſtineant ceteris.

XI. „Ergo

XI. Ἀγαθῇ τύχῃ τοίνυν· τῶν ὑπογεγραμμένων τῷδε τῷ διαγράμματι μηδεὶς δεχέσθω μηδένα, μηδὲ κρυπτέτω, μηδὲ ἐκπεμπέτω ποι, μηδὲ πειθέσθω χρήμασιν. Ὃς δ᾽ ἂν ἢ σώσας ἢ ἐπικουρήσας ἢ συνειδὼς φανῇ, τοῦτον ἡμεῖς, οὐδεμίαν ὑπολογισάμενοι πρόφασιν ἢ συγγνώμην, ἐν τοῖς προγεγραμμένοις τιθέμεθα. Ἀναφερόντων δὲ τὰς κεφαλὰς οἱ κτείναντες ἐφ᾽ ἡμᾶς· ὁ μὲν ἐλεύθερος, ἐπὶ δισμυρίαις δραχμαῖς Ἀττικαῖς καὶ πεντακισχιλίαις ὑπὲρ ἑκάστης· ὁ δὲ δοῦλος, ἐπ᾽ ἐλευθερίᾳ τοῦ σώματος, καὶ μυρίαις Ἀττικαῖς, καὶ τῇ τοῦ δεσπότου πολιτείᾳ. τὰ δ᾽ αὐτὰ καὶ τοῖς μηνύουσιν ἔσται· καὶ τῶν λαμβανόντων οὐδεὶς ἐγγεγράψεται τοῖς ὑπομνήμασιν ἡμῶν, ἵνα μὴ κατάδηλος ᾖ. Ὧδε μὲν εἶχεν ἡ προγραφὴ τῶν τριῶν ἀνδρῶν, ὅσον ἐς Ἑλλάδα γλῶσσαν ἀπὸ Λατίνης μεταβαλεῖν. A. U. 711.

XII. Πρῶτος δ᾽ ἦν ἐν τοῖς προγράφουσι Λέπιδος, καὶ πρῶτος ἐν τοῖς προγραφομένοις ὁ ἀδελφὸς ὁ Λεπίδου Παῦλος· καὶ δεύτερος ἦν τῶν προγραφόντων Ἀντώνιος,

*Lin.* 28. πειθέσθω *edit.* 1. *quod in* βιαθείτω *mutandum ſuſpicatus erat Muſgr.* πειθέσθω, *quod repoſuit H. Stephan. confirmat Aug. Reg. C. Cand. L.* 43. Παύλου *edit.* 1. *mend. Ib.* προγραφ. ὁ Ἀντώνιος *Aug.*

11. „Ergo quod felix fauſtumque ſit: *Ex his quorum nomina huic ſcripto ſubjuncta ſunt, nemo quemquam domum recipito, neve celato, neve ablegato*, neve pecuniis corrumpitor. Quiſquis autem vel ſervaſſe, vel adjuviſſe, vel conſcius fuiſſe deprehendetur, eum nos abſque ulla excuſatione veniaque in proſcriptorum numerum referemus. *Capita* vero *occiſorum ad nos adferunto*, accepturi præmium, centena millia HS. in ſingula capita, „ſi liber adtulerit; ſin ſervus, libertatem cum quadraginta millibus H S. & heri ſui jure civitatis. Eadem præmia ſunto & indicibus: nec cujuſquam nomen, qui præmium acceperit, inſeretur noſtris commentariis, ne manifeſtum fiat." Talis fuit *triumviralis Proſcriptionis formula.*

12. Primus autem inter Proſcriptores Lepidus fuit, & *primus inter proſcriptos frater Lepidi*, *Paulus*: ſecundus ex proſcriptoribus Antonius, & *ſecundus proſcriptus*



Digitized by Google

A. U. 711.

καὶ δεύτερος τῶν προγραφομένων ὁ θεῖος ὁ Ἀντωνίου Λεύκιος· οἵδε μὲν, ὅτι πρῶτοι πολεμίους αὐτοὺς ἐψηφίσαντο. τρίτος δὲ καὶ τέταρτος ἦν, τῶν ἐν ἑτέρῳ πίνακι προκειμένων ἐς τὸ μέλλον ὑπάτων, Πλάγκου μὲν ὁ ἀδελφὸς Πλώτιος, Ἀσινίου δὲ ὁ πενθερὸς Κόϊντος. καὶ οὐ κατ᾽ ἀξίωσιν ἄρα μόνην οἵδε τῶν ἄλλων προὔκειντο μᾶλλον, ἢ ἐς θάμβος καὶ δυσελπιστίαν, μηδένα ῥύσασθαί τινα προσδοκᾶν. Ἦν δὲ καὶ Θωράνιος ἐν τοῖς προγεγραμμένοις, λεγόμενος ὑπό τινων ἐπιτροπεῦσαι Καίσαρος. Ἅμα δὲ ταῖς προγραφαῖς αἵ τε πύλαι κατείχοντο, καὶ ὅσαι ἄλλαι τῆς πόλεως ἔξοδοί τε καὶ λιμένες, ἢ ἕλη καὶ τέλματα, ἢ εἴ τι ἄλλο ἐς φυγὴν ὕποπτον ἦν, ἢ ἐς λαθραίους καταφυγάς· τήν τε χώραν ἐπετέτραπτο τοῖς λοχαγοῖς ἐρευνᾶν περιθέουσι· καὶ ἐγίγνετο πάντα ὁμοῦ.

XIII. Εὐθὺς οὖν ἦν ἀνά τε τὴν χώραν καὶ ἀνὰ τὴν πόλιν, ὡς ἕκαστός πη συνελαμβάνετο, ἀνδρολήψια αἰ-

*Lin.*45. αὐτοὺς *caret Aug.* *L.*48. Κοΐντιος *videtur legendum.* *L.*51. Θωράντιος *Aug.* *L.* 53. ἅμα δὲ ταῖς γραφαῖς *Aug.* *L.* 55 *ſq. Ultimæ ſyllabæ vocis* λαθραίους *ſuperſcripta lit.* α *in Reg. C. ab ead. man.* *L.* 58. ἦν *caret Aug. & Reg. B. minus bene.*

*avunculus Antonii*, *Lucius*: quia hi primi ſententiis ſuis hoſtes eos judicaverant. Tertius porro & quartus erant neceſſarii deſignatorum in ſequentem annum conſulum, (quorum nomina in alia tabula juxta illam erant deſcripta,) *Planci frater*, *Plotius*; & *Quintius*, *ſocer Aſinii*: qui non tam ob dignitatis eminentiam ante alios ſunt poſiti, quam ad incutiendum timorem, ſpemque adimendam, ne quis liberare quempiam poſſe ſperaret. Erat & *Thoranius* inter proſcriptos, qui *tutor* a nonnullis proditur fuiſſe *Cæſaris*. Editaque proſcriptione, continuo portis additæ ſunt cuſtodiæ, & obſeſſi ceteri omnes Urbis exitus; eademque diligentia circa portus adhibita, & circa loca paluſtria cœnoſaque, & quidquid ſuſpectum erat ut fugæ latebriſve commodum; tum centuriones juſſi ſunt ad inquirendum per agros diſcurrere: & hæc omnia eodem momento facta ſunt.

13. Itaque confeſtim intra Urbem & extra, prout quoque loco quiſque deprehenſus

Digitized by Google

φνίδια πολλὰ, καὶ τρόποι τῶν φόνων ποικίλοι, τῶν τε κεφαλῶν ἀποτομαὶ τοῦ μισθοῦ χάριν ἐς ἐπίδειξιν, φυγαί τε ἀπρεπεῖς, καὶ σχήματα ἄτοπα ἐκ τοῦ πρὶν περιφανοῦς. Κατέδυνον γὰρ οἱ μὲν ἐς φρέατα, οἱ δὲ ἐς τὰς ὑπονόμους τάφρους ἐπὶ τὰ ἀκάθαρτα, οἱ δὲ ἐς καπνώδεις ὑπωροφίας, ἢ τῶν τεγῶν ταῖς κεραμίσι βυομέναις ὑπεκάθηντο, μετὰ σιγῆς βαθυτάτης. Εδεδοίκεσαν γὰρ οὐχ ἧσσον τῶν σφαγέων, οἱ μὲν γυναῖκας ἢ παῖδας οὐκ εὐμενῶς σφίσιν ἔχοντας, οἱ δὲ ἐξελευθέρους τε καὶ θεράποντας, οἱ δὲ καὶ δανεισμάτων χρήστας, ἢ χωρίων γείτονας, ἐπιθυμίᾳ τῶν χωρίων. Επανάστασις γὰρ δὴ πάντων, ὅσα τέως ὕπουλα ἦν, ἀθρόα τότε ἐγίγνετο, καὶ ἀθέμιστος μεταβολὴ βουλευτῶν ἀνδρῶν, ὑπάτων, ἢ στρατηγῶν, ἢ δημάρχων, ἔτι τάσδε τὰς ἀρχὰς μετιόντων, ἢ ἐν αὐταῖς γεγονότων, ἐς πόδας ἰδίου θεράποντος ῥιπτουμένων σὺν ὀλοφύρσεσι, καὶ σωτῆρα A. U. 711.

*Lin. 65 ſq. Pro* βυομέναις *maluerat* δυόμενοι *Muſgrav. L. 67.* ἧττον *Aug. L. 71.* ἀθρόα τε ἐγίγνετο *Edd. Prætuli Aug. Reg. C. L. 72.* ἀθέμιτος *Reg. B. L. 73. Ante* ἔτι τάσδε, *ac fortaſſe etiam ante* ὑπάτων, *excidiſſe puto* ἢ, *quod utrobique expreſſit Cand. Ibid. Pro* ἔτι τάσδε *dant* ἐπὶ τάσδε *Edd. Vetius Aug. Reg. C.*

eſſet, *repente oppreſſi multi* per varia mortis genera; & *capita detruncata*, ad fidem cædis faciendam, ferendamque mercedem. Paſſimque *fuga* erat parum decora *virorum* paulo ante *illuſtrium*, tunc in deformem habitum mutatorum. Nam pars deſcendebant in puteos, pars in cloacas impuriſſimas: alii in fumariis vel ſub tectorum conſtipatis tegulis abditi ſummo cum ſilentio ſedebant. Timebant enim ſibi quidam non magis a percuſſoribus, quam ab infenſis uxoribus, alii a filiis male in ipſos adfectis; alii a libertis ſerviſque: tum creditores a debitoribus; vicini a vicinis, contigua prædia adpetentibus. Quidquid enim lividum ac ſuppuratum odiis antea fuerat, id ſubito tunc erumpebat; & indigno modo mutabatur fortuna virorum ex ampliſſimo ordine, conſularium, prætoriorum, tribunitiorum, aut harum dignitatum candidatorum; quos nunc ad pedes ſervorum ſuorum cum lamentis vidiſſes advolutos, & famulo adpellatione ſervatoris ac domini adulantes.

A. U. 711.

καὶ κύριον τὸν οἰκέτην τιθεμένων. οἴκτιστον δὲ ἦν, ὅτε καὶ ταῦτα ὑποστάντες οὐκ ἐλεηθεῖεν.

XIV. Ιδέα τε πᾶσα κακῶν ἦν, οὐχ ὡς ἐν στάσεσιν ἢ πολέμου καταλήψεσιν. οὐ γὰρ, ὡς ἐν ἐκείνοις, τὸν μὲν ἀντιστασιώτην ἢ πολέμιον ἐδεδοίκεσαν, τοῖς δ᾽ οἰκείοις σφᾶς ἐπέτρεπον· ἀλλὰ καὶ τούσδε τῶν σφαγέων μᾶλλον ἐδεδοίκεσαν, οὐδὲν μὲν αὐτοὺς, ὡς ἐν πολέμῳ καὶ στάσει, δεδιότας, σφίσι δὲ αὐτίκα γιγνομένους ἐξ οἰκείων πολεμίους, ἢ δι᾽ ὕπουλον ἔχθραν, ἢ ὑπὸ τῶν ἐπικεκηρυγμένων σφίσι γερῶν, ἢ διὰ τὸν ἐν ταῖς οἰκίαις χρυσόν τε καὶ ἄργυρον. ἄπιστος γὰρ δὴ διὰ ταῦτα ἀθρόως ἕκαστος ἐς τὸν οἰκεῖον ἐγίγνετο, καὶ τὸ σφέτερον κέρδος τοῦ πρὸς αὐτὸν ἐλέου προυτίθει. ὁ δὲ πιστὸς ἢ εὔνους ἐδεδίει βοηθεῖν, ἢ κρύπτειν, ἢ συνειδέναι, δι᾽ ὁμοιότητα τῶν ἐπιτιμίων. Ἔς τε τὸ ἔμπαλιν αὐτοῖς τοῦ πρώτου τῶν ἑπτακαίδεκα ἀνδρῶν δέους περιέστη. τότε μὲν γὰρ οὐ προγραφέντος οὐδενὸς, ἀλλὰ τινῶν ἄφνω συλ-

*Lin.* 85. διὰ τῶν ἐν ταῖς *Edd. mend. ex Reg. B. Ibid.* οἰκείαις *Edd. mend. ex eod. Reg. B. L.* 89 *ſq.* δι᾽ ὁμιότητα *Edd. cum Reg. A. B. & Cand. Prætuli Aug. Reg. C.*

Quæ res eo erat miſerabilior, quod multi ne tam demiſſe quidem ſupplices impetraverint miſericordiam.

14. *Neque* vero *ulla aberat calamitatis ſpecies*, ſecus ac in ſeditionibus & hoſtili victoria. Nec enim, ut illic, adverſarii ſoli hoſteſve timebantur, in domeſticis reponebatur fiducia; ſed *ipſi domeſtici multo magis*, *quam percuſſores*, *formidabantur*: qui de ſe ipſis præter bellorum ſeditionumve morem ſecuri, hoſtes ſubito reddebantur ex familiaribus, ſive propter diſſimulatum odium, ſive ſpe oſtentati publice præmii, ſive quod inhiarent auro argentoque in ædibus. His enim de cauſis nihil cuiquam fidum domi ſupererat, lucri aviditate præponderante pietatem domeſticam. Quod *ſi quis in fide permanebat* ac benevolentia; tamen *opem ferre non audebat*, nec celare periclitantem, nec diſſimulare conſcientiam; propter pœnæ ſimilitudinem, quæ celatores ſequebatur. Eratque res longe diverſa a ſuperiore ſeptemdecim damnatorum virorum periculo: tunc enim, nemine proſcripto, nonnullis repente

λαμβανομένων, πάντες ἐδεδοίκεσαν ὅμοια, καὶ συνήσπιζον ἀλλήλοις. ἐπὶ δὲ ταῖς προγραφαῖς, οἱ μὲν αὐτίκα πᾶσιν ἔκδοτοι γεγένηντο· οἱ δὲ ἐν ἀμερίμνῳ περὶ σφῶν καὶ ἐπὶ κέρδει γενόμενοι, τοὺς ἄλλους ἐπὶ μισθῷ τοῖς σφαγεῦσιν ἐκυνηγέτουν. Ὁ δὲ λοιπὸς ὅμιλος, οἱ μὲν τὰς οἰκίας τῶν ἀναιρουμένων διήρπαζον, καὶ τὸ κέρδος αὐτοὺς ἀπὸ τῆς συνέσεως τῶν παρόντων κακῶν ἐψυχαγώγει· οἱ δὲ ἐμφρονέστεροί τε καὶ ἐπιεικεῖς ἐτεθήπεσαν ὑπὸ ἐκπλήξεως· καὶ ἦν αὐτοῖς παραλογώτερον, ὅτε μάλιστα ἐνθυμηθεῖεν, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας πόλεις ἐλυμήναντο στάσεις, καὶ περιέσωσαν ὁμόνοιαι, τὴν δὲ καὶ αἱ στάσεις τῶν ἀρχόντων προαπώλεσαν, καὶ ἡ ὁμόνοια τοιάδε ἐργάζεται. A. U. 711.

XV. Ἔθνησκον δὲ, οἱ μὲν, ἀμυνόμενοι τοὺς ἀναιροῦντας· οἱ δ', οὐκ ἀμυνόμενοι, ὡς οὐχ ὑπὸ τῶνδε ἀδικούμενοι. εἰσὶ δ' οἳ καὶ σφᾶς αὐτοὺς λιμῷ τε ἑκουσίῳ δα-

*Lin. 99.* ἀπὸ τῆς συναινέσεως *Edd. cum tribus Regiis. Verum dedit Aug. quod & propoſuerat Muſgr. & expreſſit Cand. L. 1.* τε *poſt* ἐμφρον. *inſerui cum Aug. & Reg. C. L. 4. Verba* καὶ περιέσωσαν *uſque* καὶ αἱ στάσεις *deſunt Auguſtano.*

comprehenſis, omnes metu ſimilis caſus protegebant ſe invicem. Evulgatis autem proſcriptionis tabulis, *proſcripti* mox *omnium proditioni patebant*; ceteri, ſecuri de ſua ſalute & lucris intenti, ceu venatici canes, mercenariam operam præſtabant veſtigandis his, quos ad necem objicerent. Reliqua turba diripiebat ædes interemtorum; & præſens lucrum mentem eorum a cogitatione publicæ calamitatis avocabat. Qui vero prudentiores erant ac moderatiores, attoniti ſtupebant: & *inaudita plane res ac pæne incredibilis* tum maxime eis videbatur, quum ſubiret animum, „ alias civitates ſeditionibus civium adflictas, mox eorumdem concordia eſſe ſervatas: hanc vero, per diſſenſionem civium jam ante perditam, nunc quoque per eorumdem conſpirationem talia perpeti."

15. Cadebant autem alii repugnantes; non repugnantes alii, quod eam injuriam non ad miniſtros cædis referendam ducerent. *Quidam ſe ipſi* vel fame *confecerunt* vel



Digitized by Google

A. U. 711. πανῶντες, καὶ βρόχοις χρώμενοι, καὶ τὰ σώματα καταποντοῦντες, ἢ ῥιπτοῦντες ἀπὸ τῶν τεγῶν, ἢ ἐς πῦρ ἐναλλόμενοι, ἢ τοῖς σφαγεῦσιν ὑπίσχοντες, ἢ καὶ μεταπεμπόμενοι βραδύνοντας· ἕτεροι δὲ κρυπτόμενοι, καὶ λιπαροῦντες ἀπρεπῶς, ἢ διωθούμενοι τὸ κακὸν, ἢ ὠνούμενοι. Οἱ δὲ καὶ παρὰ γνώμην τῶν τριῶν ἀνδρῶν, ὑπ' ἀγνοίας, ἢ κατ' ἐπιβουλὴν, ἀπώλλυντο. καὶ δῆλος ἦν ὁ μὴ προγραφεὶς νέκυς, ὅτε οἱ προσκέοιτο ἡ κεφαλή· τῶν γὰρ δὴ προγεγραμμένων ἐν ἀγορᾷ προὐτίθεντο παρὰ τοῖς βήμασιν, ἔνθα ἔδει κομίσαντας ἀντιλαβεῖν τὰ ἀγαθά. Ἴση δ' ἦν ἑτέρων σπουδὴ καὶ ἀρετὴ, γυναικῶν τε καὶ παιδίων καὶ ἀδελφῶν καὶ θεραπόντων, περισωζόντων τε καὶ συμμηχανωμένων πολλὰ, καὶ συναποθνησκόντων, ὅτε μὴ τύχοιεν ὧν ἐπενόουν· οἱ δὲ καὶ ἐπανῄρουν σφᾶς ἀνῃρημένοις. Τῶν δὲ ἐκφυγόντων, οἱ μὲν ὑπὸ ναυαγίων ἀπώλλυντο, ἐς πάντα σφίσι τῆς τύχης

*Lin. 13. βραδύνοντες Edd. mend. ex Reg. A. L. 14 ſq. Ad ὠνούμενοι deſiderari aliquid videtur. L. 18. An ad verbum προὐτίθεντο excidit nomen αἱ κεφαλαὶ?*

laqueo; alii de tecto ſe præcipitarunt, aut in aquam conjecerunt ignemve; alii ultro jugulum præbuerunt percuſſoribus, aut illos cunctantes accerſiverunt. *Inviti obierunt alii*, latebras quærentes, aut indecore ſupplicantes, aut tergiverſantes, aut pretio conantes evadere. *Nonnulli* quoque, præter triumvirorum mentem, *per errorem* perierunt, aut per inimicorum inſidias. Et cadaver non proſcripti dignoſcebatur a ceteris, quando non erat capite truncatum: proſcriptorum enim in foro proponebantur capita pro roſtris, ubi rependebatur pro eis præmium. E diverſo non minor exſtitit paſſim *virtus* ſtudiumque *uxorum*, *liberorum*, *fratrum*, *famulorum*, multa ad conſervandam periclitantium ſalutem facientium comminiſcentiumque; aut cum ſuis ſimul pereuntium, ubi cœpta non ſucceſſiſſent: nec defuerunt qui ſe ſponte jugularent ſupra cæſorum cadaveribus. Ex his vero qui evaſere, aliquot naufragio perierunt, nihil ſe remittente adverſa fortuna: *alii*, ad lætiora tempora *præter opinionem ſervati*, pervene-

Digitized by Google

ἐπιβαρούσης· οἱ δὲ ἐπανήχθησαν ἐκ παραλόγων ἐπί τε ἀρχὰς τῆς πόλεως καὶ στρατηγίας πολέμων καὶ θριάμβους. οὕτως ὁ καιρὸς ἦν ἐκεῖνος ἐπίδειξις παραδοξολογίας. *A. U. 711.*

XVI. Καὶ τάδε ἐγίγνετο οὐκ ἐν ἰδιώτιδι πόλει, οὐδὲ ἐν ἀσθενεῖ καὶ σμικρῷ βασιλείῳ· ἀλλὰ τὴν δυνατωτάτην καὶ τοσούτων ἐθνῶν καὶ γῆς καὶ θαλάσσης ἡγεμονίδα διέσειεν ὁ θεὸς, ἐκ πολλοῦ ἄρα ἐς τὴν νῦν καθιστάμενος εὐταξίαν. Εγένετο μὲν οὖν τοιάδε ἕτερα ἐν αὐτῇ κατά τε Σύλλαν, καὶ ἔτι πρὸ ἐκείνου Γάϊον Μάριον· ὧν ὁμοίως τὰ γνωριμώτατα τῶν κακῶν ἐν τοῖς περὶ ἐκείνων ἀνελεξάμην· καὶ προσῆν ἐκείνοις ἀταφία. Ταῦτα δὲ, ἀξιώσει τε τῶν τριῶν ἀνδρῶν, καὶ τοῦ ἑνὸς αὐτῶν μάλιστα ἀρετῇ καὶ τύχῃ, τὴν ἀρχὴν συστησαμένου τε ἐς ἕδραν ἀσφαλῆ, καὶ γένος καὶ ὄνομα τὸ νῦν ἄρχον ἀφ' ἑαυτοῦ καταλιπόντος, ἐπιφανέστερα. Ὧν τὰ λαμπρὰ καὶ τὰ χείρω γενόμενα, ἐν μνήμῃ τε μᾶλλον ὄντα, ὅτι

*Lin. 30. σμικρᾷ βασιλείᾳ vulgatæ lectioni ab ead. manu ſuperſcriptum eſt in Reg. C. L. 31. Verba* καὶ γῆς, *quæ deſunt vulgo, dedit Aug. L. 33.* μὲν *caret Aug. male.*

runt ad urbanos magiſtratus poſtea, & cum imperio præpoſiti exercitibus, triumphi etiam honorem ſunt adepti. Tantum miraculorum adtulerunt illa tempora.

16. Et hæ res non acciderunt in vulgari aliqua civitate, nec in parva regia ac invalida: ſed potentiſſimam *tot terra marique gentium dominam Deus ita perculit; per diutinas ambages adducens eamdem ad feliciorem hunc, quæ nunc obtinet, conſtitutionem moderationemque.* Ac ſimilia quidem jam ſub Syllæ dominatu paſſa erat Roma, & ante illum ſub Mario: quorum malorum quæ præ ceteris maxime memorabilia ſunt, in illorum hiſtoria enotavi: quo tempore quidem etiam hoc acceſſit, ut inhumata projicerentur occiſorum corpora. Hæc autem, de quibus nunc agimus, propter Triumvirorum dignitatem ſunt magis inſignia, ac præſertim propter unius ex illis virtutem fortunæ conjunctam, qui, poſtquam imperium ſolido fundamento firmavit, genus & nomen ſuum in hos qui nunc imperant propagavit. *Quarum rerum, quæ vel aliàs ſunt illuſtriores, vel quæ ſævitate eminent,* eas *nunc percurram*: eo etiam memo-

A. U. 711. καὶ τελευταῖα γέγονεν, ἐπελεύσομαι νῦν, οὐ πάντα· οὐ γὰρ ἀξιαφήγητον ἀναίρεσις ἁπλῆ καὶ φυγὴ, ἢ, τῶν τριῶν ἀνδρῶν τισι συγγνόντων ὕστερον, ἐπάνοδος, ἢ ἐπανελθόντων ἀφανὴς καταβίωσις· ἀλλ' ὅσα παραλογώτατα ὄντα μάλιστα ἂν ἐκπλήξειε, καὶ πιστεύσειν ποιήσειε τοῖς προλεγομένοις. Πολλὰ δ' ἐστὶ, καὶ πολλοὶ Ῥωμαίων ἐν πολλαῖς βίβλοις αὐτὰ συνέγραψαν ἐφ' ἑαυτῶν. ὀλίγα δὲ ἐγὼ καθ' ἑκάστην ἰδέαν, ἐς πίστιν ἑκάστης, καὶ ἐς εὐδαιμόνισμα τῶν νῦν παρόντων, ἐπὶ κεφαλαίου διὰ τὸ μῆκος ἀναγράψω.

XVII. Ἤρξατο μὲν δὴ τὸ κακὸν, ἐκ συντυχίας, ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχαῖς ἔτι ὄντων· καὶ πρῶτος ἀνῃρέθη δημαρχῶν Σαλούϊος. ἱερὰ δ' ἐστὶν ἡ ἀρχὴ καὶ ἄσυλος ἐκ τῶν νόμων, καὶ τὰ μέγιστα ἴσχυεν, ὡς καὶ τῶν ὑπάτων τινὰς ἐς τὰς φυλακὰς ἐμβαλεῖν. καὶ ἦν ὅδε ὁ δήμαρχος ὁ τὸν Ἀντώνιον ἐν μὲν ἀρχῇ κεκωλυκὼς εἶναι πολέμιον, ὕστερον

*Lin.* 44. ἀνδρῶν τι *Edd. mend. ex Reg. B. qui duplici menda dat* τι συγγενόντων. *Recte Reg. A. C. Aug. Ven.* *L.* 46. πιστεύειν *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 48. πολλοῖς βίβλοις *Edd. mend. invitis Aug. Ven. Reg. C.* *L.* 50. διὰ *carent Edd. Dedit Aug. & Reg. C.* *L.* 55. ἴσχυεν *Reg. C.* *Ibid.* ὡς ἐκ τῶν ὑπ. *Reg. B.*

ratu faciliores, quod ſint noviſſimæ. Enimvero non omnia perſequar: quipe non digna videtur commemoratione ſimplex cædes aut fuga, aut, Triumviris aliquanto poſt ignoſcentibus, reditus quorumdam, & vita deinde in obſcuro acta: ſed quæ maxime miraculo futura ſint, & fidem factura lecturis eorum quæ jam diximus. Sunt autem bene *multa, et a multis Romanis Scriptoribus ſeorſim comprehenſa multis voluminibus.* Ex quibus ego, ne nimis longus ſim, pauca per ſingula rerum genera breviter decerpam; quo cujuſque generis conſtet fides, & quo magis eluceat præſentis ætatis felicitas.

17. Prima ſævitia fortuito in eos effuſa eſt, qui magiſtratibus etiam tum fungebantur. Et *primus cæſus tribunus plebis* SALVIUS. Eſt autem is magiſtratus ſacroſanctus priſcis legibus, & tantæ poteſtatis, ut Conſules etiam aliquot in carcerem miſerit. Et hic tribunus primum quidem interceſſerat, quo minus hoſtis judicaretur Antonius; ſed poſtea Ciceronem in omnibus

Digitized by Google

δὲ συμπεπραχὼς ἐς πάντα Κικέρωνι. Πυθόμενος δὲ τῶν τριῶν ἀνδρῶν τῆς τε συμφρονήσεως καὶ τῆς ἐς τὴν πόλιν ἐπείξεως, τοὺς οἰκείους εἱστία, ὡς οὐ πολλάκις αὐτοῖς ἔτι συνεσόμενος· ἐσδραμόντων δὲ ἐς τὸ συμπόσιον τῶν ὁπλιτῶν, οἱ μὲν ἐξανίσταντο σὺν θορύβῳ καὶ δέει, ὁ δὲ τῶν ὁπλιτῶν λοχαγὸς ἐκέλευεν ἠρεμεῖν κατακλιθέντας, τὸν δὲ Σαλούϊον, ὡς εἶχε, τῆς κόμης ἐπισπάσας ὑπὲρ τὴν τράπεζαν ἐς ὅσον ἔχρῃζε, τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμε, καὶ τοῖς ἔνδον αὖθις ἐκέλευεν ἀτρεμεῖν ὡς ἔχουσι, μὴ θορύβου γενομένου πάθοιεν ὅμοια. οἱ μὲν δὴ καὶ οἰχομένου τοῦ λοχαγοῦ τεθηπότες, ἄναυδοι μέχρι βαθυτάτης νυκτὸς τῷ λοιπῷ τοῦ δημάρχου σώματι συγκατέκειντο. Δεύτερος δ᾽ ἀνὴρ ἔθνησκε στρατηγὸς Μινούκιος, ἀρχαιρεσιάζων μὲν ἐν ἀγορᾷ· πυθόμενος δὲ ἐπιέναι τοὺς ὁπλίτας, ἀνεπήδησε, καὶ περιθέων ἔτι καὶ ἐννοούμενος ὅποι διαλάθοι, τὴν ἐσθῆτα ἐνήλλασσεν, ἔς τι τῶν ἐργαστηρίων ἐσδραμὼν, τοὺς ὑπηρέτας καὶ τὰ σημεῖα ἀποπέμψας. οἱ δὲ, αἰδοῖ καὶ ἐλέῳ παραμένοντες, εὐμαρέστερον ἄκοντες ἐποίησαν τοῖς σφαγεῦσι τὸν στρατηγὸν εὑρεῖν.

*Lin. 62 ſq. οἱ μὲν uſque ὁ δὲ τῶν ὁπλιτῶν omiſſa in Aug.*

A. U. 711.

rebus adjuverat. Cognita autem Triumvirorum conſpiratione & ad Urbem feſtinatione, convivium familiaribus præbuit, ut non diu porro cum illis convicturus. Quumque irrupiſſent armati in triclinium, adſurgentibus omnibus metu perculſis, centurio juſſit ceteros quietos recumbere; *Salvium*, ita ut erat, capillis correptum ſuper menſam protraxit quantum opus erat, atque ita præciſo capite familiares ejus juſſit ſilere & loco manere, ita ut erant, immotos, ne excitato tumultu ſimilia paterentur. Et illi poſt centurionis quoque abitum, attoniti, ſine voce, in multam noctem cum trunco tribuni corpore adcubuerunt. Proxime poſt hunc occiſus eſt *Prætor* MINUCIUS, quùm in foro comitia haberet. Is, ubi peti ſe ab armatis audivit, proſiliit, & diſcurrens ac latebras quærens, mutata veſte in officinam quamdam ſe proripuit, dimiſſis apparitoribus cum inſignibus; qui, dum pietate moti cunctantur, imprudentes effecerunt, ut facilius inveniretur prætor a percuſſoribus.



Digitized by Google

*A. U.* 711. XVIII. Ἄνναλιν, ἕτερον στρατηγὸν, τῷ παιδὶ μετιόντι ταμιείαν συμπεριθέοντα, καὶ τοὺς ψηφιουμένους παρακαλοῦντα, οἵ τε συνόντες φίλοι, καὶ οἱ τὰ σημεῖα τῆς ἀρχῆς φέροντες ἀπεδίδρασκον, πυθόμενοι προσγεγράφθαι τοῖς πίναξι τὸν Ἄνναλιν. ὁ δὲ ἐς πελάτην ἑαυτοῦ τινα φυγὼν, ᾧ βραχὺ καὶ εὐτελὲς ἦν τέγος ἐν προαστείῳ, καὶ διὰ πάντα εὐκαταφρόνητον, ἐκρύπτετο ἀσφαλῶς· μέχρι τοὺς σφαγέας ὁ υἱὸς αὐτοῦ, τὴν φυγὴν ἐς τὸν πελάτην ὑποτοπήσας, ὡδήγησεν ὑπὸ τὸ τέγος· καὶ παρὰ τῶν τριῶν ἀνδρῶν τήν τε οὐσίαν ἔλαβε τοῦ πατρὸς, καὶ ἐς ἀγορανομίαν ᾑρέθη. ἀναλύοντα δὲ αὐτὸν ἐκ μέθης στρατιῶταί τι προσκρούσαντες, ἔκτειναν, οἱ καὶ τὸν πατέρα ἀνῃρήκεσαν. Θουράνιος δὲ, οὐ στρατηγῶν μὲν ἔτι, ἀλλ' ἐστρατηγηκὼς, πατὴρ δὲ νεανίου τὰ μὲν ἄλλα ἀκολάστου, δυναστεύοντος δὲ παρ' Ἀντωνίῳ, τοὺς λοχαγοὺς ἠξίου τὴν σφαγὴν ἐπισχεῖν οἱ πρὸς ὀλίγον, ἔστε αὐτὸν ὁ υἱὸς αἰτήσαιτο παρ' Ἀντωνίου. οἱ δ' ἐπιγελάσαντες, ἤτησεν, εἶπον, ἀλλ' ἐπὶ θάτερα. καὶ συν-

*Lin.* 80 *ſq.* προγεγράφθαι *Reg. C.* proſcriptum *Cand.* *L.* 89. ἀνηρήκεσαν *Edd. mend.* *Ibid.* Thorapius *Cand. in edit. Veneta: & pro eodem vulgo habetur, qui* Θοράνιος *ſupra dictus eſt.* *L.* 94. ἐπὶ θάτερα *Edd. & Aug. Prætuli Reg. A. C.*

18. Alium *prætorem*, ANNALEM, dum una cum filio quæſturæ candidato ambit ſuffragia, amicorum cohors & lictores deſeruerunt, poſtquam didicerunt & hujus nomen adſcriptum in tabulis. *Annalis* ad quemdam ex ſuis clientibus fuga delatus, cui parvum ac vile tectum erat in ſuburbio, contemnendum omnibus modis, latebat in tuto: donec ipſius filius, rem ſuſpicatus, percuſſores ſub id tectum duxit, & a triumviris paterna bona ædilitatemque accepit. Quem a compotatione redeuntem ebrium, exorta rixa, iidem milites occiderunt, qui patrem ante occiderant. At THORANIUS, non quidem prætor, ſed *prætorius*, pater adoleſcentis alioquin perditi, qui tamen multum poſſet apud Antonium, centuriones orabat, tantiſper cædem differrent, dum ſe *filius* ab Antonio expeteret. Illi ridentes, *petiit*, inquiunt, *ſed in contrarium*. Id ubi intellexit ſe-

εἰς ὁ πρεσβύτης, ἕτερον αὐτίκα βραχύτατον ᾔτει διάστημα, μέχρι οὗ τὴν θυγατέρα ἴδοι· ἰδὼν δὲ, ἐκέλευε μὴ μετασχεῖν τῶν πατρῴων, μὴ κἀκείνην ὁ ἀδελφὸς αἰτήσαιτο παρ' Αντωνίου. Συνέβη δὲ καὶ τῷδε, τὴν οὐσίαν ἐς αἰσχρὰ δαπανῆσαι, καὶ κλοπῆς ἁλόντι φυγεῖν ἐκ καταδίκης. A. U. 711.

XIX. Κικέρων δὲ, ὃς μετὰ Γάϊον Καίσαρα ἴσχυσεν, ὅση γένοιτο ἂν δημαγωγοῦ μοναρχία, κατέγνωστο μὲν ἅμα τῷ παιδὶ καὶ τῷ ἀδελφῷ καὶ τῷ παιδὶ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ πᾶσιν οἰκείοις τε καὶ στασιώταις καὶ φίλοις. φυγὼν δὲ ἐπὶ σκάφους, οὐκ ἔφερε τὴν ἀηδίαν τοῦ κλύδωνος, ἀλλὰ εἰς ἴδιον χωρίον, ὃ καθ' ἱστορίαν τοῦδε τοῦ πάθους εἶδον, ἀμφὶ Καπύην πόλιν τῆς Ιταλίας, καταχθεὶς, ἠρέμει. πλησιαζόντων δὲ τῶν ἐρευνωμένων, (τοῦτον γὰρ δὴ φιλοτιμότατα πάντων Αντώνιός τε ἐζήτει, καὶ Αντωνίῳ πάντες,) ἐς τὸ δωμάτιον αὐτοῦ κόρακες ἐσπτάντες ἔκλαζον, ἐπεγείροντες ἀπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ τὸ ἱμάτιον ἀπέσυρον ἀπὸ τοῦ σώματος· ἕως οἱ θεράποντες,

*Lin.* 8. *Forſan* ἀμφὶ ΚΑΙΗΤΗΝ *ſcripſit Appianus.*

nex, iterum breviſſimum poſtulavit ſpatium, donec vidiſſet filiam: quam, in conſpectum adductam, monuit ne adiret paternorum bonorum hæreditatem, ne & ipſam frater expeteret ab Antonio. Et hic quoque dein dignum factis exitum invenit: turpiter profuſo patrimonio, furti damnatus, ſolum vertere coactus eſt.

19. CICERO autem, qui poſt Cæſaris cædem regnaverat in concionibus, *proſcriptus* eſt *cum filio, et fratre, et filio fratris, et ſuæ factionis amicis omnibus* & familiaribus. Hic quum in navicula fugam capeſſiviſſet, jactationem non ferens, in villam ſuam, quam mihi libuit ob hujus caſus memoriam inviſere, prope Capuam [ f. Cajetam, ] delatus eſt. Ubi quum requieſceret, adpropinquantibus qui eum quærebant, (nam hunc præ ceteris Antonius & Antoniani omnes ſumma cura perquirebant) in cubiculum ejus involantes corvi crocitatu e ſomno eum excitabant, & ſtragulam ei detrahebant de corpore; donec ſervi, intel-

*A. U.* 711. σημηνάμενοι τὸ γιγνόμενον εἶναι σύμβολον ἐκ τοῦ θεῶν, ἐς φορεῖον ἐσθέμενοι τὸν Κικέρωνα, αὖθις ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἦγον διὰ λόχμης βαθείας λανθάνοντες. πολλῶν δὲ ἀνὰ μέρη διαθεόντων τε καὶ πυνθανομένων, εἴ που Κικέρων ὁραθείη· οἱ μὲν ἄλλοι ἐπ᾽ εὐνοίᾳ καὶ ἐλέῳ, πλεῖν αὐτὸν ἐξαναχθέντα, ἔλεγον, ἤδη· σκυτοτόμος δὲ, πελάτης Κλωδίου, πικροτάτου τῷ Κικέρωνι ἐχθροῦ γεγονότος, Λαίνᾳ τῷ λοχαγῷ σὺν ὀλίγοις ὄντι τὴν ἀτραπὸν ἔδειξεν. ὁ δὲ ἐπέδραμέ τε, καὶ θεράποντας ἰδὼν πολὺ πλείους τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν ὁρμῶντας ἐς ἄμυναν, στρατηγικῶς μάλα ἀνεβόησεν, Εσελθέτωσαν εἰς τὸ χωρίον οἱ περὶ οὐρὰν λοχαγοί. τότε γὰρ οἱ μὲν θεράποντες ὡς ἐλευσομένων πλεόνων, κατεπλάγησαν.

XX. Ὁ δὲ Λαίνας, καὶ δίκην τινὰ διὰ τοῦ Κικέρωνός ποτε κατωρθωκὼς, ἐκ τοῦ φορείου τὴν κεφαλὴν ἐπισπάσας ἀπέτεμνεν, ἐς τρὶς ἐπιπλήσσων καὶ ἐκδιαπρίζων ὑπὸ ἀπειρίας· ἀπέτεμε δὲ καὶ τὴν χεῖρα, ᾗ τοὺς κατὰ Ἀντωνίου λόγους οἷα τυράννου συγγράφων, ἐς μι-

*Lin.* 21. Λαίνα *Aug. Reg. C. & mox* Λαίνας *iidem. L.* 29 *ſq.* ἐνδιαπρίζων *edit.* 1. *mend.*

ligentes divinitus illud miſſum eſſe oſtentum, impoſitum lecticæ *Ciceronem* rurſus deferrent ad mare per devia ſylvæ denſiſſimæ. Multis vero paſſim diſcurrentibus, & percunctantibus nuncubi viſus eſſet *Cicero*; alii, miſerati virum & bene ei cupientes, reſpondebant, eum ſoluta navi jam ferri per mare: unus ſutor, cliens Clodii, infenſiſſimi quondam Ciceroni, callem indicavit *Lænati centurioni*, comitato paucis militibus: qui curſim inſecutus, quum a multo pluribus, quam qui ſecum eſſent, ſtipatum eum vidiſſet ad propugnandum paratis, inſigni ſtrategemate uſus, exclamavit: *Properate centuriones, qui a tergo eſtis!* Tum ſervi, quaſi mox impares futuri, metu ſunt cohibiti.

20. *Lænas*, quamvis quondam *Ciceronis* patrocinio cauſam viciſſet, *attractum e lectica caput* ejus, repetito ter ictu veluti ſerra præſecuit magis quam *abſcidit* ob imperitiam. *Manum quoque præcidit*, *qua* contra Antonium tamquam tyrannum orationes illas *ſcripſerat*, quas ad imita-

μημα τῶν Δημοσθένους, Φιλιππικοὺς ἐπέγραφεν. ἔθεον δὲ οἱ μὲν ἐπὶ ἵππων, οἱ δὲ ἐπὶ νεῶν, αὐτίκα τὸ εὐαγγέλιον Ἀντωνίῳ διαφέροντες. καὶ ὁ Λαίνας ἐν ἀγορᾷ προκαθημένῳ, τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα μακρόθεν ἀνέσειεν ἐπιδεικνύς. Ὁ δὲ ἥσθη τε μάλιστα, καὶ τὸν λοχαγὸν ἐστεφάνωσε, καὶ πλέοσι τῶν ἄθλων ἐδωρήσατο πέντε καὶ εἴκοσι μυριάσιν Ἀττικῶν δραχμῶν, ὡς μέγιστον δὴ τόνδε πάντων ἐχθρὸν καὶ πολεμιώτατόν οἱ γενόμενον ἀνελόντι. Ἡ κεφαλὴ δὲ τοῦ Κικέρωνος καὶ ἡ χεὶρ ἐν ἀγορᾷ τοῦ βήματος ἀπεκρέμαντο ἐπιπλεῖστον, ἔνθα πρότερον ὁ Κικέρων ἐδημηγόρει· καὶ πλείους ὀψόμενοι συνέθεον, ἢ ἀκροώμενοι. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς διαίτης ὁ Ἀντώνιος τὴν κεφαλὴν τοῦ Κικέρωνος θέσθαι πρὸ τῆς τραπέζης, μέχρι κόρον ἔσχε τῆς θέας τοῦ κακοῦ. Ὧδε μὲν δὴ Κικέρων, ἐπί τε λόγοις ἀοίδιμος ἐς ἔτι νῦν ἀνὴρ, καὶ ὅτε ἦρχε τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἐς τὰ μέγιστα τῇ πατρίδι γεγονὼς χρήσιμος, ἀνῄρητο· καὶ ἀνῃρημένος ἐνυβρίζετο. Ὁ δὲ παῖς ἐς τὴν Ἑλλάδα προαπέσταλτο ἐς Βρού-

A. U. 711.

*Lin.* 39. ἐχθρῶν *Edd.* ἐχθρὸν *dedit Aug. Utramque lectionem agnoſcit Reg. C.* *L.* 46. ἐσέτι, *una voce, Aug. Reg. C.*

tionem Demoſthenicarum *Philippicas* inſcripſit. Protinuſque & terra per veredarios & mari per dromones Antonio lætiſſimus nuntius perfertur. Et mox Lænas eidem, in foro ſedenti pro tribunali, e longinquo caput cum manu oſtentavit quatiens. Antonius ſupra modum gaviſus, centurionem coronavit; & ad ſtatutum præmium eidem, ob maximum hunc & infenſiſſimum omnium ſibi inimicum ſublatum, decies centena millia HS. adjecit. *Caput Ciceronis* cum manu diu *pro roſtris pependit*, ubi prius concionari erat ſolitus: majorque tunc ad ſpectandum, quam prius ad audiendum, concurſus fuit. Fertur etiam inter epulas caput Ciceronis menſæ impoſitum ſpectaſſe Antonius, donec eum ſatietas tam diri ſpectaculi cepiſſet. Ad hunc modum CICERO, vir eloquentiæ nomine nunc quoque laudatiſſimus, de patriaque ſua in Conſulatu ſingulariter plane meritus, & *occiſus, et poſt necem contumeliis adfectus* eſt. Filius ejus jam ad Brutum in Græciam fuerat

rant, *ſubjecto igne*, *ſe ipſos una cum illis peremerunt.* Sacras ædes *Brutus*, quotquot potuit, ab incendio ſervavit: Xanthiorum vero mancipiis tantum potitus eſt; ex ingenuis non niſi paucæ mulieres, & viri vix CL ſupererant. Atque ita *tertio tunc Xanthii*, *libertatis amore*, *ſuis manibus perierunt.* Nam & ab *Harpago* Medo, Cyri Magni duce, oppugnati, eodem modo vitam maluerunt quam libertatem amittere: & pro ſepulcro eis tunc urbs patria fuerat, non ſuccurrente Harpago. Et ſub *Alexandro*, Philippi filio, ſimilis caſus eos abſumſiſſe proditur, non ſuſtinentes ne illius quidem tot terrarum domini imperata facere.

81. Capta Xantho, *Brutus ad Patara* oppidum deſcendit, quod veluti *navale* fuerat *Xanthiorum*. Exercituque circa oppidum diſpoſito, denunciavit incolis, ut imperata omnia facerent, aut cladem qualis Xanthiorum fuit exſpectarent: adductis et-

A. U. Ξάνθιοι ὀδυρόμενοι τὰ σφέτερα, καὶ παραινοῦντες ἀμεί-
712. νονα βουλεύσασθαι. Ξανθίοις δὲ οὐδὲν ἀποκριναμένων ἔτι πω τῶν Παταρέων, ἐδίδου τὸ λοιπὸν αὐτοῖς τῆς ἡμέρας ἐς σκέψιν, καὶ ἀνεχώρει. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ προσῆγεν. οἱ δὲ ἀπό τε τῶν τειχῶν ἐβόων, ὑπακούειν ἐς ὅ τι βούλοιτο, καὶ τὰς πύλας ἀνεῴγνυον. Ὁ δ᾽ ἐσελθὼν, ἔκτεινε μὲν οὐδένα, οὐδ᾽ ἐξήλασε· χρυσὸν δὲ καὶ ἄργυρον ὅσον ἡ πόλις εἶχε συνεισενεγκὼν, ἐκέλευε καὶ τὸν ἰδιωτικὸν ἑκάστους ἐσφέρειν ὑπὸ ζημίαις καὶ μηνύμασιν, οἷοις καὶ Κάσσιος ἐκήρυξεν ἐν Ῥόδῳ. καὶ οἱ μὲν ἐσέφερον. Θεράπων δὲ τὸν δεσπότην ἐμήνυσε χρυσίον κρύψαι, καὶ πεμφθέντι λοχαγῷ τὸ χρυσίον ἔδειξεν. ἀγομένων δὲ ἁπάντων, ὁ μὲν δεσπότης ἐσιώπα· ἡ δὲ ἐκείνου μήτηρ, περισώζουσα τὸν υἱὸν, εἵπετο, βοῶσα αὐτὴ τὸ χρυσίον κρύψαι. ὁ δὲ οἰκέτης, οὐδὲ ἀνερωτώμενος, τὴν μὲν ἠλεγ-

*Lin. 61. εἶχε συναγαγὼν Edd. ex Reg. A. quod nescio an præferendum. Expreſſi tamen lectionem Aug. & Ven. cum quibus fere concinit corruptum συνενεγκὼν Reg. B. Ibid. τὸν ἰδιωτικὸν Aug. Ven. Ibid. ſq. ἑκάστου Reg. B.*

iam Xanthiis captivis, qui deplorata ſua fortuna hortarentur eos ad meliora conſilia. Quibus quum nemo *Patarenſium* reſponderet; *Brutus* ejus diei reliquum ad deliberandum eis conceſſit, atque ita abiit. Sequenti mane reduxit eodem copias. Tum vero oppidani e mœnibus adclamabant, facturos ſe quidquid imperaſſet: ſimulque porta aperta eſt. Ille introgreſſus, nec ſupplicio quemquam adfecit, nec egit in exilium: ſed aurum omne argentumque, publicum primo, ad ſe deferri juſſit; tum, privatim quod quiſque haberet, exegit a ſingulis, pœna propoſita (quemadmodum Caſſius Rhodi fecit) contra facientibus, & invitatis indicibus præmio. Illi, ita ut juſſit, fecerunt. Servus autem quidam dominum ſuum indicavit, quod aurum abdidiſſet; & centurioni ad id miſſo aurum oſtendit. Hinc, quum omnes domeſtici ducerentur, tacitus inceſſit herus; mater vero illius, ut eum ſervaret, ſequebatur clamans, a ſe aurum abſconditum. Tum ſervus, ſuper ea re non interrogatus, alteram mentiri, al-

Digitized by Google

A. U. 712.

;ε, ψευδομένην, τὸν δὲ, κρύψαντα. καὶ ὁ Βροῦτος τὸν ιὲν νεανίαν ἀπεδέξατο τῆς σιωπῆς, καὶ τὴν μητέρα τοῦ ·άθους, καὶ μεθῆκεν ἀμφοτέρους ἀπαθεῖς ἀπιέναι, τὸ (ρυσίον φερομένους· τὸν δὲ οἰκέτην, ὡς πέρα τοῦ πράγματος ἐπιβουλεύσαντα τοῖς δεσπόταις, ἐκρέμασε.

LXXXII. Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ καὶ Λέντλος, ἐπιπεμ;θεὶς Ανδριάκῃ, Μυρέων ἐπινείῳ, τήν τε ἄλυσιν ἔρρηξε τοῦ ιμένος, καὶ ἐς Μύρα ἀνῄει. Μυρέων δὲ ἃ προσέτασσε ἐχομένων, χρηματισάμενος ὁμοίως, ἐς Βροῦτον ἐπανῄει. :αὶ τὸ κοινὸν τὸ Λυκίων ἐς Βροῦτον ἐπρέσβευε, συμμαχήσειν τε ὑπισχνούμενοι καὶ ἐσοίσειν ὅσα δύναιντο. ὁ δὲ ιὐτοῖς ἐσφοράς τε ἐπέβαλε, καὶ Ξανθίων τοὺς ἐλευθέους ἀπεδίδου τῇ πόλει, καὶ τὸ ναυτικὸν τὸ Λυκίων ἅμα αῖς ἄλλαις ναυσὶν ἐκέλευε περιπλεῖν ἐς Ἄβυδον, ἔνθα :αὶ τὸ πεζὸν αὐτὸς ἦγε, καὶ Κάσσιον ἐξ Ἰωνίας ἀνέμενεν, ὡς ἐς Σηστὸν ὁμοῦ διαβαλοῦντες. Μοῦρκος δὲ, ἐν Πελοποννήσῳ ναυλοχῶν Κλεοπάτραν, ἐπειδὴ ἔμαθεν αὐτὴν ὑπὸ χειμῶνος ἀμφὶ τῇ Λιβύῃ βλαβεῖσαν, καὶ τὰ ναυά-

*Lin.* 79. καὶ ἐκείσειν *Aug.* *L.* 86. Pro Λιβύῃ dant Εὐβοίᾳ *Aug. Ven.*

erum celaſſe aurum coarguit. *Brutus*, laudata cum juvenis patientia, tum matris pietate, ambos cum ipſo auro dimiſit incolumes: ſervum, ut qui ultra quam fas erat perniciem intentaſſet heris, in crucem egit.

82. Eodem tempore & *Lentulus*, *Andriacam miſſus*, quod *Myrenſium navale* eſt, perrupta catena qua oſtium portus claudebatur, ad *Myra* aſcendit; & oppidanis imperata facientibus, poſt exactam ſimiliter pecuniam, ad Brutum eſt reverſus. Tum *universa Lyciorum natio*, legatis ad *Brutum* miſſis, auxilium & pecunias ei pro facultatibus pollicita eſt. Ille, tributo eis indicto, Xanthiorum ingenua corpora domum remiſit, Lyciorum claſſem univerſam cum reliquis navibus *Abydum* navigare juſſit; quo ipſe terreſtres etiam ducebat copias; *Caſſium ibi*, venientem ex Jonia, *præſtolaturus*, *ut ſimul* trajecto freto *Seſtum peterent*. Interim *Murcus*, cum claſſe circa Peloponneſum Cleopatræ inſidiatus; poſtquam cognovit, claſſem ejus ad Africæ litora tempeſtatibus fuiſſe adflictam,

Digitized by Google

A. U. 712. για εἴδε μέχρι τῆς Λακωνικῆς ἐκφερόμενα, καὶ σὺν ἀῤῥωστίᾳ μόλις αὐτὴν ἐς τὰ ἑαυτῆς ἐπανιοῦσαν· ἵνα μὴ δι' ἀπραξίας εἴη μετὰ τοσοῦδε στόλου, διέπλευσεν ἐπὶ Βρεντεσίου, καὶ ἐς τὴν ἐπικειμένην τῷ λιμένι νῆσον ὁρμισάμενος, ἐκώλυε τὴν ὑπόλοιπον τῶν πολεμίων στρατιὰν ἢ ἀγορὰν ἐς Μακεδονίαν περαιοῦσθαι. Καὶ αὐτὸν ὁ Ἀντώνιος ἀπεμάχετο ναυσὶ μακραῖς, ὅσαις εἶχεν, ὀλίγαις· ἀπεμάχετο δὲ καὶ πύργοις οὓς ἐπῆγεν ἐπὶ σχεδιῶν, ὅτε τὸν στρατὸν ὁλκάσιν ἐκπέμποι κατὰ μέρη, πνεῦμα ἀπὸ τῆς γῆς πολὺ φυλάσσων, ἵνα μὴ καταλαμβάνοιτο ὑπὸ τοῦ Μούρκου. κακοπαθῶν δὲ, ἐκάλει Καίσαρα, Πομπηΐῳ Σέξτῳ κατὰ Σικελίαν περὶ αὐτῆς Σικελίας ναυμαχοῦντα.

709. LXXXIII. Ὧδε δὲ εἶχε καὶ τὰ περὶ Πομπήϊον. Νεώτερος ὢν ὅδε τῶν Μάγνου Πομπηΐου παίδων, ὑπερώφθη μὲν τὰ πρῶτα ὑπὸ Γαΐου Καίσαρος περὶ Ἰβηρίαν, ὡς οὐδὲν μέγα διὰ νεότητα καὶ ἀπειρίαν ἐργασόμενος· καὶ ἠλᾶτο

*Lin.* 95. ἐκπέμπει *Edd. ex Reg. B. Prætuli Aug. Reg. A. L.* 1. ad τάδε περὶ *Edd. ex Reg. A. Rectius Reg. B. cum Aug. & Ven.*

(cujus naufragii etiam ſigna ad Laconiam uſque undis vidit delatas,) ipſam autem reginam, cum adverſa etiam valetudine colluctantem, ægre domum eſſe reverſam; ne cum tanta claſſe otium ageret, *trajecit Brunduſium*: &, occupata inſula quæ portui eſt oppoſita, prohibere conatus eſt, ne in Macedoniam tranſveheretur reliquus hoſtium exercitus, neve commeatus eo deportarentur. Huic *Antonius*, quoties onerariis navibus alias copias, ventis obſervatis ſecundis, quo minus a *Murco* deprehenderentur, evehebat, roſtratas naves, quas quidem paucas habuit, turreſque ratibus impoſitas opponebat. Quum vero ægre ea res procederet, auxilio vocavit *Cæſarem*, circa Siciliam cum *Sexto Pompejo* de illius inſulæ imperio navalibus præliis contendentem.

83. Cujus POMPEJI res ita ſe habuerunt. Hic, Magni filius natu minor, primum contemtus eſt a C. Cæſare in Hiſpania, ut adoleſcens rerum imperitus, & proinde nihil moliturus arduum: vaga-

περὶ τὸν Ὠκεανὸν λῃςεύων σὺν ὀλίγοις, καὶ λανθάνων ὅτι εἴη Πομπήιος. πλεόνων δὲ ἐς τὸ λῃςεύειν αὐτῷ συνιόντων, χείρ τε ἦν ἤδη καρτερὰ, καὶ ἐξεφαίνετο Πομπήϊος ὤν. καὶ αὐτίκα ὅσοι τοῦ πατρὸς ἢ τοῦ ἀδελφοῦ ςρατιῶται γεγονότες ἠλῶντο, ὡς ἐς οἰκεῖον ἡγεμόνα συνέτρεχον, καὶ Αραβίων ἐκ Λιβύης ἀφίκετο αὐτῷ, ἀφῃρημένος τὰ πατρῷα, ὥς μοι προείρηται. Ὧδε δὲ αὐτῷ πλήθους γενομένου, ἔργα τε ἦν ἤδη λῃςηρίου δυνατώτερα, καὶ ὄνομα τοῦ Πομπηίου, ἀνὰ ὅλην τὴν Ιβηρίαν, εὐρυτάτην ἐθνῶν οὖσαν, περιθέοντός τε καὶ μεθιπταμένου, καὶ ἐς χεῖρας οὐχ ὑπομένοντος ἐλθεῖν τοῖς ἡγουμένοις αὐτῆς ὑπὸ Γαΐῳ Καίσαρι. Ὧν ὁ Γαΐος πυνθανόμενος, ἔπεμπε σὺν ςρατῷ πλέονι Καῤῥίναν, ἐκπολεμήσοντα Πομπήιον. ὁ δὲ καὶ τούτῳ, κουφότερος ὤν, ἐπεφαίνετο ἄφνω, καὶ ἀφιπτάμενος ἠνώχλει, καὶ πόλεις ἤδη τινὰς ᾕρει βραχυτέρας τε καὶ μείζους. A. U. 709.

*Lin.* 15. οὐχ ὑπομεν. *Edd. errore ex edit.* 1. *propagato.* οὐκ ἐπιμεν. *Reg. B.* *L.* 19. ἀφιπτάμενος *Aug. mend.* ἐφιπτάμενος *expreſſit Cand.* advolans. *Malim paulo ante,* ἐπιφαινόμενός τε. *Ib.* ᾕρει *caret Aug.*

baturque circa Oceanum cum paucis, latrocinia exercens, ignotus adhuc, nec pro *Pompejo* habitus. Deinde poſtquam plures ad ejuſdem latrocinii ſocietatem ſeſe adjunxerunt, validam jam manum circa ſe habens, *Pompejum* ſe eſſe declaravit. Moxque quotquot antea patris fratriſque militiam ſecuti tunc vagabantur, ad eum, quaſi ad proprium ducem, confluebant: & *Arabio* quoque ad eumdem venit ex Africa, ditione paterna exutus, ſicut antea docuimus. Ad hunc modum copiis auctus *Pompejus*, non jam pro latrocinio rem gerebat; & celebrabatur nomen ejus per totam *Hiſpaniam*, provinciatum omnium ampliſſimam: quam magna celeritate percurrit, huc illuc volitans, ſed cavens congredi cum his qui a Cæſare Hiſpaniæ erant præfecti. De quibus rebus edoctus Cæſar, ad eum debellandum miſit *Carinatem* cum majoribus copiis. Quem *Pompejus*, quoniam expeditioribus erat copiis inſtructus, ſubito ſæpe impetum faciendo, protinuſque avolando, fatigavit. Jamque etiam oppidis nonnullis, minoribus majoribuſque, eſt potitus.

Digitized by Google

A. U. 710. LXXXIV. Καὶ ὁ Γάϊος ἔπεμψε τῷ Καρρίνα διάδοχον Ἀσίνιον Πολλίωνα, πολεμεῖν Πομπηΐῳ. ὧν τινα πόλεμον αὐτῶν ὁμοίως διαφερόντων, ὅ τε Γάϊος Καῖσαρ ἀνῃρέθη, καὶ ἡ βουλὴ κατεκάλει Πομπήϊον. ὁ δὲ ἐν Μασσαλίᾳ γενόμενος, περιεσκόπει ἔτι τὰ ἐν Ῥώμῃ. αἱρεθεὶς δὲ καὶ τῆς θαλάσσης ἄρχειν, καθὰ ἦρχεν αὐτοῦ καὶ ὁ πατὴρ, ἐς μὲν τὴν πόλιν οὐδ' ὡς ἀνῆλθεν· ὅσαι δὲ νῆες ἐν τοῖς λιμέσιν ἦσαν λαβὼν, ἐξέπλευσε, σὺν αἷς εἶχεν ἀπὸ τῆς

711. Ἰβηρίας. Ἐπιγενομένης δὲ τῆς τῶν τριῶν ἀρχῆς, ἐς Σικελίαν διέπλευσε, καὶ Βιθυνικὸν ἄρχοντα αὐτῆς, οὐ παρέντα οἱ τὴν νῆσον, ἐπολιόρκει· μέχρι προγραφέντες ἐπὶ θανάτῳ καὶ φυγόντες ἐκ Ῥώμης Ἵρτιός τε καὶ Φάννιος ἔπεισαν ἐκστῆναι Πομπηΐῳ Βιθυνικὸν Σικελίας.

712. LXXXV. Ὧδε μὲν ὁ Πομπήϊος Σικελίας ἐκράτησε, καὶ ναῦς ἔχων, καὶ νῆσον ἐπικειμένην τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ στρατὸν ἤδη πολὺν, ὅσον τε πρότερον εἶχε, καὶ ὅσον οἱ φεύγοντες ἐκ Ῥώμης ἐλεύθερον ἢ δοῦλον ἦγον, ἢ αἱ πόλεις ἐξ Ἰταλίας ἔπεμπον αὐτῷ, αἱ ἐς ἐπινίκια τοῖς στρα-

84. Tum Cæſar ſucceſſorem Carinati *contra Pompejum* miſit *Aſinium Pollionem*. Inter quos dum ſimili tenore continuatur bellum; interim Cæſar interficitur, & *Pompejus a Senatu revocatur*. Ille Maſſiliam profectus, etiamnum, quid in Urbe fieret, ſpeculabatur. Decreto autem maris ei etiam imperio cum eadem poteſtate quam olim pater ipſius habuerat, non rediit quidem in patriam, ſed cum navibus quas ex Hiſpania adduxerat, adjunctis quotquot in diverſis portubus invenit, mari ſe commiſit. Hinc, exorto mox Triumviratu, claſſe ad *Siciliam* adpulſa, *Bithynicum* proprætorem, nolentem ſibi decedere inſula, oppugnavit; donec proſcripti *Hirtius et Fannius*, in Siciliam profugi, perſuaſerunt *Bithynico*, ut Pompejo cederet Sicilia.

85. Sic SEXTUS POMPEJUS *Sicilia potitus*, opportunitate utebatur inſulæ imminentis toti Italiæ, claſſeque valebat & numeroſo jam exercitu; quem partim prius habuerat, partim ex proſcriptis civibus eorumque mancipiis collegerat, partim ab Italiæ urbibus acceperat illis, quæ militibus in victoriæ præmium fuerant promiſ-

τοῖς ἐπηγγελμέναι. ταῖς γὰρ δὴ γνώμαις αἵδε μάλιστα τὴν νίκην τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἀπεύχοντο, καὶ ὅσα δύναιντο κρύφα ἀντέπρασσον· ἀποδιδράσκοντές τε τῶν πατρίδων, ὡς οὐκέτι πατρίδων, οἱ δυνάμενοι, συνέφευγον ἐς Πομπήϊον, ἀγχοτάτω τε ὄντα καὶ περιφίλητον ἅπασιν ἐν τῷ τότε. Παρῆσαν δ᾽ αὐτῷ καὶ ναυτικοὶ ἄνδρες ἐκ Λιβύης καὶ Ἰβηρίας, ἔμπειροι θαλάσσης· ὥστε καὶ ἡγεμόσι καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ καὶ χρήμασιν ὁ Πομπήϊος ἐπῆρτο. Καὶ τούτων ὁ Καῖσαρ ἐπήκοος ὤν, ἔπεμπε Σαλουϊδιηνὸν ἐπὶ νεῶν στόλου, Πομπήϊον (ὡς εὐχερὲς ἔργον) ἐξελεῖν παραπλέοντα· καὶ αὐτὸς ᾔει διὰ τῆς Ἰταλίας, ὡς αὐτῷ Σαλουϊδιηνῷ συμβολήσων περὶ Ῥήγιον. Σαλουϊδιηνῷ δ᾽ ὁ Πομπήϊος ἀπαντᾷ μεγάλῳ στόλῳ, καὶ πρὸ τοῦ πορθμοῦ ναυμαχίας ἀμφὶ τὸ Σκύλλαιον αὐτοῖς γενομένης, αἱ μὲν τοῦ Πομπηΐου νῆες, κουφότεραί τε οὖσαι καὶ ναυτικωτέρων ἀνδρῶν, ταχυτῆτι καὶ ἐμπειρίᾳ προῦχον· αἱ δὲ Ῥωμαίων, ἅτε βαρύτεραι καὶ μείζους, ἐμόχ- A. U. 712.

*Lin. 40. καὶ ἐς ὅσα Edd. ex Reg. A. Rectius Reg. B. Aug. Ven. L. 43. ἀγχιτάτω Aug. ἀγχυτάτω Reg. A. L. 47 ſq. Σαλουϊδηνὸν Edd. MSS. & Cand. & ſic conſtanter in hac parte hiſtoriæ, omiſſa litera Jota. L. 52. Σκύλαιον h. l. Edd. & MSSti.*

ſæ. His enim nihil erat abominatius, quam Triumvirorum victoria; quare eam, quoquo modo poterant, impedire nitebantur; & opulentiores, ex patriis profugi, quas jam non pro patriis habebant, ad *Pompejum* ſe recipiebant, qui in vicinia erat, & omnibus eo tempore exoptatiſſimus. Aderantque eidem nautæ rei maritimæ peritiſſimi, cum ex Africa, tum ex Hiſpania; ut jam & ducibus & navibus & milite & pecuniis polleret. Quibus rebus fama cognitis, *Cæſar Salvidienum cum claſſe miſit adverſus Pompejum*, ſperans, facili negotio & veluti obiter everti illum poſſe: ipſe per Italiam iter fecit, occurſurus Salvidieno ad Rhegium. Sed Salvidieno *Pompejus* magna cum claſſe obviam proficiſcitur: & in ipſo aditu freti *circa Scyllæum committitur prælium navale*; in quo *Pompejanæ* naves, leviores quum eſſent & melioribus nautis inſtructæ, celeritate eminebant atque peritia; *Romanæ*, graviores, ipſæ

A. U. 712. θουν. ὡς δ᾽ ὁ συνήθης τοῦ πορθμοῦ κλύδων ἐπεγίγνετο, καὶ διεσπᾶτο ἡ θάλασσα ἐφ᾽ ἑκάτερα ὑπὸ τοῦ ῥοῦ· οἱ μὲν ἧσσον ἐμόχθουν, ὑπὸ ἔθους τοῦ κλύδωνος· οἱ δ᾽ ἀμφὶ τὸν Σαλουϊδιηνὸν, οὔτε ἑστῶτες βεβαίως ὑπὸ ἀηθείας, οὔτε τὰς κώπας ἔτι ἀναφέρειν δυνάμενοι, οὔτε τὰ πηδάλια ἔχοντες εὐπειθῆ, συνεταράσσοντο. ὥστε, κλίνοντος ἐς δείλην ἑσπέραν ἤδη τοῦ θεοῦ, πρότερος ὁ Σαλουϊδιηνὸς ἀνεκάλει· ὑπεχώρει δὲ καὶ ὁ Πομπήϊος. νῆες δ᾽ ἑκατέρων ἶσαι διεφθάρατο, καὶ τὰς λοιπὰς λελωβημένας τε καὶ πεπονημένας ὁ Σαλουϊδιηνὸς ἐπεσκεύαζεν, ὑποχωρήσας ἐς λιμένα πρὸ τοῦ πορθμοῦ Βαλαρόν.

LXXXVI. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐπελθὼν, Ῥηγίνοις μὲν καὶ Ἱππωνεῦσι μεγάλας πίστεις αὐτὸς ἔδωκεν, ἀναλύσειν αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐπινικίων· ἐδεδίει γὰρ ὄντας ἐπὶ τοῦ πορθμοῦ μάλιστα. Καλοῦντος δ᾽ αὐτὸν Ἀντωνίου κατὰ σπουδὴν, διέπλει πρὸς αὐτὸν ἐς τὸ Βρεντέσιον, ἐν ἀριστερᾷ ἔχων

*Lin.* 58. ὑπὸ ἔθους τε καὶ κλύδωνος *Edd. corrupte ex Reg. A.* ὑπὸ ἔθους τε κλύδωνος *Reg. B. Verum dedit Aug.* *L.* 66. ὑποχωρήσας *Edd. Recte Aug. Reg. A. neque aliter a pr. manu dediſſe videtur Reg. B.* *L.* 69. ἰδίδει *mend. Edd. Recte Aug.*

mole laborabant. Quo poſtquam acceſſit ſolita freti illius fluctuatio & reciprocatio undarum; minus laborabant *Pompejani*, adſueti mari fluctibus agitato; *Cæſariani*, ut in re inſolita, multum turbati, nec in veſtigio firmiter hærere, nec remos adtollere, nec clavos moderari ſatis poterant. Itaque, ſub ſolis occaſum, prior *Salvidienus* ſignum receptui dedit; ac tum demum ſuas *Pompejus* reduxit. Par autem utrimque navium numerus periit. Reliquas ex ſuis laceras peſſimeque adfectas reparaturus *Salvidienus*, in *Balarum* portum, qui ante fretum eſt, ſeſe recepit.

86. *Cæſar*, poſtquam in eam oram venit, Rheginis ac Vibonenſibus fidem ipſe dedit ſanctiſſimam, fore ut civitates illorum eximantur e numero deſtinatarum in victoriæ præmium: hos enim maxime timebat, ut freto vicinos. Sed propere tunc accitus ab Antonio, *Brunduſium* ad illum *navigavit*, relicta ad ſiniſtram

A. U. 712.

ἔχων Σικελίαν καὶ Πομπήϊον, καὶ Σικελίαν ὑπερθέμενος ἐν τῷ τότε. Μοῦρκος δὲ, ἐπιόντος τοῦ Καίσαρος, ἵνα μὴ ἐν μέσῳ γένηται Αντωνίου τε καὶ Καίσαρος, μικρὸν ἀναχωρήσας τοῦ Βρεντεσίου, τὰς ὁλκάδας ἐφύλασσεν ἐν τῷ πόρῳ, τὸν στρατὸν ἐς Μακεδονίαν ἐκ τοῦ Βρεντεσίου διαφερούσας. αἱ δὲ προεπέμποντο μὲν ὑπὸ τριηρῶν· πνεύματος δὲ πολλοῦ κατὰ θεὸν οἰκείου γενομένου, διέπλησαν ἀδεῶς, οὐδὲν τῶν προπομπῶν δεηθεῖσαι. Καὶ ὁ Μοῦρκος ἀχθόμενος, ὅμως ἐφήδρευεν ἐπανιούσαις κεναῖς. αἱ δὲ καὶ τότε, καὶ αὖθις ἕτερον στρατὸν ἄγουσαι, διέπλεον ἱστίοις στρογγύλοις, μέχρι πᾶς ὁ στρατὸς καὶ ἐπ' αὐτῷ Καῖσάρ τε καὶ Αντώνιος διέπλευσαν. Καὶ ὁ Μοῦρκος, ὑπό του δαιμόνων βεβλάφθαι νομίζων, ὑπέμενεν ὅμως τὰς ἐκ τῆς Ἰταλίας αὐτοῖς διαπλεούσας παρασκευὰς, ἢ τροφὰς, ἢ τὸν ἐπισυλλεγόμενον στρατὸν, βλάπτων ὅσα δύ-

*Lin.* 72. ἴχων Σικελίαν, Πομπήϊον *Edd.* & *carent* καὶ. *Rectius utique Aug.* *L.* 75. ἐφύλασσον *Regius uterque, vitioſe.* *L.* 78 *ſq.* διεπλεύσαν ἀδεῶς *Edd.* & arripuere curſum *Cand.* διέπλησαν *dedit Aug.* *L.* 80. ἐφήδρευσεν *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 81. καὶ τότε αὖθις *Aug.* & *caret altera* καὶ, *male.* *L.* 86. ἐπιλεγόμενον *Edd. Prætuli Aug. Ven.*

ad ſiniſtram Sicilia; quam, cum Pompejo, in aliud tempus differebat. Cujus adventum *Murcus* ubi cognovit; ne circumveniretur Antonianis cum Cæſarianis ſe conjungentibus, paulum a Brunduſio digreſſus, in tranſitu obſervabat onerarias hoſtium, quæ exercitum Brunduſio tranſportabant in Macedoniam, & a paucis triremibus deducebantur. Sed illæ, valido tunc maxime proſperoque vento adjutæ, ita ſecure tranſvolarunt, ut ſupervacaneum fuerit deducentium officium. *Murcus*, fruſtratum ſe dolens, nihilominus conatus eſt in reditu intercipere vacuas. Sed illæ & tunc, & mox rurſus alio milite oneratæ, plenis velis evaſerunt, donec *univerſus exercitus cum ipſo Cæſare Antonioque tranſvectus* eſt. *Murcus*, quamvis iratam ſibi fortunam putaret, nihilominus *perſeveravit*, dum commeatus, aut adparatus, aut militum ſupplementa trajicerentur; incommodaturus his, quantum fieri poſſet. Jamque

A. U. 712. ναιτο. καὶ αὐτῷ Δομίτιος Ἀηνόβαρβος ὑπὸ τῶν ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἐς τὸ αὐτὸ ἔργον, ὡς χρησιμώτατον δὴ, μετὰ νεῶν ἄλλων πεντήκοντα καὶ τέλους ἑτέρου καὶ τοξοτῶν ἐπέμφθη. ὡς γὰρ οὐκ ἔχουσι τοῖς ἀμφὶ τὸν Καίσαρα τροφὰς δαψιλεῖς ἑτέρωθεν, ἐδόκει τὰ ἐκ τῆς Ἰταλίας διακλείσειν. Οἱ μὲν δὴ ναυσί τε μακραῖς ἑκατὸν καὶ τριάκοντα, καὶ ὑπηρετικαῖς πλέοσι, καὶ στρατῷ πολλῷ, διαπλέοντες ἠνώχλουν.

LXXXVII. Δεκίδιος δὲ καὶ Νωρβανὸς, οὓς ὁ Καῖσαρ καὶ Ἀντώνιος μετὰ ὀκτὼ τελῶν ἐς Μακεδονίαν προεπεπόμφεσαν, ἐκ Μακεδονίας ἐχώρουν ἐπὶ Θρᾴκης τῆς ὀρείου, χιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους· μέχρι, πόλιν ὑπερβάντες Φιλίππους, τὰ στενὰ τῶν Κορπίλων καὶ Σαπαίων, τῆς Ῥασκουπόλιδος ὄντα ἀρχῆς, κατέλαβον, ᾗ μόνῃ διελθεῖν ἐστιν ἐς τὴν Εὐρώπην ἐκ τῆς Ἀσίας τὴν γνώριμον ὁδόν. Καὶ τοῦτο τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον, ἐς Στ-

Lin. 87. Δομίτιος δ' ἦν ὁ βάρβαρος Reg. A. B. Δομίτιος Ἀηνοβάρβαρος Aug. Emendavit C. Steph. L. 89 ſq. τοξοτῶν ἔφθη Edd. Rectè ἐπέμφθη Aug. L. 94. διαπλέοντα Edd. διαπλέοντας Aug. Ven. corruptum ex διαπλέοντες, quod h. l. expreſſit Cand. & quod alibi in eadem re dant Edd. & MSSti. L. 95. Κεδίκιος Edd. Cand. Κιδίδιος Aug. Correxi mendam. L. 99. στενὰ τὰ Edd. τῶν ded. Aug. Ven. Ib. ſq. Τοργιδῶν καὶ Σαλαπαίων h. l. Edd. & MSS. corrupte.

ei ad idem negotium, tamquam ſane utiliſſimum, *Domitius* quoque *Ahenobarbus* à *Bruto Caſſioque* cum aliis navibus quinquaginta, & legione una, ſagittariorumque præſidio, *ſubmiſſus* eſt. Nam quoniam commeatus Cæſarianis aliunde non admodum ſuppetebant; placuit prohibere, quominus ſubveherentur ex Italia. Hi itaque longis CL navibus, & pluribus minoribus, numeroſoque exercitu, trajectum eum ultro citroque navigantes infeſtarunt.

87. Interim *Decidius et Norbanus*, qui *a Cæſare et Antonio cum octo legionibus in Macedoniam* fuerant *præmiſſi*, inde per montana verſus Thraciam ſtadia mille quingenta emenſi ſunt; donec *ultra urbem Philippos* profecti, *fauces Corpilorum et Sapæorum*, quæ *in Rhaſcupolidis ditione* ſunt, *occuparunt*: per quas ſolas ex Europa Aſiam petentibus notum iter patet. Et hoc *Caſſiani*, poſtquam

Digitized by Google

στὸν ἐξ Ἀβύδου περάσασι, πρῶτον ἀντεκεκρούκει. Ῥασκούπολις δὲ καὶ Ῥάσκος ἤστην ἀδελφὼ Θρακίω βασιλικῶ, μιᾶς ἄρχοντε χώρας, οἱ τότε τῇ γνώμῃ περὶ τῆς συμμαχίας διεφέροντο· καὶ Ῥάσκος μὲν τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀντώνιον συνεμάχει, Ῥασκούπολις δὲ τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον, τρισχιλίους ἱππέας ἔχων ἑκάτερος. Πυνθανομένοις δὲ τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον περὶ τῶν ὁδῶν, ὁ Ῥασκούπολις ἔφη· Τὴν μὲν δι' Αἴνου καὶ Μαρωνείας, ἐπίτομόν τε καὶ συνήθη καὶ λεωφόρον οὖσαν, ἐπὶ τὰ Σαπαίων στενὰ ἄγειν· κατεχόντων δὲ αὐτὰ τῶν πολεμίων, ἀμήχανα ἐς δίοδον εἶναι· τὴν δὲ περίοδον τριπλασίονά τε καὶ χαλεπήν. A. U. 712.

LXXXVIII. Οἱ δὲ, τοὺς πολεμίους ὑπολαβόντες οὐκ ἐς κώλυσιν μὲν ὁδῶν αὐτοῖς ἀπαντᾶν, τροφῶν δὲ ἀπορίᾳ ἐς Θρᾴκην ἀντὶ Μακεδονίας ὑπερβῆναι, ἐβάδιζον ἐπὶ Αἴ-

*Lin. 5 ſq. An* βασιλίσκω? *L. 6.* ὁπότε τῇ γνώμῃ *Edd. Recte Aug. Ven. L. 9 ſq. Verba* τρισχιλίους *uſque* ἀμφὶ τὸν Κάσσιον *abſunt ab Aug. male. Ibid.* ἔχων ἑκάτερος συνεμάχει. πυνθανομένοις *&c. Edd. Delevi verbum importune repetitum. L. 12 ſq.* τὰ Σαλαπαίων *invitis h. l. Aug. & Cand. qui jam & paulo ante dederat* Sapcorum. *L. 15 ſq.* χαλεπὴν οὖσαν· τοὺς δὲ πολεμίους *Edd. mend. Recte Aug. Ven. L. 17.* κώλυσιν ὁδῶν μὲν *Edd. Pratuli ſeriem verb. Aug. L. 18.* ἐβάδιζον οὖν ἐπὶ Αἴν. *Edd. & ante hæc verba majorem ponunt diſtinctionem. Prætuli Aug. Ven.*

*Abydo Seſtum trajecerant*, primum impedimentum ſibi objectum invenerunt. *Rhaſcupolis* & *Rhaſcus* fratres erant *ex regio Thracum genere*, unius ditionis principes, qui tum ſententiis de ſocietate variabant; & *Rhaſcus Antonianas*, *Rhaſcupolis Caſſianas partes fovebat*, ſinguli cum ter millenis equitibus. Ceterum Caſſianis *de ratione viarum* percontantibus, *Rhaſcupolis* ait „ eam quæ *per Ænum ac Maroneam* fert, compendiariam, publicam, & conſuetam eſſe; ſed inde eamdem pergere per *fauces Sapæorum*, ab hoſte tunc occupatas, ac proinde nullo modo pervias: circuitum vero triplum eſſe, eumque difficilem."

88. *Caſſius Brutuſque*, rati, non tam præcludendi itineris cauſa occurrere ſibi hoſtem, quam ob commeatuum inopiam ex Macedonia uſque in Thraciam eſſe progreſſum,



Digitized by Google

A. U. 712. νου καὶ Μαρωνείας, ὅθεν ἐπὶ Λυσιμαχείας τε καὶ Καρδίας, αἳ τὸν ἰσθμὸν τῆς Θρακίου χεῤῥονήσου διαλαμβάνουσιν ὥσπερ πύλαι· μετὰ δὲ ἄλλην ἡμέραν ἐς τὸν Μέλανα κόλπον ἀφίκοντο. Καὶ τὸν στρατὸν ἐξετάζουσιν αὐτοῖς ἐγένοντο πάντες ὁπλιτῶν ἐννεακαίδεκα τέλη· Βρούτου μὲν ὀκτὼ, Κασσίου δὲ ἐννέα, ἐντελὲς οὐδὲν, ἀλλ' ἐς δύο που τέλη μάλιστα ἀναπληρούμενα, ὡς γίγνεσθαι ἐς μυριάδας ὁπλιτῶν ἀμφὶ τὰς ὀκτώ. ἱππεῖς δὲ ἦσαν, Βρούτῳ μὲν, Κελτοὶ καὶ Λυσιτανοὶ τετρακισχίλιοι, καὶ Θρᾶκες καὶ Ἰλλυριοὶ, Παρθηνοὶ καὶ Θεσσαλοὶ δισχίλιοι· Κασσίῳ δὲ Ἴβηρές τε καὶ Κελτοὶ δισχίλιοι, καὶ ἱπποτοξόται Ἄραβές τε καὶ Μῆδοι καὶ Παρθυαῖοι τετρακισχίλιοι. σύμμαχοι δὲ εἵποντο βασιλεῖς καὶ τετράρχαι Γαλατῶν τῶν ἐν Ἀσίᾳ, πεζόν τε ἄγοντες πολὺν ἄλλον, καὶ ἱππέας ὑπὲρ πεντακισχιλίους.

*Lin.* 19. *Forſan* ἕωθεν ἀπὸ Λυσιμ. *aut*, ἐβάδιζον τὴν ἐπὶ Αἴνου καὶ Μαρωνείας. ἰδὸν ἀπὸ Λυσιμαχ. *Ibid.* Λυσιμαχίας *h. l. Edd. Prætuli Aug. & Reg. A.* *L.* 20. χεῤῥοννήσου *Aug. ut alibi.* *L.* 28. Ἰλλύριοι *Edd. Mutavi accentum.* Ἰλλυριοὶ *h. l. Aug. Ven.* *Poſt hoc nomen autem videtur interciſiſſe numerus* τρισχίλιοι *vel* δισχίλιοι, *cum ſeq. particula* καὶ. *Ibid. Pro* Παρθηνοὶ *dant mend.* Παρθυαῖοι *Edd. ex Reg. A. Recte Aug. Ven. Duas lineas h. l. omiſit Reg. B.* *L.* 30. Ἄῤῥαβές τε *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 32. πεζῶν τε *Aug. Ven. & mox* πολὴν (*ſic*) *Aug.*

verſus Ænum & Maroneam moverunt. Itaque mane a *Lyſimachia* & *Cardia* profecti, quæ urbes cervicem Cherſoneſi Thracicæ veluti portæ intercipiunt, altero inde die ad *Melanem ſinum* pervenerunt. Ibi percenſentibus copias præſto erant *legiones undeviginti*; *Caſſii* novem, *Bruti* vero octo, quarum quidem nulla integra erat, ſed illis accedebant duæ ſuis fere numeris completæ: ita ut in univerſum eſſent *circiter octoginta legionariorum millia.* Equitum vero *Brutus* habebat Gallorum Luſitanorumque quatuor millia; tum Thracum, Illyriorum, Parthenorumque & Theſſalorum duo millia: *Caſſius* Hiſpanorum & Gallorum duo millia, ſagittariorum equeſtrium ex Arabia, Media, Parthia, quatuor millia. Sequebantur & ſocii Reges ac Tetrarchæ ex Gallogræcia, qui & pedeſtres alias copias ducebant, & equitum quinque millia.

Digitized by Google

LXXXIX. Τοσήδε μὲν στρατιὰ τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἐπὶ τοῦ Μέλανος κόλπου διεκρίθη, καὶ τοσῆδε ἐχώρουν ἐπὶ τὸ ἔργον, τὴν λοιπὴν ἔχοντες ἐπὶ τῶν ἀλλαχόθι χρειῶν. Καθήραντες δὲ αὐτὴν τοῖς νομιζομένοις, ἀνεπλήρουν τὰς ἐκ τῶν ἐπηγγελμένων τισὶν ὀφειλομένας ἔτι δωρεάς· πολλῆς μὲν περιουσίας χρημάτων πεφροντικότες, οἰκειούμενοι δὲ ταῖς δόσεσιν αὐτοὺς, Γαΐῳ μάλιστα Καίσαρι τοὺς πλέονας ἐστρατευμένους, μή τις ἐς τὴν ὄψιν ἢ ὁμωνυμίαν τοῦ νέου Καίσαρος νεωτερίσειεν ἐλθόντος. Καὶ αὖθις ἔδοξε τούτου χάριν καὶ δημηγορῆσαι. βῆμά τε οὖν ἐπήχθη μέγα· καὶ οἱ στρατηγοὶ, μετὰ τῶν ἀπὸ τῆς βουλῆς μόνων ἐς αὐτὸ ἀναβάντες, ὁ δὲ στρατὸς αὐτῶν, ὅ τε ἴδιος καὶ συμμαχικὸς, κάτω περιστάντες, ἥδοντο εὐθὺς ἐπὶ τῇ ὄψει τοῦ πλήθους ἀλλήλων ἑκάτεροι, ἰσχυροτάτῃ σφίσι φανείσῃ· καὶ θάρσος ἦν ἀμφοτέροις αὐτίκα καὶ ἐλπὶς ἰσχυρὰ, τοσῶνδε στρατηγοῦσιν. Αὐτὰ

A. U. 712.

*Lin. 42.* ὄψιν ἡ ὁμωνυμία τοῦ *Edd. & MSS. noſtri. Sed Cand.* ad conſpectum aut appellationem: *ex quo correxi cum Gelen. & Muſgrav. Ibid. ſq.* ἐλθόντος καὶ αὖθις, *Edd. Recte diſtinxit Aug.*

89. Hæ fuere *copiæ Caſſii Brutique*, ad Melanem ſinum ab illis explicatæ diſcretæque: & hoc numero illi ad inſtans certamen ſunt progreſſi; reliquis alibi, ubi eorum opera opus erat, relictis. Luſtrato deinde ex more exercitu, promiſſum donativum militibus, quibus debebatur, repræſentatum eſt. Nam & abunde curatum fuerat, ut ſuppeterent pecuniæ, & opus erat favorem largitionibus quærere, præſertim veteranorum, qui plerique militarant ſub Cæſare; ne ad conſpectum aut nomen advenientis junioris Cæſaris mutarentur eorum animi. Qua de re etiam viſum eſt rurſus pro concione verba ad milites facere. Moxque ſuggeſtum in tribunalis ſpeciem exſtructum eſt; quod poſtquam imperatores conſcenderunt cum ſolis ſenatoribus, & copiæ cum propriæ tum auxiliares inferiore loco circumſteterunt; lætiſſimus ſtatim utriſque fuit mutuus conſpectus, quod nihil firmius videretur aut validius; & utrumque imperatorem ſtatim fiducia ſubiit & ſpes concepta ex amplitudine exercitus. Atque hoc ipſum maxime omni-

A. U. 712. τε πρῶτα πάντων τάδε τοῖς στρατηγοῖς τὸν στρατὸν ἐς πίστιν συνῆγε· τίκτουσι γὰρ εὔνοιαν ἐλπίδες κοιναί. Θροῦ δὲ ὡς ἐν τοσούτοις ὄντος, οἵ τε κήρυκες καὶ οἱ σαλπιγκταὶ σιωπὴν ἐποίουν· καὶ γενομένης ποτὲ, ὁ Κάσσιος (προὔχε γὰρ ἡλικίᾳ) προελθὼν μικρὸν ἐκ τῆς τάξεως ἐς τὸ μέσον, ἔλεξεν ὧδε·

XC. Ὁ ΜΕΝ ἀγὼν πρῶτον ὑμᾶς, ὦ Συστρατιῶται, κοινὸς ὤν, ἐς πίστιν ἀλλήλοις συνάγει· συνάπτει δὲ καὶ ὅσα ὑμῖν ὑποσχόμενοι πάντα ἔδομεν, ὃ μεγίστη πίστις ἐστὶ καὶ περὶ ὧν ἐς τὸ μέλλον ὑπισχνούμεθα. Αἱ δὲ ἐλπίδες εἰσὶν ἐν τῇ ἀρετῇ, ὑμῶν τε τῶν στρατευομένων, καὶ ἡμῶν, οὓς ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦδε ὁρᾶτε, τοσούσδε καὶ τοιούσδε ἄνδρας ἀπὸ τῆς βουλῆς. ἔστι δὲ καὶ πλῆθος παρασκευῆς, ὅσον ἴστε, σίτου τε καὶ ὅπλων, καὶ χρημάτων, καὶ νεῶν, καὶ συμμάχων κατά τε ἔθνη καὶ βασιλέας. ὥστε τί χρὴ τῷ λόγῳ παρακαλεῖν ἐς προ-

*Lin. 52. θορύβου Edd. ex Reg. A. θροῦ dedit Aug. & Reg. B. neque aliter in Cod. Cand. fuiſſe videtur. L. 55. διὰ τὸ μέσον Aug. Ven. L. 56. Forſan ἡμᾶς: quod cum Gelenio maluit Muſgrav. L. 62. δὲ, poſt ἔστι, adjeci ex Aug. L. 64. καὶ τά τε ἔθνη Aug. Ven. mend.*

um fidem firmam militum conciliavit imperatoribus: *ſolent enim ſpes communes mutuam parere benevolentiam.* Quum vero magnus eſſet, ut in tanta multitudine, ſtrepitus; per præcones & tubicines indictum eſt ſilentium: & poſtquam tandem conſiluerunt, CASSIUS (erat enim natu grandior) paululum extra ordinem progreſſus in medium, ſic exorſus eſt:

90. „COMMUNE periculum, *COMMILITONES*, primus nobis ad *mutuam fidem* gradus eſt. Conciliant „nos & præſtita a nobis omnia quæ polliciti eramus; quod certiſſimum pignus eſt eorum quoque, quæ in poſterum vobis pollicemur. *Spes* autem omnis in virtute ſita eſt, cum veſtra, *Commilitones*, tum horum tot ac talium ex ampliſſimo Ordine virorum, quos in hoc ſuggeſto conſpicitis. Adeſt vero & adparatus (ut ſcitis) plurimus, commeatus, arma, pecuniæ, claſſes, auxilia, cum a provinciis, tum ab regibus. Itaque quorſum adtinet, verbis vos hortari ad *alacritatem et concordiam*,

Digitized by Google

θυμίαν τε καὶ ὁμόνοιαν, οὓς ἥ τε παρασκευὴ καὶ τὰ ἔργα κοινὰ ὄντα συνάγει. Περὶ δὲ ὧν διαβάλλουσιν ἡμᾶς δύο ἄνδρες ἐχθροὶ, ἴστε μὲν αὐτὰ ἀκριβέστατα, καὶ δι' αὐτὸ συστρατεύεσθε ἡμῖν ἑτοίμως. δοκεῖ δὲ καὶ νῦν ἐπεξελθεῖν ἔτι τὴν αἰτίαν, ἣ μάλιστα ἐπιδείκνυσι τοῦ πολέμου καλλίστην τε οὖσαν ἡμῖν καὶ δικαιοτάτην τὴν πρόφασιν. A. U. 712.

XCI. Ἡμεῖς γὰρ Καίσαρα, ἐν μὲν τοῖς πολέμοις συστρατευόμενοί τε αὐτῷ μεθ' ὑμῶν καὶ στρατηγοῦντες, ἐπὶ μέγα ἤρομεν, καὶ φίλοι διετελοῦμεν ὄντες, ὡς μὴ δοκεῖν αὐτὸν δι' ἔχθραν ὑφ' ἡμῶν ἐπιβεβουλεῦσθαι. Τὰ δὲ ἐς τὴν εἰρήνην ἐπίμεμπτος ἦν, οὐχ ἡμῖν τοῖς φίλοις, (ἐπεὶ κἀν τούτοις προετιμώμεθα·) ἀλλὰ τοῖς νόμοις καὶ τῷ κόσμῳ τῆς πολιτείας· ὧν οὐδεὶς νόμος, οὔτε ἀριστοκρατικὸς, κύριος, οὔτε δημοτικὸς, ἔτι ἦν· ἅπερ ἅπαντα οἱ πατέρες ἡμῶν ἥρμοσαν, ὅτε τοὺς βασιλέας ἐκβαλόντες ἐπώμοσαν, καὶ ἐπηράσαντο, οὐκ ἀνέξεσθαι βασι-

*Lin.* 70. ἐπὶ τὴν αἰτίαν *Aug.* *L.* 73 *ſq.* συστρατευόμενοί τε *Aug. Ven. male.* *L.* 74. καὶ συστρατηγοῦντες *maluerat H. Steph.*

„quos & communis adparatus & res conſociatæ conciliant? Quod autem ad calumnias adtinet, quas contra nos jactant duo illi viri, quos hoſtes habemus; intelligitis eas quidem exactiſſime, & idcirco nobis promtam navatis operam: ſed viſum eſt tamen etiam nunc *cauſam noſtram exponere*, quo magis adpareat *honeſtiſſimum ac juſtiſſimum hoc noſtrum belli gerendi propoſitum.*

91. „Nos enim *Cæſarem*, noſtris veſtriſque armis & noſtro ductu bella gerentem, multum eveximus, & ita conſtantes in ejuſdem fuimus amicitia, ut *nemini videri poſſimus inimicitiæ cauſa mortem ejus quæſiviſſe.* Sed in eis rebus, quas togatus Cæſar geſſit, in crimen incurrit, non injuriæ alicujus nobis amicis ipſius illatæ, (quippe etiam tunc in honore præ ceteris apud eum fuimus;) ſed oppreſſarum legum, & everſæ totius reipublicæ; ſublata & ſenatus auctoritate omni, & populi poteſtate. Quæ omnia majores noſtri conſtituerant, quum fugatis regibus jurejurando & devotionibus ſe obſtrinxerunt, numquam poſthac regiam la-

A. U. 712. λέων ἐς τὸ μέλλον ἑτέρων. ᾧ τινι ὅρκῳ βοηθοῦντες, οἱ τῶν ὀμωμοκότων ἔκγονοι, καὶ τὰς ἀρὰς ἀπερύκοντες ἀφ᾽ ἑαυτῶν, οὐχ᾽ ὑπεμείναμεν ἐς πολὺ περιϊδεῖν ἕνα ἄνδρα (εἰ δὲ καὶ φίλος ἦν ἡμῖν καὶ χρήσιμος) τά τε κοινὰ χρήματα καὶ στρατόπεδα καὶ χειροτονίας ἀρχῶν, ἀπὸ τοῦ δήμου, καὶ ἡγεμονίας ἐθνῶν, ἀπὸ τῆς βουλῆς, ἐς ἑαυτὸν περιφέροντα, καὶ νόμον ἀντὶ τῶν νόμων, καὶ κύριον ἀντὶ τοῦ δήμου, καὶ αὐτοκράτορα ἀντὶ τῆς βουλῆς γιγνόμενον ἐς ἅπαντα.

XCII. Ὧν ἴσως ὑμεῖς οὐκ ἀκριβῶς ᾐσθάνεσθε, ἀλλὰ μόνην αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἀρετὴν ἑωρᾶτε. νῦν δὲ ῥᾳδίως τε ἂν καὶ ἐκ μόνου τοῦ περὶ ὑμᾶς μέρους καταμάθοιτε. Ὁ γὰρ δῆμος ὑμεῖς ἐν μὲν τοῖς πολέμοις ὑπακούετε ἐς πάντα, ὡς κυρίοις, τοῖς στρατηγοῖς. τὸ δὲ κῦρος τόδε ἐν τοῖς εἰρηνικοῖς ἐφ᾽ ἡμῖν ἀντιλαμβάνετε αὐτοί· προβουλευούσης μὲν τῆς βουλῆς, ἵνα μὴ σφαλείητε, κρίνοντες δ᾽ αὐτοὶ καὶ ψηφιζόμενοι κατὰ φυλὰς ἢ λό-

*Lin.* 85. ὑπέμειναν ἐς πολὺ *Edd. Prætuli Aug. Ven.* *L.* 89. καὶ νόμους *Edd. invitis Reg. A. Aug. Ven. In Reg. B. duæ lineæ a pr. manu omiſſæ, & ab alia manu margini adſcriptæ ſunt: & ibi* νόμους *pro* νόμον. *L.* 97. ἐφ᾽ ὑμῖν *voluit Muſgr.*

„turos potentiam. Id jusjurandum ne violaretur, nos, illorum poſteri, vetuimus, & diras a nobis ipſis averruncavimus: non ſuſtinentes committere diutius, ut unus homo, quamvis nobis amicus atque commodus, pecunias publicas, exercitus, creationes magiſtratuum, a populo, jus conferendi provincias, a ſenatu, in ſeſe transferret; ut, pro legibus, hujus voluntas; pro poteſtate populi, hujus dominatio; pro ſenatus auctoritate, hujus imperium unice valeret.

92. „Et illa quidem vos fortaſſe non ſatis perſenſiſtis; ſed ſolam ejus virtutem bellicam eſtis admirati. Nunc vero facile, vel ex ea parte quæ ad vos proxime pertinet, intelligetis. *Vos* enim, qui *de Populo* eſtis, *in bello quidem ducibus veſtris paretis, veluti dominis. Sed in pace viciſſim eamdem poteſtatem vos ipſi in nos accipitis.* Et ſenatus quidem de eis rebus, quæ ad vos referuntur, ante deliberat, quo minus vos fallamini: ſed ipſi vos judicatis; veſtriſque comitiis, ſive tributis

χους, καὶ ἀποφαίνοντες ὑπάτους τε καὶ δημάρχους καὶ στρατηγούς. ἐπὶ δὲ ταῖς χειροτονίαις καὶ τὰ μέγιστα δικάζετε, κολάζοντες ἢ τιμῶντες, ὅτε κολάσεως ἢ τιμῆς ἀξίως ἄρξαιμεν ὑμῶν. Ἡ δὲ ἀντίδοσις ἥδε τήν τε ἡγεμονίαν, ὦ πολῖται, ἐς εὐδαιμονίαν ἄκραν ὑπερήγαγε, καὶ τοὺς ἀξίους ἐτίμησε· καὶ οἱ τετιμημένοι χάριν εἶχον ὑμῖν. Ἀπὸ ταύτης τῆς ἐξουσίας ὕπατον ἐποιήσασθε Σκιπίωνα, ὅτε αὐτῷ περὶ Λιβύην ἐμαρτυρήσατε· καὶ δημάρχους ἐποιεῖσθε ἀνὰ ἔτος ἕκαστον, οὓς ἐβούλεσθε, διοισομένους ἡμῖν ὑπὲρ ὑμῶν εἰ δέοι. καὶ τί μοι καταλέγειν τὰ πολλά, ὅσα ἴστε;

A. U. 712.

XCIII. Ἀλλ᾽ οὐκ, ἀφ᾽ οὗ Καῖσαρ ἐδυνάστευσεν, οὐκ ἀρχήν τινα, οὐ στρατηγὸν, οὐχ ὕπατον, οὐ δήμαρχον ἐχειροτονήσατε ἔτι, οὐκ ἐμαρτυρήσατε οὐδενὶ, οὐκ ἀμοιβὴν εἴχετε δοῦναι μαρτυροῦντες. ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰπεῖν,

*Lin. 8 ſq.* δημάρχους ἐποιήσατε *Edd. Prætuli Aug. Reg. B. L. 9.* οὓς ἐβουλεύσεσθαι *Aug. mend. L. 10.* διοισ. ὑμῖν *Edd. Rectius Aug. & Reg. B. quod jam viderat H. Steph.*

„ ſive centuriatis, creantur conſules, tribuni plebis, prætores. Tum quos veſtris ſuffragiis ad honores promoviſtis, in eos deinceps iidem vos de rebus maximi momenti exercetis judicium: pœnaſque aut præmia decernitis, prout in gerendis magiſtratibus vel reprehenſionem vel laudem commeruimus. Atque hæc *poteſtatis reciprocatio*, QUIRITES, imperium noſtrum ad ſummam felicitatem evexit. Sic honores dignis ſunt collati: & hi, qui a vobis ornati ſunt, vobis gratiam retulerunt. Pro hac veſtra poteſtate Scipionem feciſtis conſulem, „quum ei rerum in Africa præclare geſtarum exhibuiſtis teſtimonium: & tribunos plebis quotannis creaſtis veſtro arbitratu; qui, ſi ita veſtra utilitas poſtularet, nobis intercederent. Et quid opus eſt plura, quæ vobis non incognita ſunt, enumerare!

93. „ Ex quo autem *Cæſar* dominationem ad ſe rapuit, nullum amplius magiſtratum, non prætorem, non conſulem, non tribunum plebis creaſtis veſtris ſuffragiis, nullius virtuti tuliſtis teſtimonium; aut, ſi tuliſtis, nullo præmio potuiſtis remunerari. Et, verbo ut dicam, nemo vobis ullam

A. U. 712. οὐδεὶς ὑμῖν χάριν ὤφειλεν, οὐκ ἀρχῆς, οὐχ ἡγεμονίας, οὐκ εὐθυνῶν, οὐ δίκης. Ὃ δὲ οἴκτιστον ἁπάντων ἐγένετο, οὐδ᾽ αὐτοῖς ἐδυνήθητε ἐπικουρῆσαι τοῖς δημάρχοις ὑμῶν ὑβριζομένοις, ἥν τινα ἀΐδιον ὑμῶν αὐτῶν ἀρχὴν ἐστήσασθε εἶναι, καὶ ἱερὰν καὶ ἄσυλον ἀπεφήνατε. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀσύλους εἴδετε τὴν ἀρχὴν τὴν ἄσυλον καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν ἱερὰν ἐς ὕβριν ἀφαιρουμένους, ἀκρίτους, ἀπὸ μόνου προστάγματος, ὅτι ἔδοξαν ὑπὲρ ὑμῶν χαλεπῆναι τοῖς καὶ Βασιλέα αὐτὸν ἐθέλουσι προσαγορεῦσαι. ὃ καὶ μάλιστα ἐπαχθῶς ἤνεγκεν ἡ βουλὴ δι᾽ ὑμᾶς· ὑμετέρα γὰρ, καὶ οὐ τῆς βουλῆς, ἐστὶν ἡ τῶν δημάρχων ἀρχή. ἐπιμέμψασθαι δὲ σαφῶς οὐ δυναμένη τὸν ἄνδρα, οὐδ᾽ ἐς κρίσιν ἐπαγαγεῖν, διὰ ἰσχὺν στρατοπέδων· ἃ καὶ αὐτὰ τέως ὄντα τῆς πόλεως, ἑαυτοῦ ἐπεποίητο ἴδια· τὸν ἔτι λοιπὸν τρόπον ἀμύνασθαι τὴν τυραννίδα ἐπενόησεν, ἐς τὸ σῶμα ἐπιβουλεύσασα.

*Lin.* 16. οὐδὲ εἰς (*ſic, pro* οὐδὲ εἷς) *Aug.* *L.* 19. *Pro* ἀΐδιον *puto* ἴδιον *legendum cum Gelenio.*

„ amplius gratiam habuit, ſive ob acceptum in Urbe magiſtratum, ſive ob collatam provinciam exercitumve; nemo de repetundis aut alio crimine poſtulatus, ob favorem in judicio exhibitum. Quod vero omnium fuit miſerrimum, ne *tribunos* quidem *veſtros* ab injuria potuiſtis defendere; quem *proprium veſtrum* ac peculiarem vobis *magiſtratum* conſtituiſtis, & *ſacroſanctum et inviolatum* eſſe volueratis. Sed hos ipſos ſacroſanctos viros vidiſtis ſacroſancto magiſtratu & ſacrata veſte ſpoliari per injuriam, indemnatos, & ad ſolum unius viri „ mandatum, quia veſtram vicem dolentes viſi erant obſtare quibuſdam eo progreſſis ut *Regem* quoque illum vellent adpellari. Quod & ſenatus, propter vos maxime, tulit ægerrime: non enim illorum, ſed veſter, magiſtratus tribunitiæ dignitas eſt. Sed quum non poſſent aperte accuſare hominem & judicio ſiſtere, propter robur exercituum qui illi præſto erant; (quos eoſdem quoque, quum fuiſſent reipublicæ, ſibi ipſe proprios fecerat;) quo ſolo modo poterant, ſtatuerunt reprimere tyrannidem, in vitam ejus conſpiratione facta.

Digitized by Google

XCIV. Ἔδει δὲ τὴν μὲν γνώμην γενέσθαι τῶν ἀρίστων· τὸ δὲ ἔργον, ὀλίγων. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο, αὐτίκα ἡ βουλὴ τὴν κοινὴν γνώμην ἐξέφηνε, σαφῶς μὲν, ὅτε καὶ γέρα τυραννοκτονικὰ ἐψηφίζοντο εἶναι. ἐπισχόντος δὲ αὐτοὺς Αντωνίου, καθ' ὑπόκρισιν ἀταραξίας, καὶ οὐδ' ἡμῶν ἀξιούντων διὰ γέρα τῇ πόλει μᾶλλον, ἢ δι' αὐτὴν τὴν πατρίδα, βοηθεῖν· τοῦδε μὲν ἀπέσχοντο, οὐκ ἐθέλοντες ἐφυβρίζειν τῷ Καίσαρι, ἀλλὰ μόνης τῆς τυραννίδος ἀπηλλάχθαι· ἀμνηστίαν δὲ ἁπάντων ἐψηφίσαντο εἶναι, καὶ σαφέστερον ἔτι, φόνου μὴ εἶναι δίκας. καὶ μετὰ μικρὸν, Αντωνίου τὸ πλῆθος ἐφ' ἡμῖν δημοκοπήσαντος, ἡ βουλὴ καὶ ἀρχὰς ἐθνῶν τῶν μεγίστων καὶ ἡγεμονίας ἔδοσαν ἡμῖν, καὶ γῆς ἀπέφηναν ἡγεῖσθαι πάσης ἀπὸ τοῦ Ιονίου μέχρι Συρίας· πότερον ὡς ἐναγεῖς κολάζοντες, ἢ ὡς ἀνδροφόνους πορφύρᾳ τε ἱερᾷ καὶ ῥάβδοις καὶ πε- | A. U. 712.

*Lin. 35 ſq.* δὲ αὐτοῖς *Edd. Recte Aug.* *L. 36.* ὑποκρ. ἀταξίας *Reg. A.* cavendi tumultus (ut videri volebat) gratia. *Gelen.* *L. 44.* ἀπάσης *Edd. ex Reg. A. Prætuli Aug. & Reg. B. a prim. man.* *L. 45.* Ιωνίου *edit. 2. 3. male & invitis MSS.* *L. 46. Poſt* ἀνδροφόνους *hypoſtigmen ponit Aug. Sed pro* ἀνδροφόνους, *niſi ibi interci-*

94. „ Sic autem neceſſe fuit, ut *conſilium* eſſet, *optimi cujuſque*; *factum* ipſum, *paucorum.* Quod poſtquam perfectum eſt, continuo ſenatus communem ſententiam aperuit, & clariſſime quidem, quoniam *præmia* etiam cenſuit *tyrannicidis decernenda.* Sed revocati ab eo conſilio patres per *Antonium*, aſtute diſſimulantem quas excitaturus eſſet turbas; quum nos ipſi quoque nullum honeſtius præmium duceremus, quam utilitatem patriæ; omiſerunt illud, nolueruntque ignominia notari Cæſarem, libertate contenti reſtituta. Tantum *oblivio*
„ *præteritorum decreta* eſt; ac diſertioribus etiam verbis adjectum decreto eſt, *quæſtionem de Cæſaris nece non eſſe habendam.* Nec multo poſt, Antonio plebem contra nos exaſperante concionibus, *ſenatus et provincias maximas et exercitus nobis dedit*; juſſitque, ut quidquid terrarum a mari Adriatico patet uſque Syriam, noſtra imperata faceret. Quo decreto patrum, utrum tamquam *nefarii homicidæ* pœna adfecti vobis videmur? an tamquam *tyrannicidæ* ſacrata purpura virgiſque ac ſecuribus inſigniti?

A. U. 712. λέξεσι περικοσμοῦντες; ὢ λόγῳ καὶ Πομπήϊον τὸν νέον, οὐδὲν μὲν ἐς ταῦτα συνειργασμένον, ὅτι δὲ μόνον Πομπηΐου Μάγνου τοῦ πρώτου περὶ τῆς δημοκρατίας ἀγωνισαμένου παῖς, καὶ ὅτι μικρὰ τὴν τυραννίδα ἠνώχλει λανθάνων περὶ Ἰβηρίαν, κατεκάλεσέ τε ἐκ τῆς φυγῆς, καὶ τὸ τίμημα αὐτῷ τῶν πατρῴων ἐκ τῶν κοινῶν ἔκριναν ἀποδοῦναι χρημάτων, καὶ θαλασσοκράτορα ἀπέφηναν· ἵνα κἀκεῖνος ἀρχήν τινα ἔχοι, δημοκρατικὸς ὤν. Τί δὴ πλέον ἔργον ἔτι τῆς βουλῆς ἢ σύμβολον ἐπιζητεῖτε, ἢ τοῦ κατὰ γνώμην αὐτῆς πάντα πεπρᾶχθαι, πλὴν ἢ λόγῳ μόνον ὑμῖν ἔτι ὁμολογῆσαι; ἃ καὶ αὐτὰ πράξουσι καὶ ἐροῦσι· καὶ λέγοντες ἅμα ὑμᾶς ἀμείψονται μεγάλαις δωρεαῖς, ὅταν εἰπεῖν καὶ ἀμείψασθαι δύνωνται.

XCV. Νῦν μὲν γὰρ ὡς ἔχουσιν, ἴστε. προγράφονται χωρὶς δίκης, καὶ τὰ ὄντα αὐτοῖς δημεύεται, καὶ κτείνονται χωρὶς καταδίκης ἐν οἰκίαις, ἐν στενωποῖς, ἐν ἱεροῖς, ὑπὸ στρατιωτῶν, ὑπὸ θεραπόντων, ὑπὸ ἐχθρῶν, ἐκ μυχῶν ἀνασπώμενοι, καὶ διωκόμενοι πανταχῆ, τῶν

*dit aliquid, utique videtur* τυραννοκτόνους *legendum, quod expreſſ Cand. & probavit H. Stephan.*

„Quemadmodum & *juvenem Pompejum*, quamvis conſpirationis illius expertem, tantum quia *Magni*, qui primus arma pro republica ſumſerat, eſſet filius, & quia paululum tyrannidi obſtiterat latitans in Hiſpania, revocarunt ab exilio: decretumque eſt ei paternorum bonorum pretium ex ærario reſtituendum, & maris imperium inſuper, ne & hic fautor reipublicæ ſine magiſtratu eſſet. Quodnam igitur efficacius ſignum, aut quod luculentius *documentum voluntatis ſenatus adprobatique* „*hujus facti* requiritis? niſi forte, ut verbis etiam id vobis patres profiteantur? Atqui id ipſum quoque facient, dicentque, ſimulque referent vobis ampliſſima præmia, quum primum eis integrum fuerit.

95. „Nunc enim quo ſtatu ſint res eorum, ſcitis. *Proſcribuntur indicta cauſa*, bona eorum publicantur; indemnati *occiduntur* in domibus, in viis, in templis, a militibus, a mancipiis, ab inimicis; e penitiſſimis latebris extrahuntur, perquiruntur ubique a perſecutoribus; quum leges

νόμων τὸν ἐθέλοντα φεύγειν ἐώντων. Ες δὲ τὴν ἀγορὰν, ἐς ἣν οὐδενὸς πολεμίου κεφαλὴν, ἀλλὰ ὅπλα μόνα καὶ ἔμβολα νεῶν ἐφέρομεν, ὑπάτων ἄρτι καὶ στρατηγῶν καὶ δημάρχων καὶ ἀγορανόμων καὶ ἱππέων κεφαλαὶ πρόκεινται· καὶ γέρα τούτων ἐστὶ τῶν κακῶν ὡρισμένα. τοῦτο γὰρ ἐπανάστασίς τις ἐστὶ πάντων, ὅσα τέως ἦν ὕπουλα· καὶ ἀνδρολήψια αἰφνίδια, καὶ μύση ποικίλα γυναικῶν τε καὶ υἱῶν, καὶ ἀπελευθέρων καὶ οἰκετῶν. ἐς τοσοῦτον ἤδη καὶ τοὺς τρόπους ἡ πόλις ἐπιτέτριπται. Καὶ τῶνδε τοῖς πονηροῖς ἡγεμόνες εἰσὶν οἱ τρεῖς ἄνδρες, αὐτοὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἀδελφοὺς καὶ θείους καὶ ἐπιτρόπους προγράψαντες. Λέγεταί ποτε πρὸς τῶν ἀγριωτάτων βαρβάρων ἡ πόλις ἁλῶναι. καὶ οὐδενὸς ἀπέτεμνον οἱ Κελτοὶ κεφαλὰς, οὐδὲ ἐνύβριζον ἀνῃρημένοις, οὐδὲ πολεμοῦσιν ἔτι λαθεῖν ἢ φυγεῖν ἐφθόνουν. οὐδ᾽ αὐτοί πω πόλιν οὐδεμίαν, ὧν δορὶ ἐλάβομεν, τοιαῦτα διεθήκαμεν, οὐδὲ ἑτέρους ἐπυθόμεθα διαθεῖναι, οἷα νῦν οὐκ ἰδιῶτις

A. U. 711.

*Lin. 70.* τις *caret Aug. non male. Ibid.* ἐστὶ καὶ πάντων *Edd. Delevi* καὶ *cum Aug. & Reg. A. L. 71.* μύση *Edd. Recte Aug.* μύσῃ *Reg. B. a pr. man. ex* μύση *deflexum.*

„fugam ſaltem & ultro quæſitum exilium indulgeant volentibus. In foro, quo numquam hoſtis ullius caput, ſed arma tantum & roſtra navium referebantur, hodie conſularium, prætorum, tribunorum plebis, ædilium, equitum Romanorum capita ſpectantur propoſita; & ibidem horum maleficiorum repræſentantur præmia. Commota ſunt enim omnia, & eruperunt quæcumque prius ſuppurata latebant: neque quiſquam tutus eſt quin ſubito abripiatur ad ſupplicium, proditus uxoris quoque aut filiorum, libertorum, ſer„vorumve flagitio: tanta etiam morum peſtis Urbem invaſit. Ad eaque flagitia perditis hominibus exemplo præivere *Tres illi*, qui a propriis fratribus, ab avunculis, a tutoribus ſuis, proſcriptionis fecerunt initium. Fertur olim Urbs noſtra capta a feriſſima ex barbaris nationibus: at nullius tamen caput abſciderunt Galli, nec illuſerunt occiſis, nec inviderunt latebras aut fugam hoſtibus. Neque nos umquam in ullam bello captam urbem ita ſævimus, aut alios ſæviſſe auditu cognovimus, ſicut nunc *Urbs* non

Digitized by Google

A. U. 712. σιν. οὐδὲ ὁρῶσιν ἡμᾶς Γάϊον μὲν, ὅτι ἠξίου μόνος ἄρχειν, ἀνῃρηκότας, τοὺς δὲ τὴν ἐκείνου περιποιουμένους ἀρχὴν ὑπερορᾷν μέλλοντας, καὶ μὴ δὲ ἐς ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἐς τὸ μέσον τῷ δήμῳ προτιθέντας τὴν πολιτείαν κατὰ τὰ πάτρια. Ὡς οὖν οὐκ ἀπὸ τῆς αὐτῆς γνώμης αἱρουμένων πολεμεῖν ἑκατέρων, ἀλλὰ τῶν μὲν ὑπὲρ δυναστείας καὶ τυραννίδος, ἣν ἐν ταῖς προγραφαῖς ἐπέδειξαν ἤδη, ἡμῶν δὲ οὐδὲν ἄλλ' ἢ μόνον, ἵνα, τῆς πατρίδος ἐλευθερωθείσης, ἰδιωτεύοιμεν ὑπὸ τοῖς νόμοις· εἰκότως οἵδε τε οἱ ἄνδρες, καὶ πρὸ τούτων οἱ θεοὶ, τὰ ἡμέτερα κρίνουσι. Μεγίστη δὲ ἐλπὶς ἐν πολέμοις ἐστὶ τὸ δίκαιον.

XCVIII. Μὴ δέ τῳ, εἰ Καίσαρος ἐγένετο στρατιώτης, ἐπὶ νοῦν ἔτι ἴτω. οὐ γὰρ ἐκείνου γε ἦμεν οὐδὲ τότε, ἀλλὰ τῆς πατρίδος· οὐδ' οἱ διδόμενοι μισθοὶ καὶ δωρεαὶ Καί-

σαρος ἦσαν,

*Lin.* 17. καὶ μὴ ἐς αὐτοὺς *Edd. Expreſſi lectionem Aug. Poſt* ἐσόμ: *autem non ſpernam* περιϊδόντας, *aut aliud ſimile participium, quod h.l. intercidiſſe H. Stephano etiam viſum erat. L.* 18 *ſq.* κατὰ τὰ πάτρια προγράφοντας *edit.* 1. conſcripta eſt *Cand.* προγράφειν *edit.* 2. 3. *ex H. Steph. ingenio. Delevi omnino verbum cum MS. Aug. L.* 24. κρινοῦσι *Edd. & MSS. noſtri. Mutavi accentum. L.* 26. μὴ δὲ τῶν εἰς Καίσ. *mend. Aug. L.* 28. δόμενοι *Edd. Recte Aug. Ven.*

„ nuno, poſtquam Cæſarem eo quod ſolus dominari voluit ſuſtulimus, hos eſſe laturos, qui illius ad ſe rapere imperium conantur; neque vero id nos agere, ut ipſi potiamur rerum, ſed ut populo in commune reſtituamus acceptam a majoribus rempublicam. Atque ita merito de cauſa noſtra ſic judicant dii hominesque: *longe diverſum eſſe noſtrum bellandi conſilium ab hoſtium propoſito: illos pro dominatione pugnare et pro tyrannide, cujus ſpecimen iſta pro-* „ *ſcriptione dederunt; nos nil aliud ſequi, niſi ut, patria in libertatem vindicata, privati ſub legibus vivere queamus.* Neque vero quidquam eſt, quod in bellis majorem facere ſpem debeat, quam *cauſæ juſtitia.*

98. „ Neque vero, *ſi qui veſtrûm ſub Cæſare olim ſtipendia fecerunt*, ea nunc cogitatio movere vos debet. Etenim ne tunc quidem *Cæſari*, ſed *patriæ*, militavimus: neque a *Cæſare* ſtipendia aut donativa accepimus, ſed a

*republica:*

Digitized by Google

στρατὸς ἦσαν, ἀλλὰ τοῦ κοινοῦ. ἐπεὶ οὐδὲ νῦν ἐστὲ Κασσίου A. U. 712. στρατὸς, οὐδὲ Βρούτου μᾶλλον, ἢ Ῥωμαίων· ἡμεῖς δὲ ἐσμὲν ὑμῶν συστρατιῶται, Ῥωμαίων στρατηγοί. Καὶ εἰ τόδε καὶ οἱ πολεμοῦντες ἡμῖν ἐφρόνουν, ἐνῆν ἀκινδύνως ἅπασι τὰ ὅπλα καταθέσθαι, καὶ τοὺς στρατοὺς πάντας ἀποδοῦναι τῇ πόλει, κἀκείνην ἑλέσθαι τὰ συνοίσοντα· καὶ, εἰ δέχονται ταῦτα, προκαλούμεθα. ἐπεὶ δὲ οὐ δέχονται, (οὐδ' ἂν δέξαιντο ἔτι, διὰ τὰς προγραφὰς καὶ ὅσα ἄλλα ἔδρασαν·) ἴωμεν, ὦ συστρατιῶται, μετά τε πίστεως ὑγιοῦς καὶ προθυμίας ἀδόλου στρατευόμενοι Ῥωμαίων τῇ τε βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ μόνοις, ὑπὲρ ἐλευθερίας.

XCIX. Ἀναβοησάντων δὲ πάντων, Ἴωμεν, καὶ εὐθὺς ἄγειν ἀξιούντων, ἡσθεὶς ὁ Κάσσιος τῇ προθυμίᾳ, κατεκήρυξεν αὖθις σιωπὴν, καὶ αὖθις ἔλεγε· Θεοὶ μὲν, ὅσοι πολέμων δικαίων δεσπόται, τῆς πίστεως ὑμᾶς, ὦ συστρατιῶται, καὶ προθυμίας ἀμείβοιντο. Τὰ δ' ἐς ἀνθρωπίνην στρατηγῶν πρόνοιαν, καὶ, ὅτι πλέονα καὶ ἀμεί-

*Lin.* 31 *ſq.* καὶ εἰδότες οἱ πολεμ. *Reg. B. mend.* *L.* 38. στρατευόμενοι *Edd. Prætuli Aug. Cand.*

„*republica*: quemadmodum nec nunc *Caſſii Brutive exercitus* eſtis magis, quam *populi Romani*; *nos* vero *commilitones veſtri* ſumus, Romani populi imperatores. Quod ſi in hoc hoſtibus eadem, quæ nobis, mens eſſet; liceret omnibus tuto arma deponere, & exercitus ſuos reddere reipublicæ, ut illa in commune conſulat. Quæ ſi eis placet conditio, a nobis in eam invitati ſunto! Sed quoniam non placet; (nam ne integrum quidem illis jam amplius eſt eam admittere, propter proſcriptiones iſtas aliaque eorum facinora;) *eamus*, COMMILITONES! & bona fide ſinceroque ſtudio, nullius niſi Senatus Populique Romani auſpicia ſequentes, *pugnemus pro libertate!*"

99. Ad eam vocem omnes, *Eamus*! conclamarunt; & ut protinus adverſus hoſtem ducerentur, poſtularunt. Qua alacritate lætus CASSIUS, ſilentio per præcones rurſus facto, ſic exorſus eſt denuo: „DII, quibus juſta bella curæ ſunt, pro hac fide vobis, COMMILITONES, faxint bene. Quod vero ad humanam imperatorum providentiam adtinet, quanto *adpa-*

A. U. 712.

νοντά ἐστιν ἡμῖν ἢ τοῖς πολεμίοις, μάθετε οὕτως. Τέλη μὲν ὁπλιτῶν ἴσα αὐτοῖς ἀντεπάγομεν, πολλὰ καὶ ἐπὶ τῶν χρειῶν ἄλλα πολλαχοῦ καταλιπόντες· ἱππεῦσι δὲ καὶ ναυσὶ πολὺ προὔχομεν, καὶ συμμάχοις βασιλεῦσί τε καὶ ἔθνεσι τοῖς μέχρι Μήδων καὶ Παρθυαίων. Καὶ οἱ ἡμῖν μὲν ἐκ μετώπου μόνον εἰσὶ πολέμιοι. ἡμεῖς δ᾽ αὐτῶν καὶ κατὰ νώτου Πομπήϊόν τε ὁμογνώμονα ἡμῖν ἔχομεν ἐν Σικελίᾳ· καὶ Μοῦρκος ἐν τῷ Ἰονίῳ, καὶ Ἀηνόβαρβος στόλῳ πολλῷ καὶ ὑπηρεσίᾳ δαψιλεῖ, καὶ δύο τέλεσι στρατοῦ καὶ τοξόταις, αἰεὶ διαπλέοντες ἐνοχλοῦσιν ἄλλα, καθαρευούσης πολεμίων ἡμῖν τῆς ὄπισθεν γῆς καὶ θαλάσσης. Χρήματά γε μὴν, ἅ τινες καλοῦσι νεῦρα πολέμου, τοῖς μὲν οὐκ ἔστιν· οὐδ᾽ ἀπέδωκάν πω τὰ ὑπεσχημένα τῷ στρατῷ, οὐδὲ κατὰ δόξαν ἀπήντησε τὰ τῶν προγραφῶν, οὐδενὸς τῶν ἐπιεικῶν ὠνουμένου χωρία

*Lin.* 53 *ſq.* ἐν Σικελίᾳ, καὶ Μοῦρκον ἐν τῷ Ἰονίῳ. καὶ ἦν ὁ Ναρβαρὸς στόλῳ *&c. Edd. & Cand. corrupte.* Μοῦρκος *dedit Aug.* Ἀηνόβαρβος *dedit Ven. cum in Aug. h. l. (ut ſæpe alibi) eſſet* Ἀηνοβάρβαρος. *L.* 55. τοξόται *Edd. Cand. mend. Recte Aug. Ibid. ſqq.* ἐνοχλοῦσιν. ἀλλὰ καθαρευούσης . . . γῆς καὶ θαλάσσης, χρήματά γε μὴν *&c. Edd. & MSS. Prætuli lect. Cand.* ἄλλα, *pro* ἀλλὰ *vel* ἄλλα, *maluiſſe videtur Gelenius. L.* 58. οὐκ ἔστιν *caret Aug. male.*

„ *ratus noſter et res noſtræ potiores* ſint, *quam hoſtium*, nunc diſcite. *Numero legionum* pares ſumus, quamvis multis etiam locis reliquimus opportuna præſidia. Equitatu autem & claſſibus longe prævalemus; ſicut & auxiliis, quæ miſſa nobis ſunt ab omnibus uſque ad Medorum Parthorumque regna pertinentibus regibus atque populis. Hoſtem vero nos a fronte tantum habemus. Illis a tergo quoque *Pompejus* eſt, *ſocius noſter, in Sicilia: & Murcus* „*et Ahenobarbus* in mari Jonio numeroſa claſſe, cum plurimis navalibus ſociis duabuſque legionibus & ſagittariorum. manu, ultro citroque navigantes, aliis locis hoſtem infeſtant; quum nobis a tergo terra marique pacata ſint omnia. Jam *pecunia*, quæ *belli nervus* a nonnullis ſolet vocari, iſtis quidem nulla eſt: neque perſolverunt quæ promiſerant exercitui; nec proventus ex proſcriptionibus reſpondit exſpectationi, quod nemo bonus prædia emere

ἐπίφθονα· οὐδ᾽ ἑτέρωθεν εὐποροῦσι, τετρυμένης στάσεσι καὶ εἰσφοραῖς καὶ προγραφαῖς τῆς Ἰταλίας. Ἡμῖν δὲ, ἐκ πολλῆς φροντίδος, καὶ τὰ παρόντα ἐστὶ δαψιλῆ, ὡς αὐτίκα ὑμῖν ἄλλα χαρίσασθαι, καὶ ἕτερα πολλὰ ἐπὶ τούτοις ἀπὸ τῶν ὄπισθεν ἐθνῶν προσοδεύεται συμφερόμενα. A. U. 712.

C. Τροφαὶ δὲ, ὃ δυσπορώτατόν ἐστι στρατοῖς μεγάλοις, ἐκείνοις μὲν οὐκ εἰσὶ, πλὴν ἐκ μόνης Μακεδονίας, ἔθνους ὀρείου, καὶ Θεσσαλίας, χώρας βραχείας· καὶ τάδε χρὴ κατὰ γῆν αὐτοῖς φέρεσθαι κακοπαθοῦσιν. εἰ δ᾽ ἐκ Λιβύης ἐπάγοιντο ἢ Λευκανίας ἢ Ἰαπυγίας, διακλείσουσι πάντα Πομπήϊός τε καὶ Μοῦρκος καὶ Δομίτιος. Ἡμῖν δὲ καὶ εἰσὶ, καὶ φέρονται καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀπόνως διὰ θαλάττης ἔκ τε νήσων καὶ ἠπείρων ἁπασῶν, ὅσαι ἀπὸ Θρᾴκης ἐπὶ ποταμὸν Εὐφράτην· καὶ τάδε ἀκωλύτως, οὐδενὸς ἡμῖν ὄντος ὄπισθεν ἐχθροῦ· ὥστ᾽ ἐφ᾽ ἡμῖν ἔσται, καὶ ταχύνειν τὸ ἔργον, καὶ ἐπὶ σχολῆς

*Lin.* 61. τετρυμμένης *Edd. MSS. Delevi alterum* μ, *ut paſſim alibi. L.* 75. ὡς διὰ Θρᾴκης *Edd. & MSS. noſtri, quod ex facili conjectu emendandum duxi.* a Thracia *Cand.*

„ invidioſa cupit; nec aliunde admodum eis pecunia ſuppetit, exhauſta ſeditionibus exactionibuſque & proſcriptionibus Italia. Nobis vero ſedulo proſpectum eſt, ut & nunc abunde habeamus, protinuſque vobis nova etiam donativa dare poſſimus, & ut multæ præterea aliæ pecuniæ, a provinciis, quas a tergo reliquimus, collatæ, ad nos deferantur.

τῇ ὕβρει, ὧδε μάλα θρασέως αὐτοὺς ὄντας ἐνόπλους ἐχθρῶν διαθεόντων· καὶ ἐπέδραμον αὐτοῖς αὐτοκέλευστοι, πρό τινος ἐκ τῶν ἡγεμόνων ἐπιτάγματος, καὶ ἔκτεινον οἷα πλαγίους ἀθρόως οὓς καταλάβοιεν. ἀρξάμενοι δ᾽ ἅπαξ ἔργου, καὶ τῷ Καίσαρος στρατῷ, τεταγμένῳ μάλιστα κατὰ σφᾶς, ἐπέδραμον· καὶ τρέψαντες ἐδίωκον, μέχρι καὶ τὸ στρατόπεδον ἐξεῖλον, ὃ κοινὸν ἦν Ἀντωνίῳ τε καὶ Καίσαρι· Καίσαρος αὐτοῦ δι᾽ ἐνύπνιον ἔνδον οὐκ ὄντος, ἀλλὰ φυλαξαμένου τὴν ἡμέραν, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν ἔγραψεν.

CXI. Ὁ δὲ Ἀντώνιος ὁρῶν τὴν μάχην συνερρωγυῖαν, ἥσθη μὲν ὡς ἀναγκάσας· πάνυ γὰρ ἐπὶ ταῖς ἀγοραῖς ἐδεδίει· ἀναστρέφειν δὲ εἰς τὸ πεδίον οὐκ ἔκρινε, μὴ τὴν φάλαγγα ἀνελίσσων ταράξειεν. ὡς ἀρξάμενος δ᾽ εἶχεν ὁρμῆς, ἐχεῖτο δρόμῳ, καὶ ἀνέβαινε, βαλλόμενός τε, καὶ χαλεπῶς· μέχρι βιαζόμενος ἐνέκυρσε τῇ φάλαγγι τῇ

*Lin.* 15. πρός τινος *Edd.* *male. Recte Aug.* *L.* 26. ὡς δραξάμενος δ᾽ εἶχεν *Edd. Rectius Aug. Malim tamen* ὡς δ᾽ ἀρξαμ. εἶχεν. *L.* 27. ὀργῆς *Reg. A.* & *margo Reg. B.* *Ib.* ἱεῖτο *Edd.* ἐχεῖτο *dedit Aug.*

minioſum rati, ſi viri armati adverſarios ita impune præter ora ſua ſinerent tranſcurrere; proprio motu, non exſpectato ducum imperio, irruerunt in eos ex latere; magnoque numero, quotquot adſequi poterant, conciderunt. Commiſſoque ſemel prælio, mox *Cæſaris aciem*, quæ ex adverſo ipſorum potiſſimum ſtabat, adorti, *in fugam vertevunt*; perſecutique *caſtris etiam potiti* ſunt, *quæ Cæſari communia fuerant cum Antonio:* in quibus commode tunc *Cæſar* non aderat; ſomnio monitus, ut caveret illum diem, quemadmodum ipſe ſcriptum *in ſuis Commentariis* reliquit.

111. Tum *Antonius*, ut commiſſum vidit prælium, gaviſus eſt, quod hoſtem eo compuliſſet; quandoquidem de commeatu valde timuerat. Reverti autem jam in planitiem parum ſibi commodum judicavit; ne, convertens aciem, turbaret ordines. Itaque continuato quo cœperat curſu, in adverſum clivum evaſit, contemtis telis ſuperne volantibus; donec *in Caſſii aciem*

Digitized by Google

Κασσίου, τὴν τάξιν τὴν δεδομένην φυλάσσουσῃ, καὶ τὸ γιγνόμενον ὡς ἄλογον καταπεπληγμένῃ. ῥήξας δ' αὐτὴν ὑπὸ τόλμης, ἐπὶ τὸ διατείχισμα ὥρμα τὸ μεταξὺ τοῦ τε ἕλους καὶ τοῦ στρατοπέδου, τόν τε χάρακα ἀνασπῶν, καὶ τὴν τάφρον ἐγχωννύς, καὶ τὸ οἰκοδόμημα ὑπορύσσων, καὶ τοὺς ἐν ταῖς πύλαις καταφονεύων, καὶ τὰ ἐπιπίπτοντα ἐκ τοῦ τείχους ὑπομένων· ἕως αὐτὸς μὲν ἐσήλατο διὰ τῶν πυλῶν ἔνδον, ἕτεροι δὲ ταῖς ὑπωρυχίαις ἐσῆλθον, οἱ δὲ καὶ τοῖς πεπτωκόσιν ἐπανέβαινον. καὶ πάντα οὕτως ἐγίγνετο ὀξέως, ὥστε τοῖς τὸ ἕλος ἐργαζομένοις ἐπιβοηθοῦσιν ὑπήντων, ἑλόντες ἤδη τὸ διατείχισμα. τρεψάμενοι δὲ καὶ τούσδε σὺν ὁρμῇ βιαίῳ, καὶ ἐς τὸ ἕλος κατώσαντες, ἐπανῄεσαν ἐς αὐτὸ ἤδη τὸ στρατόπεδον τοῦ Κασσίου, μόνοι σὺν τῷ Ἀντωνίῳ, ὅσοι τὸ διατείχισμα ὑπερῆλθον, τοῦ ἄλλου πλήθους ἑκατέρων ἐκτὸς ἀλλήλοις μαχομένου. A. U. 712.

CXII. Τὸ δὲ στρατόπεδον, ὡς ἐρυμνόν, ὀλίγοι πάμπαν ἐφύλασσον· ὅθεν αὐτῶν εὐμαρῶς ἐκράτησεν ὁ Ἀντώνιος. ἤδη δὲ καὶ ὁ ἔξω τοῦ Κασσίου στρατὸς ἡσσᾶτο,

*Lin.* 35. μὲν *poſt* αὐτὸς *carent Edd. invitis quatuor noſtris MSStis.* *L.* 37. ἐπῆλθον *Aug.* *L.* 47. ὁ *ante* ἔξω *carent Edd. male. Dedit Aug.*

*impegit*, loco ſe non moventem, & attonitam necopinata audacia. *Quam* ubi inſigni auſu *perrupit*, munitionem inter paludem & caſtra tranſverſim exſtructam magno impetu invaſit, vallum convellens, foſſam opplens, murum ſuffodiens, ſtationem pro porta opprimens, miſſiliaque contemnens e muro conjecta. Quibus ſimul factis, ipſe per portam irrupit, alii per cuniculos murorum penetraverunt, alii per ruinas adſcenderunt. Et ea omnia tanta celeritate facta ſunt, ut ſuccurrentibus, qui in palude operabantur, ipſi jam expugnata munitione occurrerent, &, his quoque atroci impetu profligatis, in paludemque compulſis, reverterentur jam *ad ipſa caſtra Caſſii*, ſoli hi *qui cum Antonio per murum irruperant*, reliquis extra murum cum hoſte confligentibus.

112. *Caſtra*, utpote ſatis firma, a perpaucis cuſtodiebantur: quo facilius *capta* ſunt. Jamque etiam extra *Caſſiani vincebantur*: &, ex



Digitized by Google

*A. U.* 712. καὶ τὴν κατάληψιν ἰδὼν τοῦ στρατοπέδου, διεσκίδνατο ἀκόσμως. Καὶ τὸ ἔργον ἦν ἐντελὲς ἑκατέροις καὶ ὅμοιον· Βροῦτός τε γὰρ τὸ λαιὸν τῶν πολεμίων ἐτέτραπτο, καὶ τὸ στρατόπεδον ᾑρήκει· Ἀντώνιός τε, Κασσίου κρατῶν, σὺν ἀμηχάνῳ τόλμῃ τὸ στρατόπεδον ἐπόρθει. Φόνος τε ἦν ἑκατέρων ποικίλος· ὑπὸ δὲ μεγέθους πεδίου τε καὶ κονιορτοῦ τὰ ἀλλήλων ἠγνόουν, μέχρι ποτὲ ἐπύθοντο, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνεκάλουν. Οἱ δὲ ἐπανῄεσαν, ἀχθοφόροις ἐοικότες μᾶλλον ἢ στρατιώταις· καὶ οὐδὲ τότε ἀλλήλων ᾐσθάνοντο, οὐδὲ καθεώρων. ἐπεὶ ῥίψαντές γε ὅσα ἔφερον οἱ ἕτεροι, μέγα ἂν εἰργάσαντο κατὰ τῶν ἑτέρων, ἀσυντάκτως ὧδε ἀχθοφορούντων. Τὸν δ᾽ ἀριθμὸν τῶν ἀποθανόντων εἰκάζουσι, τῶν μὲν ἀμφὶ τὸν Κάσσιον, ἐς ὀκτακισχιλίους σὺν τοῖς παρασπίζουσι θεράπουσι γενέσθαι, τῶν δ᾽ ἀμφὶ τὸν Καίσαρα διπλασίονα.

CXIII. Κάσσιος δὲ ἐξ οὗ τῶν διατειχισμάτων ἐξέωστο, καὶ οὐδὲ ἐσελθεῖν ἔτι εἶχεν ἐς τὸ στρατόπεδον, ἀνέ-

*Lin.* 50. *γὰρ, poſt* τε, *carent Edd. cum Reg. B. Deder. Aug. Reg. A. L.* 54. *μέχρι ἐπύθοντό ποτε Reg. B. a pr. manu. L.* 64. *ἐπανῆλθον Aug. male,* redire *Cand. tamquam legiſſet ἐπανελθεῖν.*

pugnata conſpicati caſtra, *incondita fuga diſperſi* ſunt. Atque ita *ſimiliter utrimque* luculenta *reportata victoria* eſt: *profligato per Brutum ſiniſtro cornu hoſtium, et caſtris captis*; diverſa parte Antonio, poſt devictos Caſſianos, incredibili audacia caſtra quoque diripiente. Itaque & *utrimque pariter multiplex cædes edita* eſt. Sed, quoniam latis in campis multum erat pulveris excitatum, diu ignorabant alteri, quo pacto res ab altera parte geſta eſſet. Quo tandem cognito, utrique ſuos revocarunt. Qui, a victoria redeuntes, bajulis ſimiliores erant quam militibus; ac ne tum quidem adſpectu vel ſenſu ullo dignoſcebant ſe invicem: alioquin alterutri, projectis ſarcinis, facile adverſarios, præda onuſtos, ac ſine ordine diſcurrentes, oppreſſiſſent. *Deſiderata* ſunt, quantum conjecturis adſequi licuit, *Caſſianorum octo millia*, cum ſervis armigeris; *duplo plura in exercitu Cæſaris et Antonii.*

113. CASSIUS, *caſtris exutus*, quum receptum in ea nullum haberet, in Philipporum

ἐς δραμὼν ἐς τὸν Φιλίππων λόφον, καὶ τὰ γιγνόμενα ἐφεώρα. οὐκ ἀκριβῶς δὲ αὐτὰ διὰ τὸν κονιορτὸν, οὐδὲ πάντα ὁρῶν, ἀλλ᾽ ἢ τὸ στρατόπεδον ἑαυτοῦ μόνον εἰλημμένον, ἐκέλευσε Πινδάρῳ τῷ ὑπασπιστῇ προσπεσεῖν οἱ καὶ διαφθεῖραι. διαμέλλοντος δ᾽ ἔτι τοῦ Πινδάρου, προσέθει τις ἀγγέλλων οἱ, Βροῦτον ἐπὶ θάτερα νικᾷν, καὶ τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων πορθεῖν. Ὁ δὲ τούτῳ μὲν τοσόνδε ἀπεκρίνατο· Νικώης, λέγε αὐτῷ, παντελῆ νίκην. ἐς δὲ τὸν Πίνδαρον ἐπιστραφείς· Τί βραδύνεις; ἔφη, τί τῆς ἐμῆς αἰσχύνης με οὐκ ἀπαλλάσσεις; Πίνδαρος μὲν δὴ δεσπότην, ὑπέχοντα τὴν σφαγὴν, διεχρήσατο. καί τισιν οὕτως ἀποθανεῖν δοκεῖ Κάσσιον. Ἕτεροι δὲ αὐτὸν οἴονται, προσιόντων ἐς εὐαγγέλιον ἱππέων Βρούτου, νομίσαντα εἶναι πολεμίους, πέμψαι τὸ ἀκριβὲς εἰσόμενον Τιτίνιον· τὸν δὲ τῶν ἱππέων, ὡς Κασσίου φίλον, περισχόντων τε σὺν ἡδονῇ, καὶ ἐπὶ τῷδε καὶ ἀλαλαξάντων μέγα, τὸν Κάσσιον, ἡγούμενον ἐς ἐχθροὺς ἐμπεσεῖν Τιτίνιον, τοῦτο φάναι·

*Lin. 70. ἀγγέλλων Edd. ἀγγέλλοντι Aug. pro quo repoſui id, e quo corruptum videbatur. L. 78. εἶναι καὶ πολεμίους Aug.*

tumulum curſu ſe recepit; indeque, quid fieret, proſpectabat. Sed quoniam proſpectus adimebatur pulvere, ut neque adcurate, neque omnia, perſpicere poſſet; caſtra ſaltem utique amiſſa videns, *Pindarum armigerum* ſuum *juſſit, ut percuſſoris ſibi præſtaret officium.* Qui dum adhuc cunctatur, adcurrit alius quidam nuncians, *Brutum* in altero cornu vincere, & caſtra diripere hoſtium. Cui hoc tantum *Caſſius* reſpondit: *Refer ei, me precari illi abſolutam victoriam.* Tum rurſus *ad Pindarum* converſus, *quid ceſſas?* inquit: *Cur non me ab hac ignominia liberas?* ſimulque jugulo ferrum, adigente Pindaro, excepit. Sic quidem nonnulli *de Caſſii morte* memoriæ prodiderunt. Alii referunt, advenientibus eminus equitibus Bruti, qui lætum nuncium de ejus victoria adferrent, *Caſſium*, exiſtimantem hoſtes eſſe, obviam miſiſſe *Titinium*, qui exacte rem cognoſceret: quem quum equites, ut amicum Caſſii, recepiſſent in medium, conclamantes præ gaudio; *Caſſium*, qui crederet in hoſtes illum incidiſſe, hoc tantum profa-

A. U. 712.

A. U. 712. Περιεμένομεν φίλον ἁρπαζόμενον ἰδεῖν; καὶ ἔς τινα σκηνὴν ὑπεχωρῆσαι μετὰ τοῦ Πινδάρου, καὶ τὸν Πίνδαρον οὐκ ἔτι φανῆναι. διὸ καὶ νομίζουσί τινες, οὔπω κεκελευσμένον ἐργάσασθαι. Κασσίῳ μὲν δὴ τέλος ἦν τοῦ βίου κατὰ τὴν αὐτοῦ Κασσίου γενέθλιον ἡμέραν, ὧδε τῆς μάχης γενέσθαι συμπεσούσης. καὶ Τιτίνιος, ὡς βραδύνας, ἑαυτὸν ἔκτεινε.

CXIV. Βροῦτος δὲ, Κασσίου τὸν νέκυν περικλαίων, ἀνεκάλει τελευταῖον ἄνδρα Ῥωμαίων, ὡς οὔ τινος ἔτι τοιοῦδε ἐς ἀρετὴν ἐσομένου· ταχυεργίας τε αὐτῷ καὶ προπετείας ἐνεκάλει· καὶ ἐμακάριζεν ὁμοῦ φροντίδων καὶ ἀνίας ἀπηλλαγμένον, αἳ Βροῦτον ἐς ποῖον ἄρα τέλος ὁδηγοῦσι; Παραδοὺς δὲ τὸ σῶμα τοῖς φίλοις, ἔνθα λαθραίως θάψειαν, ἵνα μὴ καταδακρύσειε τὸν στρατὸν ὁρῶντα, αὐτὸς ἄσιτός τε καὶ ἀτημέλητος ἀνὰ τὴν νύκτα πᾶσαν τὸ τοῦ Κασσίου στρατόπεδον καθίστατο. Ἅμα

*Lin.* 83. ἀποχωρῆσαι *Edd. Melius Aug. Reg. B.* *L.* 86. in quo prælium incidit *Cand.* *An pro* ὧδε *legendum* ᾗ δὴ? *L.* 90. Ῥωμαίων *Edd. Cand. Prætuli Aug.* *Ibid.* ὥστ' οὔτινος *Edd. male ex Reg. B. invitis Aug. Reg. A.* *L.* 91. *Malim* ταχυεργίας δὲ. *L.* 92 *ſq.* καὶ ἀνοίας *perperam Edd. cum Regiis. Recte Aug.* *L.* 97. τοῦ *abeſt ab Aug. non male.*

tum, *Exſpectavimus ergo, dum abreptum videremus amicum!* in tentorium quoddam ſeceſſiſſe cum Pindaro, & Pindarum nuſquam poſthac viſum. Quamobrem opinantur nonnulli, injuſſum etiam tum illum occidiſſe dominum. *Obiit* CASSIUS natali ſuo die; in quem ipſum forte prælium illud incidit, *ad Philippos* commiſſum. *Titinius* morarum pœnas a ſe ipſe ſpontanea morte exegit.

114. *Brutus flens* ſuper Caſſii cadavere, *ultimum* hunc adpellavit *Romanorum*; intelligi volens, neminem poſthac fore huic virtute ſimilem. Simul vero & properationem ejus accuſavit & præcipitantiam; ſimul felicem prædicavit, qui jam curis ſolicitudinibuſque eſſet exemtus; quæ me, inquit, ad quem tandem exitum perducent! Tradito deinde amicis cadavere, ut clam ſepeliretur, ne exercitus ex adſpectu provocaretur ad lacrymas; ipſe, cibo ceteraque corporis cura abſtinens, totam noctem in colligendis Caſſiani

δι' ἡμέρα τῶν πολεμίων τὸν στρατὸν παραταςσόντων ἐς μάχην, ἵνα μὴ δοκοῖεν ἡλασσῶσθαι· συνεὶς τοῦ ἐνθυμήματος, Ὁπλισώμεθα, ἔφη, καὶ ἡμεῖς, καὶ ἀνθυποκριθῶμεν ἐλάσσονα παθεῖν. ὡς δὲ παρέταξεν, οἱ μὲν ἀνεχώρουν· ὁ δὲ Βροῦτος ἐπιτωθάσας, ἔφη τοῖς φίλοις· Οἱ μὲν δὴ προκαλούμενοι ἡμᾶς ὡς κεκμηκότας, οὐδὲ ἀπεπείρασαν.

A. U. 712.

CXV. Ἡ δὲ ἡμέρα τὴν μάχην ἐν Φιλίπποις συνέβαινεν εἶναι, καὶ ἐν τῷ Ἰονίῳ τοιόνδε πάθος ἄλλο ἐγίγνετο μέγα. Δομίτιος Καλουῖνος ἐπὶ ὁλκάδων ἦγεν ὁπλιτῶν δύο τέλη Καίσαρι, καὶ τὸ διώνυμον ἦν αὐτῶν τὸ Ἄρειον, ὃ ἐπὶ τιμῇ τῆς ἀλκῆς ὠνόμαζον. ἦγε δὲ καὶ στρατηγίδα σπεῖραν ἐς δισχιλίους ἄνδρας, ἱππέων τε ἴλας τέσσαρας, καὶ ἕτερον πλῆθος ἐπιλεγμένον· καὶ τριήρεις αὐτοὺς παρέπεμπον ὀλίγαι. Μοῦρκος δ' αὐτοῖς καὶ Ἀηνόβαρβος ἑκατὸν καὶ τριάκοντα μακραῖς ὑπήντων. καὶ αὐτοὺς αἱ ὁλκάδες ἱστίῳ μὲν αἱ πρῶται διέφυγον ὀλίγαι·

*Lin.* 99. δοκεῖεν *Edd. Recte Aug.* *L.* 8. Καλουηνὸς *Edd. & MSS. noſtri: quod correxi.* Calvinus *recte Cund.* *L.* 9. ἦν αὐτῷ *Aug.* *L.* 12. *An* ἐπισυνειλεγμένον? *L.* 13 *ſq.* ἈηνοΒάρβαρος *Aug. ut paſſim alibi.*

exercitus reliquiis exegit. Mane deinde hoſtibus progreſſis in aciem, ne pro victis haberentur; mentem eorum intelligens *Brutus*: „Sumamus, inquit, nos quoque arma, & pari ſimulatione cladem tegamus." Ut vero inſtruxit aciem, retroceſſerunt hoſtes. In quos *Brutus* ad amicos ſic eſt cavillatus: „Iſti, qui nos ut feſſos provocarunt, ne experiri quidem auſi ſunt."

115. Ceterum *quo die in campis Philippicis pugnatum eſt*, eodem etiam *in Ionio mari memorabilis clades* accidit. *Domitius Calvinus* onerariis navibus duas legiones tranſvehebat ad Cæſarem; quarum altera celebris illa erat, ex virtutis laude *Martia legio* cognominata. Vehebat etiam cohortem prætoriam duorum millium, & quatuor alas equitum, aliamque ſelectam multitudinem, paucis triremibus deducentibus. His *Murcus et Ahenobarbus* cum centum triginta longis navibus occurrerunt. Quos onerariæ paucæ, quæ priores fuerant, velis

A. U. 712. αἱ λοιπαὶ δὲ, χαλάσαντος ἄφνω τοῦ πνεύματος, ἐν γαλήνῃ σ]αθερᾷ κατὰ τὸ πέλαγος ἠλῶντο, ὑπό του θεῶν ἐκδιδόμεναι τοῖς πολεμίοις. ἐνέβαλον γὰρ ἀδεῶς ἑκάσ]ῃ, καὶ ἀνεῤῥήγνυον· οὐδὲ αἱ παραπέμπουσαι σφᾶς τριήρεις ἐπικουρεῖν ἐδύναντο, διὰ τὴν ὀλιγότητα κυκλούμεναι. Ἔργα δ᾽ ἦν τῶν κινδυνευόντων πολλὰ καὶ ποικίλα, ὅτε μὲν τὰ πλοῖα συναγόντων ἀπὸ κάλων σπουδῇ, καὶ κοντοῖς ἁρμοζόντων ἐς ἄλληλα, ἵνα μὴ διεκπλεῖν αὐτὰ ἔχοιεν οἱ πολέμιοι. ὅτε δὲ τούτου κρατήσειαν, ὁ μὲν Μοῦρκος αὐτοῖς ἐπέβαλλε τοξεύματα πυρὸς, οἱ δὲ τοὺς συνδέσμους ἀνέλυον ὀξέως, καὶ ἀπέφευγον ἀλλήλων διὰ τὸ πῦρ, αὖθίς τε ἐγίγνοντο ταῖς τριήρεσιν ἐς περίπλουν καὶ ἐμβολὴν ἕτοιμοι.

CXVI. Ἀγανακ]οῦντες δὲ οἱ ἄνδρες, καὶ μάλισ]α αὐτῶν οἱ Ἄρειοι, ὅτι κρείτ]ους ὄντες ἀλκὴν, δι᾽ ἀπραξίας ἀπώλλυντο, οἱ μὲν πρὸ τοῦ πυρὸς ἑαυτοὺς ἀνῄρουν, οἱ δὲ ἐς τὰς τριήρεις τῶν πολεμίων ἐναλλόμενοι, τὰ μὲν ἔδρων, τὰ δὲ ἔπασχον. νῆές τε ἡμίφλεκ]οι μέχρι πολλοῦ περι-

*Lin.* 18. ἐκδιδομένοι (*ſic*) *Aug.* *L.* 19. ἐκάσ]ην *Edd.* *Rectius Aug. Reg. A.* *L.* 22. ὅτε μὲν *Aug.* *Ibid.* ἀπὸ κάλω *Aug. Reg. B.* *male.* *Ib.* σπουδῇ *edit.* 1. *oper. err.* *L.* 28. ἐκβολὴν *Aug.*

plenis effugerunt: reliquæ vero, repente vento vim remittente, in tranquillo mari errabant, deorum alicujus ira hoſtibus traditæ. Invadebant enim illi ſecure ſingulas, perfringebantque: nec a proſequentibus triremibus ullum erat auxilium, quod propter paucitatem circumvenirentur. Ibi tum multa atque varia fortiter facta exſtiterunt periclitantium: qui paſſim naves celeriter contis funibuſque, ne hoſtis perrumperet, conjungebant. Quod quum ſuccederet, *Murcus* ignita eis jacula immittebat; & illi pari celeritate ſolvebant vincula, & diffugiebant metu incendii; atque ita rurſus triremium ictibus ac perruptioni exponebantur.

116. Tum indignati *milites*, præſertim *Martii*, quod, quum præſtarent fortitudine, inulti perirent, alii ſeipſos interficiebant, non exſpectato incendio: alii, triremes hoſtium inſilientes, multa faciebant ac ferebant fortiter. Naves quoque ſemiuſtæ diu ja-

πλέον, ἄνδρας ἔχουσαι, τοὺς μὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, τοὺς δ' ὑπὸ λιμοῦ καὶ δίψης δαπανωμένους· οἱ δὲ καὶ ἱστῶν ἢ σανίδων ἐχόμενοι, ἐς πέτρας ἢ ἀκτὰς ἐξεφέροντο ἐρήμους· καὶ εἰσὶν αὐτῶν οἳ καὶ περιεσώθησαν ἐκ παραλόγου· τινὲς δὲ καὶ ἐς πέντε διήρκεσαν ἡμέρας, λιχμώμενοι τὴν πίσσαν, ἢ ἱστίων ἢ κάλων διαμασώμενοι, μέχρι σφᾶς ὁ κλύδων ἐξήνεγκεν ἐπὶ τὴν γῆν. πολὺ δ' ἦν ὃ καὶ τοῖς πολεμίοις ἑαυτὸ ἐπέτρεπεν, ὑπὸ τῶν συμφορῶν ἡσσώμενον· ἐπέτρεψαν δὲ καὶ τῶν τριηρῶν ἑπτακαίδεκα· καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας οἱ περὶ Μοῦρκον ἐς ἑαυτοὺς μεθώρκουν, ὁ δὲ στρατηγὸς αὐτῶν Καλουῖνος ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ νεὼς ἐπανῆλθεν ἐς τὸ Βρεντέσιον ἡμέρᾳ πέμπτῃ, δόξας ἀπολωλέναι. Τοιοῦτο μὲν δὴ πάθος τῆς αὐτῆς ἡμέρας τῇ περὶ Φιλίππους μάχῃ κατὰ τὸν Ἰόνιον ἐπεγίγνετο, εἴ τε ναυάγιον, εἴ τε ναυμαχίαν ὀνομάσαι χρή· καὶ ἐξέπλησσε τὸ συγκύρημα τῶν ἔργων, ὕστερον ἐπιγνωσθέν. A. U. 712.

*Lin.* 35. ἱστίων *Edd.* ἱστῶν *recte Aug. Reg. B. a pr. manu, & ſic quoque primum ſcripſerat librarius Reg. A.* *L.* 37. περιεσώθησαν *Edd. Melius Aug.* *L.* 38. λικμώμενοι *edit.* 1. *cum Reg. A. Aug. Ven.* λιμώμενοι *magis corrupte Reg. B. Emendavit H. Stephan.* *L.* 39. διαμασσώμενοι *Edd. invitis quatuor noſtris MSS.* *L.* 43. ἐς αὐτοὺς *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 44. *Rurſus* Καλουηνος, *ut ſupra, Edd. & MSS.* *L.* 48 *ſq.* ἐξέπληξε *Edd. cum Regiis.* ἐξέπληστε *Aug.* ἐξέπλησσε *dedit Ven.* *L.* 49. συγκήρημα *mend. Aug.*

ctabantur cum vectoribus: quorum alii igne, alii fame ſitique peribant. Quidam malis tabuliſve hærentes, in ſcopulos aut deſerta littora ejecti ſunt: & eorum nonnulli etiam ex inſperato ſervati, quos inter fuere, qui & ad quintum diem, picem interim lingentes, aut vela funeſve mandentes, perdurarunt, donec undis ad terram adpellerentur. Multi deditionem fecerunt, quum non poſſent tot calamitatibus reſiſtere. In his fuerunt triremes XVII: quarum milites ad *Murci* ſacramentum tranſierunt. *Calvinus*, dux earum, cum ſua navi quinto die Brunduſium revenit, periiſſe creditus. Hujuſmodi igitur calamitas, ſive naufragium dicendum eſt, ſive *Navale Prælium, in eumdem diem incidit, quo Philippenſis pugna commiſſa eſt.* Quod poſtquam eſt cognitum, obſtupuerunt omnes duorum talium caſuum in eumdem temporis articulum concurſionem.



Digitized by Google

A. U. 712.

CXVII. Ὁ δὲ Βροῦτος τὸν ςρατὸν ἐς ἐκκλησίαν συναγαγὼν, ἔλεξεν ὧδε· ΟΥΔΕΝ ἐςὶν, ὦ Συςρατιῶται, παρὰ τὸν ἐχθὲς ἀγῶνα, ἐν ᾧ μὴ κρείσσους ἐγένεσθε τῶν πολεμίων. τῆς τε γὰρ μάχης ἤρξατε προθύμως, εἰ καὶ χωρὶς παραγγέλματος· καὶ τὸ τέταρτον τέλος, ὃ περιώνυμον αὐτοῖς ὂν ἐπεπίςευτο τὸ κέρας, διεφθείρατε ἅπαν· καὶ τοὺς ἐπιτεταγμένους αὐτῷ, μέχρι τοῦ ςρατοπέδου· καὶ τὸ ςρατόπεδον αὐτὸ εἵλετε πρότερον, καὶ διηρπάσατε· ὡς προὔχειν τάδε παρὰ πολὺ τῆς ἐπὶ τοῦ λαιοῦ βλάβης ἡμῶν. δυνηθέντες δὲ ἂν ὅλον ἐργάσασθαι τὸ ἔργον, ἁρπάσαι μᾶλλον εἵλεσθε, ἢ κτείνειν τοὺς ἡσσωμένους. οἱ γὰρ πλέονες ὑμῶν τοὺς πολεμίους παροδεύοντες, ἐπὶ τὰ τῶν πολεμίων ὥρμων. καὶ ἐν τῷδε αὖ πάλιν, οἱ μὲν διήρπασαν δύο τῶν ἡμετέρων ςρατοπέδων ἅτερον τὸ ἕτερον, ἡμεῖς δὲ ἐκείνων ἅπαντα ἔχομεν, ὡς καὶ τῷδε τὴν ἐπίκλησιν τῆς βλάβης διπλασίονα εἶναι. Καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ μάχῃ πλεονεκτήματα, τοσαῦτα. Ὅσα δὲ ἕτερα

*Lin.* 52. χθὲς *Aug.* *L.* 55. διηφθείρετε *edit.* 1. 2. *cum Regiis. Prætuli Aug. cum quo (neſcio quo caſu) convenit edit.* 3. *L.* 62. ὥρμων *edit.* 1. 2. ὅρμον *Reg. B. Recte Aug. Reg. A. & edit.* 3.

117. BRUTUS autem, advocata concione militum, ſic eos adlocutus eſt: „HESTERNO prælio, *COMMILITONES*, nulla in re non ſuperiores fuiſtis hoſtibus; nam & pugnam incepiſtis alacriter, quamvis injuſſi; & quartam legionem, propter opinionem virtutis in oppoſito cornu locatam, totam concidiſtis, alioſque deinceps uſque caſtra; caſtraque ipſa capta diripuiſtis; ut hæc victoria longe præponderet damno in ſiniſtro cornu accepto. Atquum eadem victoria totum conficere negotium potuiſſetis; res hoſtium diripere maluiſtis, quam victos delere: nam plerique veſtrum, prætergreſſi hoſtibus, in eorum bona fecerunt impetum. Sed & in hoc ipſo rurſus nos prævaluimus: illi ex binis noſtris caſtris ceperunt altera, nos univerſa illorum occupavimus: atque ita hac quoque ex parte adquiſitio noſtra duplo major quam jactura eſt. Hactenus igitur, *ad prælium quod attinet, potiores ſumus.* Ceteris rebus quantum præpollea-

Digitized by Google

προὔχομεν αὐτῶν, ἔχετε καὶ παρὰ τῶν αἰχμαλώτων μανθάνειν, περί τε ἀπορίας σίτου, καὶ ἐπιτιμήσεως αὐτοῦ, καὶ κομιδῆς κακοπαθοῦς, καὶ παρ' ὀλίγον ἤδη σαφοῦς ἐπιλείψεως. οὔτε γὰρ ἐκ Σικελίας ἢ Σαρδόνος ἢ Λιβύης ἢ Ἰβηρίας ἐστὶν αὐτοῖς λαβεῖν, διὰ Πομπήϊον καὶ Μοῦρκον καὶ Ἀηνόβαρβον, ναυσὶν ἑξήκοντα καὶ διακοσίαις ἀποκλείοντας αὐτοῖς τὸ πέλαγος· Μακεδονίαν τε ἐξαναλώκασιν ἤδη, καὶ ἐκ μόνης ἄρτι Θεσσαλίας ἔχουσιν· ἢ ἐς πόσον αὐτοῖς ἔτι ἀρκέσει; A. U. 712.

CXVIII. Ὅταν οὖν αὐτοὺς ἐπειγομένους ἐς μάχην μάλιστα ἴδητε, τότε ἡγεῖσθε διωκομένους ὑπὸ λιμοῦ τὸν ἐν χερσὶ θάνατον αἱρεῖσθαι. ἡμεῖς δ' ἀντιμηχανησώμεθα αὐτοῖς, τὸν λιμὸν ἡμῶν προπολεμεῖν, ἵν' ἀσθενεστέροις καὶ τετρυμένοις ἐντύχοιμεν ὅτε χρή. μὴ δ' ἐκφερώμεθα ταῖς προθυμίαις παρὰ καιρόν. μηδὲ βραδυτῆτά τις ἡγείσθω τὴν ἐμπειρίαν, ἢ ταχυτῆτα· ἐς τὴν ὀπίσω

*Lin. 70. ἐπιλήψεως edit. 1. 2. ex Regiis, male. Recte edit. 3. cum Aug. L. 77. ἡγεῖσθαι Regii & Aug. quod mutavit C. Stephanus, conſervandum fortaſſe. L. 80. τετρυμμένοις edit. 1. Aug. τετριμμένοις edit. 2. 3. Correxi, ut alibi. L. 82. Delenda duo verba ἢ ταχυτῆτα cenſuit Muſgravius. Poſt eadem verba* Aſteriſcum *poſuit H. Steph. & excidiſſe nonnihil putavit.*

„mus, poteſtis ex captivis diſcere: de inopia caritateque annonæ, de laborioſa comportatione, & *pæne jam confeſſo defectu commeatuum.* Nam e Sicilia, Sardinia, Africa, Hiſpaniaque nihil eis petere licet per Pompejum, Murcum, Ahenobarbumque, claſſe CCLX navium mare illud intercludentes. Macedoniam vero jam exhauſerunt: & ſola nunc alit eos Theſſalia; quam uſque quo ſuffecturam putatis?

118. „Ergo quum eos ad „pugnam videritis properare, tunc exagitatos a fame putate ferro potius emori decreviſſe. Sed nos contra ſedulo curemus, ut fame eos ante oppugnemus; quo debiliores magiſque exhauſtos viribus invadamus, quum opus fuerit: caveamuſque, ne calidiores ſimus quam tempus poſtulat. Neque vero quiſquam conſilium hoc, uſu rerum probatum, ad ducendum potius bellum exiſtimet pertinere, quam ad rem totam brevi conficien-

Digitized by Google

A. U. 712. θάλασσαν ἀφορῶν, ἢ, τοσαύτας ἡμῖν ὑπηρεσίας καὶ τροφὰς ἐπιπέμπουσα, δίδωσιν ἀκινδύνου νίκης ἐπιτυχεῖν, ἢν ὑπομένητε, καὶ μὴ ἀδοξῆτε, εἰ προσπαίζονται ἡμῖν καὶ προκαλοῦνται, οὐκ ἀμείνονες ὄντες, ὡς διέδειξε τὸ ἐχθὲς ἔργον, ἀλλὰ ἕτερον δέος ἰώμενοι. Τὴν δὲ προθυμίαν, ἧς νῦν ὑμᾶς ἀξιῶ κρατεῖν, ἀθρόαν ἀπόδοτε, ὅταν αἰτῶμεν. Ἐγὼ δ᾽ ὑμῖν τὰ νικητήρια, ἐντελῆ μὲν, ὅταν οἱ θεοὶ κρίνωσιν, ἐπὶ ἐντελέσι τοῖς ἔργοις, διαλύσομαι· νῦν δὲ τῆς ἐχθὲς ἀρετῆς, ἀνὰ χιλίας ἑκάστῳ στρατιώτῃ δραχμὰς ἐπιδίδωμι, καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ὑμῶν ἀνάλογον. Ὁ μὲν οὕτως εἰπὲ, καὶ αὐτίκα διεμέτρει τὴν δωρεὰν κατὰ τέλη. δοκεῖ δέ τισι, καὶ Λακεδαίμονα καὶ Θεσσαλονίκην ἐς διαρπαγὴν αὐτοῖς δώσειν ὑποσχέσθαι.

CXIX. Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ ὁ Αντώνιος, εἰδότες οὐ μαχούμενον ἑκόντα τὸν Βροῦτον, τοὺς ἰδίους συνῆγον, καὶ ὁ Αντώνιος ἔλεξε· Τὸ ἐχθὲς ἔργον, ὦ ἄνδρες, τοῖς μὲν λόγοις

*Lin. 85. προπαίζονται Edd. Rectius Aug. Reg. B. L. 96 ſq. μαχούμενον Aug.*

„ dam. Docere enim quiſque ſe ipſe poteſt, mare hoc, quod a tergo tot nobis commoditates & alimenta affatim ſuppeditat, victoriam nobis offerre abſque ullo periculo obtinendam; modo patienter & æquo animo feratis hos vobis inſultantes & provocantes, non quod virtute præpolleant, (ut declaravit heſternum certamen,) ſed ut alteri timori adferant remedium. Ceterum iſtam alacritatem, quam nunc vos volo continere, abunde tunc præſtate quando poſtulabimus. Victoriæ autem præmia ex aſſe, ubi diis viſum fuerit, poſt omnino profliga„ tos hoſtes perſolvam: nunc pro forti opera heri navata, millenos denarios accipietis a me ſinguli: ordines ducentibus pro portione numerabitur." Hæc locutus *Brutus* continuo donativum legionatim diſtribuit; ſimulque, ſi fides eſt nonnullis auctoribus, *Lacedæmonem et Theſſalonicam diripiendas militibus ſe conceſſurum eſt pollicitus.*

119. At *Cæſar et Antonius*, intelligentes Brutum non pugnaturum niſi coactum, *concionem advocarunt.* Tum ANTONIUS *ita locutus eſt:* „HESTERNAM victoriam, MILITES, hoſtes pariter ſibi ſatis

Digitized by Google

οἶδα ὅτι καὶ οἱ πολέμιοι μερίζονται, ὡς διώξαντές τινας ἡμῶν, καὶ τὸ στρατόπεδον διαρπάσαντες· ἔργῳ δὲ ἐπιδείξουσιν ἅπαν ὑμέτερον. ὑπισχνοῦμαι γὰρ ὑμῖν, οὔτε αὔριον, οὔτε ταῖς ἐπιούσαις ἑκόντας αὐτοὺς ἐς μάχην ἥξειν· ὃ σαφεστάτη πίστις ἐστὶ τῆς ἐχθὲς ἥσσης καὶ φόβου, ὅταν, ὥσπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς, ἀφιστῶνται τοῦ ἀγῶνος οἱ ἐλάττονες. οὐ γὰρ ἐς τοῦτό γε στρατὸν ἤγειρον τοσόνδε, ἵνα τῶν Θρᾳκῶν ἐρημίαν οἰκῶσι διατειχίσαντες. ἀλλὰ καὶ αὐτὴν διετείχισαν μὲν ἔτι προσιόντων ὑμῶν, διὰ δέος· ἐλθόντων δὲ, ἐνοικοῦσι διὰ τὴν ἐχθὲς ἧσσαν· ἐφ' ᾗ καὶ τῶν στρατηγῶν ὁ πρεσβύτερός τε καὶ ἐμπειρότερος, πάντα ἀπογνοὺς, ἑαυτὸν διεχρήσατο· ὃ καὶ αὐτὸ μεγίστη συμφορῶν ἐστὶν ἀπόδειξις. Ὅταν οὖν, ἡμῶν αὐτοὺς προκαλουμένων, μὴ δέχωνται, μηδὲ καταβαίνωσιν ἀπὸ τῶν ὀρῶν, ἀλλ' ἀντὶ τῶν χειρῶν πιστεύωσι τοῖς κρημνοῖς· τότε μοι θαῤῥοῦντες ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ρω- A. U. 712.

*Lin. 4. ὃ, quod abeſt vulgo ab Edd. & MSStis, adjiciendum putavi, conſentientibus Gelenio, H. Stephano & Muſgr. L. 8. καὶ, poſt ἀλλὰ, abeſt a Reg. B. & in Aug. ſtatim omiſſum fuerat, ſed mox ab ead. manu eſt adjectum.*

„ ſcio) verbis quidem vindicant, ut qui noſtrarum copiarum partem fuderint, caſtraque diripuerint. At re tamen fatebuntur, veſtram eſſe integram. Polliceor enim vobis, nec cras, nec ſequentibus diebus ſponte prodituros in aciem: quod certiſſimum argumentum eſt, heri victos adhuc pavere; quum, ſicut athletæ victos ſe confitentes, non audent amplius certamini ſeſe committere. Non enim ideo certe tam numeroſum collegerunt exercitum, ut interſepto aditu degant in Thraciæ deſertis: ſed „ quem murum vobis huc advenientibus objecerunt præ timore, intra eumdem ſe nunc, quum adeſtis, continent, clade heſterna perculſi. Quæ clades imperatorum quoque alterum, ætate majorem, & uſu peritiorem, deſperatione coëgit necem ſibi conſciſcere: quod & ipſum maximum eſt cladis indicium. Ergo quodſi, nobis provocantibus, in æquum locum non deſcenderint, maluerintque in rupibus fiduciam collocare, quam in manibus; tum vero, ut Romanos decet, colligite robur, &

A. U. 712. ῥωμαῖοι, συναναγκάσατε αὐτοὺς αὖθις, ὥσπερ ἐχθὲς ἠναγκάσατε, αἰσχρὸν ἡγούμενοι δεδιότων ἐλασσοῦσθαι, καὶ ὀκνούντων ἀπέχεσθαι, καὶ τειχῶν ἄνδρες ὄντες ἀσθενέστεροι γενέσθαι. οὐ γὰρ ἤλθομέν γε καὶ ἡμεῖς ἐν πεδίῳ βιώσοντες, οὐδ᾽ ἔστι βραδύνουσιν οὐδὲν αὔταρκες. ἀλλὰ δεῖ τοῖς εὖ φρονοῦσι τοὺς μὲν πολέμους ὀξεῖς, τὴν δὲ εἰρήνην ἐπιμήκιστον εἶναι.

CXX. Τοὺς μὲν οὖν καιροὺς, καὶ τὰ ἐς τοῦτον ἔργα, ἐπιμηχανησόμεθα ἡμεῖς, οὐ μεμπτοὶ καὶ τῆς ἐχθὲς ὁρμῆς τε καὶ μηχανῆς ὑμῖν γενόμενοι· τὴν δ᾽ ἀρετὴν ὑμεῖς, ὅταν αἰτῆσθε, ἀποδίδοτε τοῖς στρατηγοῖς· μηδὲ ἄχθεσθε τῆς ἐχθὲς ἁρπαγῆς, μηδ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγον. οὐ γὰρ, ἐν οἷς ἔχομεν, ἐστὶ τὸ πλουτεῖν· ἀλλ᾽ ἐν τῷ κρατεῖν ταῖς δυνάμεσιν· ὃ καὶ τὰ ἐχθὲς ἀφαιρεθέντα, ἔτι ὄντα παρὰ τοῖς πολεμίοις σῶα, καὶ τὰ πολεμίων αὐτὰ ἐπ᾽ ἐκείνοις, κρατοῦσιν ἡμῖν ἀποδώσει. καὶ εἰ ἐπειγόμεθα αὐτὰ λα-

*Lin.* 20. οὐδ᾽ ἔτι βραδυν. *Edd. Recte Aug. Cand. Ibid. ſq.* ἀλλὰ δεῖ τοῖς *edit.* 1. *mend. L.* 22. ἐπὶ μήκιστον *edit.* 3. *invitis MSS. L.* 23. *Aut* ἐς τούτους, *ut maluerat H. Stephanus, aut* ἐς τοῦτο, *utique videtur legendum. L.* 24. ἐπιμηχανησώμεθα *edit.* 1. 2. *ex Regiis. Correxit Tollius, monente H. Stephano: & ſic dedit Aug. L.* 31. εἰ ἐπειγόμεθα *edit.* 1. *perperam.*

„ ſicuti heri feciſtis, rurſus ad pugnandum eos cogite; turpe putantes cedere territis, abſtinere a ſegnibus, & minoris arma virtutemque veſtram quam illorum munimenta æſtimare. Neque enim nobis certe pariter atque illis propoſitum eſt, in campis perpetuo degere: & morantes cuncta deficient. Imo vero, *qui ſapiunt, curant, ut bellum abſolvant quam celerrime, et pace quam diutiſſime fruantur.*

120. „ Igitur opportunitates rationemque rerum gerendarum nos providebimus, quos heri non pœnitendos ardoris & conatus duces habuiſtis: vos contra, ubi imperatores poſtulaverint, virtutem exſerite. Neque vero moerore ullo vos adficiat heſterna jactura. Non enim in his quæ habemus ſitæ ſunt noſtræ divitiæ, ſed in victoria virtute parta: quæ non ſolum eas res, quæ heri nobis ablatæ ſunt, & integræ adhuc apud hoſtem ſervantur, vincentibus nobis reſtituet, ſed & ipſorum hoſtium bona nobis tradet. Quibus ſi quampri-

Digitized by Google

βεῖν, ἐπειγώμεθα ἐπὶ τὴν μάχην. ἱκανὰ δὲ καὶ ἐχθὲς ἀντειλήφαμεν αὐτῶν, καὶ τῶν ἡμετέρων ἴσως ἱκανώτερα. A. U. 712. οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῆς Ἀσίας πάνθ᾽, ὅσα ἐβιάσαντο καὶ ἥρπασαν, ἐπήγοντο· ὑμεῖς δὲ, ὡς ἐκ πατρίδος ἰόντες, τὰ μὲν δαψιλέστερα οἴκοι ὑπελίπεσθε, τὰ δὲ ἀναγκαῖα μόνα ἐπήγεσθε. εἰ δέ τι καὶ δαψιλὲς ἦν, ἡμέτερον ἦν τῶν στρατηγῶν, οἳ πάντα ἐσμὲν ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας νίκης ἐπιδιδόναι πρόθυμοι. καὶ τῆς τοιαύτης δὲ ὅμως ζημίας ὑμῶν ἕνεκα ἐπιδώσομεν νικητήρια, δραχμὰς ἑκάστῳ στρατιώτῃ πεντακισχιλίας, λοχαγῷ δὲ πεντάκι τοσαύτας, χιλιάρχῃ δὲ τὸ διπλάσιον τοῦ λοχαγοῦ.

CXXI. Τοιαῦτα εἰπὼν, τῆς ἐπιούσης πάλιν ἐξέτασσε. καὶ οὐ κατιόντων οὐδὲ τότε τῶν πολεμίων, ὁ μὲν Ἀντώνιος ἐβαρυθύμει, καὶ ἐξέτασσεν αἰεί. ὁ δὲ Βροῦτος τοῦ στρατοῦ τὸ μὲν εἶχε συντεταγμένον, μὴ ἀναγκασθείη μάχεσθαι, τῷ δὲ τὰς ὁδοὺς τῆς κομιδῆς τῶν ἀναγ-

*Lin.* 32. λαβεῖν, ἐπειγόμεθα *edit.* 2. *oper. err.* *L.* 33. ἱκανότερα *edit.* 2. *oper. err.* *L.* 37. ὑμέτερον *edit.* 1. *invit. MSS.* *L.* 38. ἡμετέρα *Regii.* *L.* 41. πεντάκις *Aug.* *L.* 44. τότε *carent Edd. male. Deerunt Reg. A. Aug. Ven.*

„ mum potiri cupimus, ad pugnandum feſtinemus. Quamquam heri jam ſatis multa pro illis viciſſim recepimus; ac fortaſſe plura quam amiſimus: nam illi, quidquid ex Aſia per vim rapuerunt, ſecum ferebant; vos, e patria diſcedentes, relictis rebus pretioſioribus, neceſſaria tantum vobiſcum adtuliſtis. Quod ſi quid tamen etiam fuit lautius, nobis imperatoribus illud erit ablatum, qui vobis pro victoria veſtra omnia de noſtro reſtituere ſumus parati: neque vero obſtabit ea jactura quominus „ vobis perſolvatur victoriæ præmium, in milites ſingulos viginti millia HS. centurioni quintuplum, tribuno duplum ejus quod accipit centurio. „

121. In hanc ſententiam locutus *Antonius*, poſtridie ejus diei rurſus in aciem milites produxit. Quumque hoſtis non deſcenderet, moleſte id tulit, nec deſtitit quotidie eos producere. *Brutus* vero copias ſuas partim inſtructas habebat, ne cogeretur invitus pugnare; partim per viam, qua commeatus adferebantur, certis intervallis diſpoſuerat præ-

Digitized by Google

A. U. 712.

καίων διελάμβανε. Λόφος δὲ ἦν ἀγχοτάτω τοῦ Κασσίου στρατοπέδου, δυσχερὴς μὲν ὑπὸ ἐχθρῶν καταληφθῆναι, διὰ τὴν ἐγγύτητα ἐστοξεύεσθαι δυναμένων· ὁ δὲ Κάσσιος αὐτὸν ὅμως ἐφρούρει, μὴ καὶ παρὰ δόξαν ἐπιτολμήσειέ τις. ἐκλειφθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Βρούτου, κατέλαβον οἱ περὶ τὸν Καίσαρα νυκτὸς, τέσσαρσι τέλεσιν, ἐπαγόμενοι γέῤῥα πολλὰ καὶ διφθέρας ἐς προβολὴν τοῖς τοξεύμασι. Ὡς δὲ κατέσχον, ἄλλα τέλη δέκα μετεστρατοπέδευον ὑπὲρ πέντε σταδίους, ἀπιοῦσιν ἐπὶ τὴν θάλασσαν· καὶ ὑπὲρ ἄλλους τέσσαρας, δύο· ὡς τῷδε τῷ τρόπῳ προελευσόμενοι μέχρι θαλάσσης, καὶ ἢ παρ᾽ αὐτὴν ἄρα τὴν θάλασσαν, ἢ διὰ τῶν ἑλῶν, ἢ ὅν τινα τρόπον ἄλλον ἐπενόουν, βιασόμενοι, καὶ τὴν ἀγορὰν ἀποκλείσοντες τῶν πολεμίων. Καὶ ὁ Βροῦτος αὐτοῖς ἀντεμηχανᾶτο, ἄλλα τε, καὶ φρούρια ἀντικαθιστὰς τοῖς ἐκείνων στρατοπέδοις.

CXXII. Τὸ δὲ ἔργον ἤπειγε τοὺς ἀμφὶ τὸν Καίσαρα· καὶ λιμὸς ἦν ἤδη σαφὴς, ἔς τε μέγεθος καὶ δέος ἑκάστης ἡμέρας

Lin. 48. ἀγχωτάτω *Edd. invitis MSS.* L. 53. τέτρασι τέλεσι *Aug. Ven.* L. 54. γέρα *mend. edit.* 1. *cum Regiis.* L. 57. ὡς δὲ τῷ τρόπῳ *edit.* 1. *male cum Regiis.* L. 58. καὶ ἡ παρ᾽ αὐτὴν *edit.* 2. 3. *mend.*

ſidia. Erat tumulus proximus caſtris Caſſii, quem occupare hoſti erat difficile, quia ſagittis e caſtris infeſtari poterat: ei tamen Caſſius impoſuerat præſidium, ne quis audacior eum invaderet. Hunc, a *Bruto* derelictum, *Cæſariani* occuparunt noctu quatuor legionibus, frequentibus cratibus protecti ac coriis ad arcenda miſſilia. Quo occupato, aliæ decem legiones moverunt caſtra verſus mare quinque ſtadia; & inde porro quatuor ſtadiorum intervallo duæ metatæ ſunt; eoque modo extenſuri ſe erant uſque ad mare, cogitantes, aut per littus, aut per paludes, aut quacumque alia ratione, perrumpere, & intercludere commeatus hoſtium. Huic conſilio *Brutus* occurrit, cum aliis artibus, tum caſtellis ex adverſo hoſtilium caſtrorum oppoſitis.

122. At *Cæſariani* moras ferre non poterant, *fame* jam *manifeſte preſſi*, quæ in dies creſcens metum augebat. Nam nec

ἡμέρας ἐπεγίγνετο. οὔτε γὰρ ἐκ Θεσσαλίας αὐτοῖς ἔτι τὰ ἀρκοῦντα ἐκομίζετο· οὔτε τις ἦν ἐλπὶς ἐκ θαλάσσης, ναυκρατούντων πανταχῆ τῶν πολεμίων· τῆς τε ἔναγχος περὶ τὸν Ἰόνιον συμφορᾶς ἐξηγγελμένης ἐς ἑκατέρους ἤδη, μᾶλλον ἐδεδοίκεσαν, αὐτά τε, καὶ τὸν χειμῶνα προσιόντα, ὡς ἐν πεδίῳ πηλώδει σταθμεύοντες. ὧν ἐνθυμούμενοι, τέλος μὲν ὁπλιτῶν ἐς Ἀχαΐαν ἐξέπεμψαν, ἀγείρειν τὰ ἐντυγχάνοντα πάντα, καὶ πέμπειν σφίσι κατὰ σπουδήν. Οὐκ ἀνεχόμενοι δὲ κινδύνου τοσοῦδε προσιόντος, οὔτε τῶν ἄλλων ἐπιτεχνήσεων, οὔτε ἐν τῷ πεδίῳ λοιπὸν ἐκτάσσειν, παρὰ τὸ τείχισμα τῶν ἐχθρῶν ἀνέβαινον μετὰ βοῆς, καὶ τὸν Βροῦτον ἐκάλουν ἐς μάχην, ἐπισκώπτοντες ἅμα καὶ λοιδοροῦντες, καὶ ἐγνωκότες οὐ πολιορκίας τρόπῳ μᾶλλον, ἢ μανιώδει φορᾷ, μὴ βουλομένῳ συμπλέκεσθαι. *A. U. 712.*

CXXIII. Τῷ δὲ, αὐτῷ μὲν, ἔγνωστο τὰ ἀπ' ἀρχῆς·

*Lin. 66.* ἐπιγίγνετο *Edd. ex Reg. B. Recte Reg. A. & Aug. L. 67.* τις ἐλπὶς ἦν *Edd. Prætuli Aug. Reg. B. L. 76.* ἐκτάσσειν τὸ παρατείχισμα τῶν ἐχθρῶν, ἀνέβαινον *Edd. & MSSti, niſi quod rectius diſtinguat Aug.* juxta hoſtilem murum *Cand. Cogitaveram* πρὸς τὸ παρατείχισμα, *ſed magis placuit emendatio Muſgravii. Malim tamen* παρὰ τὸ περιτείχισμα. *L. 81.* ἐπ' ἀρχῆς *Edd. male. Recte Reg. B. Aug. Ven.*

nec e Theſſalia jam ſatis eis ſubvehebatur, nec e mari quidquam poterant ſperare, claſſibus hoſtium totius maris imperium tenentibus: quin & navalis in Ionio mari pugnæ eventus, ad utrumque exercitum jam perlatus, timorem auxerat; adpetente præſertim hieme, quæ in planitie cœnoſa manentibus eo moleſtior erat futura. Quibus cogitationibus commoti, unam quidem legionem miſerunt in Achajam, quæ, quidquid nanciſceretur, collectum feſtine ad exercitum mitteret. Sed inſtante tanto periculo anxii, quum nec reliquis artibus proficerent quidquam, & tæderet eos fruſtra ſemper in campis oſtentare aciem; ad ipſam tandem munitionem hoſtium cum clamore adſcenderunt, *ad pugnam provocantes Brutum* cavillis atque conviciis, paratique non tam oppugnare, quam inſano impetu invitum ad prælium compellere.

123. At *Brutus* quidem ipſe perſtabat in propoſito; eoque



Digitized by Google

A. U. 712. καὶ μᾶλλόν ἔτι, πυνθανομένῳ περί τε τοῦ λιμοῦ καὶ περὶ τῆς κατὰ τὸν Ἰόνιον εὐπραξίας, καὶ τῶν πολεμίων ὁρῶντι τὴν ἐκ τῆς ἀπορίας ἀπόνοιαν. καὶ ᾑρεῖτο πολιορκίας καὶ ἄλλου παντὸς ἀνέχεσθαι μᾶλλον, ἢ ἐς χεῖρας ἰέναι ἀνδράσιν ἐπειγομένοις ὑπὸ λιμοῦ, καὶ ἀπογιγνώσκουσιν ἐκ τῶν ἄλλων ἑαυτοὺς, καὶ ἐν μόναις ταῖς χερσὶ τὴν ἐλπίδα ἔχουσιν. Ὁ δὲ στρατὸς οὐχ ὁμοίως εἶχεν, ὑπὸ ἀφροσύνης· ἀλλ' ἐδυσφόρουν, γυναικῶν τρόπον ἔνδον μετὰ ἀπραξίας καὶ φόβου κατακεκλεισμένοι. ἐδυσχέραινον δὲ καὶ οἱ ἡγεμόνες αὐτῶν, ἐπαινοῦντες μὲν τὸ ἐνθύμημα τοῦ Βρούτου, νομίζοντες δὲ καὶ θᾶσσον ἐπικρατήσειν τῶν πολεμίων μετὰ προθύμου στρατοῦ. Αἴτιον δὲ τούτων ἦν αὐτὸ τὸ Βροῦτον ἐπιεικῆ καὶ φιλόφρονα ἐς ἅπαντας εἶναι, καὶ ἀνόμοιον Κασσίῳ, αὐστηρῷ καὶ ἀρχικῷ περὶ πάντα γεγενημένῳ. ὅθεν ἐκείνῳ μὲν ἐξ ἐπιτάγματος ὑπήκουον, οὐ παραστρατηγοῦντες, οὐδὲ τὰς αἰτίας μανθάνοντες, οὐδὲ εὐθύνοντες ὅτε καὶ μάθοιεν· Βρούτῳ δὲ οὐδὲν ἀλλ' ἢ συστρατηγεῖν ἠξίουν, διὰ πραΰτητα.

*Lin. 99.* ἤξίου *Edd. perperam. Recte Aug.*

magis, quod audierat de fame & de ſuorum navali victoria, videbatque hoſtium deſperationem ex inopia natam: & malebat oppugnationem aut aliud quidvis ſuſtinere, quam confligere cum viris fame preſſis, qui, deſperatis ceteris rebus omnibus, totam fiduciam in armis haberent. Sed *exercitus aliter ſentiebat*, per imprudentiam; moleſte ferens, mulierum more in caſtris ſe otioſos præ metu concludi. Indignabanturque ductores quoque ordinum; non quod improbarent *Bruti* conſilium, ſed quod, alacritate militum freti, putarent citius parari poſſe victoriam. In cauſa autem erat ipſe *Brutus*, *mitis ac comis erga omnes*; *diſſimilis Caſſio, ſevero et imperioſo per omnia*: quapropter *Caſſii* imperata omnes e veſtigio exſequi conſueverant; nullam imperii partem ſibi adrogantes, nec rationem requirentes juſſorum, nec, ſi ſcirent, redarguentes umquam. At *Bruto*, propter ipſam viri manſuetudinem, non parere, ſed ex æquo cum eo imperare, volebant. Tandem, quum apertius

Digitized by Google

Τέλος δὲ τοῦ στρατοῦ φανερώτερον ἤδη κατὰ ἴλας καὶ κατὰ συστάσεις διαπυνθανομένου· Τί κατέγνωκεν ἡμῶν ὁ στρατηγός; τί ἔναγχος ἡμάρτομεν, οἱ νικήσαντες, οἱ διώξαντες; οἱ τοὺς καθ' ἡμᾶς πολεμίους κατακανόντες, οἱ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν ἑλόντες; Βροῦτος ἑκὼν ἠμέλει, καὶ ἐς ἐκκλησίαν οὐ συνῆγε, μὴ ἀπρεπέστερον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀλογίστως ἐκβιασθείη, καὶ μάλιστα μισθοφόρων, οἷς ἐστιν αἰεὶ (καθὰ καὶ τοῖς εὐχερέσιν οἰκέταις, ἐς ἑτέρους δεσπότας) ἐλπὶς ἐς σωτηρίαν ἡ ἐς τὸ ἀντίπαλον μεταβολή. A. U. 712.

CXXIV. Ενοχλούντων δὲ αὐτῷ καὶ τῶν ἡγεμόνων, καὶ κελευόντων νῦν μὲν ἀποχρήσασθαι τοῦ στρατοῦ τῇ προθυμίᾳ, τάχα τι λαμπρὸν ἐργασομένου· ἢν δ' ἀντιπίπτῃ τι παρὰ τὴν μάχην, ἐπανιέναι πάλιν ἐς τὰ τείχη, καὶ προβάλλεσθαι τὰ αὐτὰ χαρακώματα· χαλεπήνας ὁ Βροῦτος τοῖσδε μάλιστα, ἡγεμόσιν οὖσι, καὶ περιαλγήσας, ὅτι τὸν αὐτὸν οἱ κίνδυνον ἐπικείμενοι συμφέρονται τῷ στρατῷ κουφόνως, ἀμφίβολον καὶ ὀξεῖαν

*Lin.* 9 *ſq.* *Pro* ἐς τὸ ἀντίπαλον *dant mend.* ἐς τὸν Αντώνιον *Aug. Ven.* *L.* 13. ἐργασαμένου *edit.* I.

jam in militum circulis, turmatim coëuntium, voces jactarentur hujuſmodi: *Quo noſtro merito imperator nos condemnat? quid peccavimus nuper, qui hoſtes fudimus et fugavimus? qui oppoſitum nobis cornu concidimus? qui caſtra expugnavimus hoſtium?* conſulto diſſimulavit *Brutus*, nec concionem advocavit, ne magis etiam indecore ab ipſa multitudine rationis experte cogeretur, præſertim a mercenaria turba, quæ ſemper in tranſitione ad partem adverſam, ſicut inconſtantes ſervuli in mutatione dominorum, neſcio quam ſpem ſalutis ponere ſolet.

124. Sed *legatis* quoque *tribuniſque inſtantibus*, monentibuſque „utendum præſenti alacritate militum; fortaſſis enim effecturos aliquid egregium; quod ſi quid adverſum acciderit, redeundum intra vallum, & eaſdem munitiones hoſti objiciendas:" his quidem maxime indignatus *Brutus*; dolenſque, quod, pari periculo cum ipſo obnoxii, pari levitate abriperentur cum militibus, dubiam citam-



Digitized by Google

A. U. 712. τύχην προτιθέντι νίκης ἀκινδύνου, εἶξεν ἐπ' οἰκείῳ καὶ σφῶν ἐκείνων ὀλέθρῳ, τοσόνδε ἐπιμεμψάμενος αὐτοῖς· Ἐοίκαμεν ὡς Πομπήϊος Μάγνος πολεμήσειν, οὐ στρατηγοῦντες ἔτι μᾶλλον, ἢ στρατηγούμενοι. Καί μοι δοκεῖ τόδε μόνον ἐξειπεῖν, ἐπικρύπτων ὃ ἐδεδοίκει μάλιστα, μὴ ὁ στρατὸς, οἷα τοῦ πάλαι Καίσαρος γεγονὼς, ἀγανακτήσειέ τε καὶ μεταβάλοιτο· ὅπερ ἐξ ἀρχῆς αὐτός τε καὶ Κάσσιος ὑφορώμενοι, ἐς οὐδὲν ἔργον αὐτοῖς πρόφασιν ἀγανακτήσεως ἐπὶ σφίσιν ἐνεδίδουν.

CXXV. Ὧδε μὲν δὴ καὶ ὁ Βροῦτος ἐξῆγεν ἄκων, καὶ ἐς τάξεις διεκόσμει πρὸ τοῦ τείχους, καὶ ἐδίδασκε μὴ πολὺ προὔχειν τοῦ λόφου, ἵνα αὐτοῖς ἥ τε ἀναχώρησις, εἰ δεήσειεν, εὐχερὴς εἴη, καὶ τὰ ἐς τοὺς πολεμίους ἀφιέμενα ἐπιδέξια. ἦν δὲ ἑκατέρωθεν παρακέλευσίς τε πάντων ἐς ἀλλήλους, καὶ φρόνημα ἐπὶ τῷ ἔργῳ μέγα, καὶ θρασύτης ὑπὲρ λόγον ἀναγκαῖον· τοῖς μὲν, ὑπὸ δέους λιμοῦ· τοῖς δὲ ὑπὸ αἰδοῦς δικαίας, βιασαμένοις τὸν

*Lin.* 25. μεταβάλλοιτο *Aug. Ven.* *L.* 25 *ſq.* καὶ ὁ Κάσσιος *Edd. invitis Reg. B. & Aug.* *L.* 27. ἐδίδουν *Reg. B.*

que fortunam anteponentibus tutæ victoriæ; *ceſſit tandem, in ſuam et ipſorum perniciem*, his tantum verbis conqueſtus: „Videor *ut Pompejus Magnus* bellum geſturus; non tam imperator, quam imperata faciens." Et, quantum ego intelligo, ideo non plura dixit, quia diſſimulabat id quod metuebat maxime, ne exercitus, C. Cæſaris militiam olim ſecutus, nunc indignatione commotus ad hoſtem ſigna transferret: quod ipſum jam inde ab initio & ipſe *Brutus* & Caſſius veriti, ſedulo caverant, ne ullam materiam ſtomachandi adverſus ſeſe militibus præberent.

125. Ita *Brutus* quoque ſuos produxit *invitus*, & ante munitiones ſtruxit aciem: ſubinde admonens, ne longius a tumulo procederent; ut & receptus, ſi res id poſceret, eſſet facilis, & eo commodius in hoſtem e ſuperiore loco poſſent tela conjicere. Erat autem in utriſque aciebus mutua cohortatio, & ſumma pugnandi cupiditas, audaciaque modum neceſſarium excedens; quod alteros fames urgeret, alteros juſtus pudor, qui imperatorem cunctantem

Digitized by Google

στρατηγὸν ἀναβαλλόμενον ἔτι, μὴ χείροσιν ὧν ὑπέσχοντο ὀφθῆναι, μηδὲ ἀσθενεστέροις ὧν ἐθρασύνοντο, μηδὲ προπετείας ὑπευθύνοις μᾶλλον, ἢ ἀξιεπαίνοις εὐβουλίας. ἃ καὶ ὁ Βροῦτος αὐτοῖς, ἐπὶ ἵππου παραθέων, σοβαρῷ τῷ προσώπῳ προενέφαινε· καὶ δι' ὀλίγων ὑπεμίμνησκεν, ὅσον ὁ καιρὸς ἐδίδου· Ὑμεῖς ἠθελήσατε μάχεσθαι· ὑμεῖς με, ἑτέρως ἔχοντα, νικᾶν ἐβιάσασθε· μὴ δὴ ψεύσησθε τῆς ἐλπίδος μήτε ἐμὲ μήτε αὐτούς. ἔχετε καὶ λόφον σύμμαχον, καὶ τὰ κατὰ νώτου πάντα ἴδια. οἱ πολέμιοι δ' εἰσὶν ἐν ἀμφιβόλῳ· μεταξὺ γάρ εἰσιν ὑμῶν τε καὶ λιμοῦ. Ὁ μὲν τοιαῦτα λέγων διετρόχαζε, καὶ αὐτὸν αἱ τάξεις ἐπήλπιζον, καὶ μετὰ βοῆς παρέπεμπον εὐφήμου. A. U. 712.

CXXVI. Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντώνιος τοὺς ἰδίους περιθέοντες, τήν τε δεξιὰν ὤρεγον ἐφ' οὓς παραγένοιντο, καὶ σοβαρώτερον ἔτι οἵδε ἐπέσπερχον αὐτούς, καὶ τὸν λιμὸν οὐκ ἐπέκρυπτον, ὡς εὔκαιρον ἐς εὐτολμίαν προφέρειν· Εὕρομεν, ὦ ἄνδρες, τοὺς πολεμίους· ἔχομεν οὓς ἐζητοῦ-

*Lin.* 41. ὅσαν *Aug. rectius fortaſſe. Ibid.* ἰθελήσατε *Edd. Prætuli Aug. L.* 42. μηδὲ ψεύσησθε *Edd. mend. Recte Aug. Reg. A. L.* 50. ἐφ' οἷς *Edd. Prætuli Aug. Reg. B. L.* 52. ἐς *ante* εὐτολμίαν *abeſt ab Editis. Dedit Aug.*

adhuc coëgerant ad prælium; quibus tunc curæ erat, ut re adpareret fortitudo & audacia, quam verbis præ ſe tulerant; ne temeritatem magis ſecuti viderentur, quam laudabile conſilium. Quod & *Brutus*, *obequitans ordines*, ſevero vultu eis ingerebat, paucis pro tempore admonens: „Vos pugnare voluiſtis: vos me, aliter ſentientem, vincere cogitis: cavete, ne vel meam vel veſtram ſpem fruſtremini. Et tumulus vos protegit, & a tergo veſtra omnia tuta habetis. Hoſtes in ancipiti ſunt periculo, inter vos & famem poſiti." Talia monens diſcurrebat, ordinibus adclamantibus & fauſta ominantibus.

126. *Cæſar* vero *et Antonius*, ſuos uterque obequitans, dextramque proximis porrigens, ſeverioribus etiam gravioribuſque verbis concitabant; neque famem diſſimulabant, opportunum momentum ad accendendam audaciam: „Invenimus hoſtem; *Milites!* adepti ſumus extra mu-

A. U. 718.

μεν ἔξω τείχους λαβεῖν. Μὴ δή τις ὑμῶν τὴν ἰδίαν πρόκλησιν καταισχύνῃ, μηδὲ τῆς ἀπειλῆς ἐλάττων γένηται· μηδὲ λιμὸν, ὄλεθρον ἀμήχανόν τε καὶ ἐπώδυνον, ἕληται μᾶλλον, ἢ πολεμίων τείχη καὶ σώματα, ἃ καὶ τόλμαις ἐνδίδωσι καὶ σιδήρῳ καὶ ἀπονοίᾳ. Ἔχει δὲ ἡμῖν ἐπείξεως ὧδε τὰ παρόντα, ὡς μηδὲν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἀνατίθεσθαι, ἀλλὰ σήμερον περὶ ἁπάντων διακριθῆναι μέχρι νίκης ἐντελοῦς, ἢ εὐγενοῦς θανάτου. Νικῶσι δ' ἐστὶ λαβεῖν, διὰ μιᾶς ἡμέρας καὶ δι' ἑνὸς ἔργου, τροφὰς καὶ χρήματα καὶ ναῦς καὶ στρατόπεδα, καὶ τὰ νικητήρια παρ' ἡμῶν. Ἔσται δὲ ταῦτα, ἢν πρῶτον μὲν ἐμβαλόντες αὐτοῖς μνημονεύωμεν τῶν ἐπειγόντων· εἶτα παραῤῥήξαντες, εὐθὺς ἀποκλείωμεν ἀπὸ τῶν πυλῶν, ἐς δὲ τοὺς κρημνοὺς ἢ τὰ πεδία περιωθῶμεν· ἵνα μὴ ὁ πόλεμος αὖθις ἀναφύοιτο, μηδὲ ἐς τὴν ἀργίαν πάλιν οἱ ἐχθροὶ διαδιδράσκοιεν, οἱ δι' ἀσθένειαν, μόνοι δὴ πολεμίων, οὐκ ἐν τῷ μάχεσθαι τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν, ἀλλ' ἐν τῷ μὴ μάχεσθαι.

*Lin. 60. Pro* περὶ *dant* ἐπὶ *edit. 2. 3. mend. & invitis MSS. L. 64.* ἐμβαλλόντες *(ſic) Aug. Reg. B.*

„nitiones quos quæſivimus: Cavete, ne quis veſtrûm ſuam provocationem dehoneſtet, ne minis facta parum reſpondeant! Cavete, ne malitis cum fame, acerbo malo & inexpugnabili, conflictari, quam cum hoſtium munimentis corporibuſque, ferro veſtro & audaciæ atque adeo deſperationi ceſſuris. Sunt vero eo in ſtatu res noſtræ, ut in craſtinum non liceat differre: hodie de rerum ſumma decernendum eſt, & aut vincendum omnino, aut generoſe cadendum. Vincentibus autem, uno die, uno labore, alimenta & pe„cuniam & claſſes & caſtra licet obtinere, & inſuper a nobis victoriæ præmia. Vincemus autem, ſi primo congreſſu memores neceſſitatis fuerimus; deinde ſi, perruptis hoſtium ordinibus, confeſtim reditum ad portam eis intercluſerimus, & aut in prærupta eos aut in plana propulerimus; ne bellum rurſus renaſcatur, neve inimici ad otium refugiant: qui, imbecillitatis ſuæ conſcientia, ſoli hoſtium non in pugnando ſpem collocant, ſed in abſtinendo a pugna."

CXXVII. Οὕτως μὲν ὁ Καῖσάρ τε καὶ ὁ Αντώνιος παρώτρυνον, ἐφ᾽ οὓς παραγένοιντο. καὶ πᾶσιν ἦν αἰδὼς, ἀξίοις τε φανῆναι τῶν στρατηγῶν, καὶ τὴν ἀπορίαν ἐκφυγεῖν, ὑπεραυξηθεῖσαν ἐκ παραλόγου διὰ τὰ ἐν τῷ Ιονίῳ γενόμενα. ᾑροῦντό τε, ἐν ἔργῳ καὶ ἐν ἐλπίσιν, εἰ δέοι, τὶ παθεῖν, μᾶλλον, ἢ ὑπὸ ἀμηχάνου κακοῦ δαπανώμενοι. Ὧδε δὲ ἐχόντων αὐτῶν, καὶ πρὸς τὸν ἐγγὺς αὐτὰ ἐκφέροντος ἑκάστου, ὁ θυμὸς ἀμφοτέρων ηὔξετο μάλιστα, καὶ ἐνεπίμπλαντο τόλμης ἀκαταπλήκτου. οὐδέν τε ἐν τῷ παρόντι, ἀλλήλων ὅτι ἦσαν πολῖται, οὐδὲ ἐπεμέμνηντο· ἀλλ᾽ ὡς ἐκ φύσεως καὶ γένους ἐχθροῖς ἐπηπείλουν. οὕτως ἡ παραυτίκα ὀργὴ τὸν λογισμὸν αὐτοῖς καὶ τὴν φύσιν ἔσβεσεν. Επεμαντεύοντο δὲ ὁμαλῶς ἑκάτεροι, τήνδε τὴν ἡμέραν ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ πάντα τὰ Ρωμαίων πράγματα κρινεῖν. καὶ ἐκρίθη. A. U. 712.

CXXVIII. Ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας ἀμφὶ τήνδε τὴν παρασκευὴν ἐς ἐνάτην ὥραν δεδαπανημένης, αἰετοὶ δύο ἐς τὸ

*Lin.* 72. τε *poſt* Καῖσαρ *caret Aug.* *L.* 80. ἐνεπίπλαντο *Reg. B.* *L.* 88. ἐννάτην *Edd. Expreſſi ſcripturam Aug.*

127. His tunc adhortationibus *Caſar et Antonius*, quacunque ſe verterent, utebantur. Et pudor omnes inceſſerat, cupiditaſque dignos ſe præſtandi exſpectatione imperatorum, & effugiendi famem ex necopinato ſupra modum auctam per cladem in Adriatico mari acceptam. Malebantque in acie cum bona ſpe cadere, ſi ita res ferret, quam abſumi malo inexpugnabili. Hoc modo adfectis militibus, & hujuſmodi cogitationes inter ſe mutuo conferentibus, mirum in modum utrique exercitui aucti ſunt animi, & audacia repleti ſunt nullum formidante periculum. Neque ſubibat in præſenti cogitatio, eſſe inter ſe jure civium conjunctos: ſed, veluti natura hoſtes fuiſſent & gentilitio quodam odio exagitati, ſic minas alteri in alteros jactabant. Adeo præſens ira plus, quam ratio naturaque, valuit. Utrique autem pariter divinabant, *hoc ipſo die, eodem hoc prælio, de ſumma rerum Romanarum decerni.* Et decretum eſt.

128. Jam dies, dum ſe parant, ad nonam horam proceſſerat, quum coortæ duæ



Digitized by Google

A. U. 712.

μεταίχμιον συμπεσόντες ἀλλήλοις ἐπολέμουν· καὶ ἦν σιγὴ βαθυτάτη. Φυγόντος δὲ τοῦ κατὰ Βροῦτον, βοή τε παρὰ τῶν πολεμίων ὀξεῖα ἐγέρθη, καὶ τὰ σημεῖα ἑκατέρωθεν ἐπῆρτο, καὶ ἔφοδος ἦν σοβαρά τε καὶ ἀπηνής. τοξευμάτων μὲν δὴ καὶ λίθων ἢ ἀκοντισμάτων ὀλίγον αὐτοῖς ἐδέησε πολέμου νόμῳ, ἐπεὶ οὐδὲ τῇ ἄλλῃ τέχνῃ καὶ τάξει τῶν ἔργων ἐχρῶντο· ἀλλὰ γυμνοῖς τοῖς ξίφεσι συμπλεκόμενοι ἔκοπτόν τε καὶ ἐκόπτοντο, καὶ ἀλλήλους ἐξώθουν ἀπὸ τῆς τάξεως· οἱ μὲν, περὶ σωτηρίας μᾶλλον ἢ νίκης· οἱ δὲ, περὶ νίκης καὶ παρηγορίας στρατηγοῦ βεβιασμένου. Φόνος δὲ ἦν καὶ στόνος πολύς. καὶ τὰ μὲν σώματα αὐτοῖς ὑπεξεφέρετο, ἕτεροι δὲ ἀντικαθίσταντο ἐκ τῶν ἐπιτεταγμένων. οἱ στρατηγὺ δὲ σφᾶς, περιθέοντες, καὶ ὁρώμενοι πανταχοῦ, ταῖς τε ὁρμαῖς ἀνέφερον, καὶ παρεκάλουν πονοῦντας ἔτι προσπονῆσαι, καὶ τοὺς κεκμηκότας ἐνήλλασσον, ὥστε ὁ θυμὸς αἰεὶ τοῖς ἐπὶ τοῦ μετώπου καινὸς ἦν. Τέλος δὲ οἱ τοῦ

*Lin.* 90. κατὰ Βρούτου *Edd. mend. Recte Reg. A. Aug. Ven.* *L.* 92 *ſq.* ἀπεινής *Edd. mend. invitis Reg. A. Aug.* *L.* 96. τοῖς, *ante* ξίφεσι, *carent Edd. Dederunt Reg. A. & Aug.* *L.* 97. ἐξώθουν *edit.* 1. *mend.*

aquilæ pugnare ſecum cœperunt inter utramque aciem, intentam ſummo ſilentio. Quarum poſtquam fugata eſt ea, quæ a *Bruto* ſteterat, conclamarunt hoſtes, & *ſigna utrimque collata ſunt.* Fuitque *congreſſus ſuperbus et atrox.* Omiſſis enim mox cujuſque generis miſſilibus, ceteriſque artibus rationibuſve quæ in prœliis adhiberi mos eſt, nudatis protinus gladiis pugnabant cominus, ferientes & ictus excipientes, impulſuque mutuo turbare conantes adverſariorum ordines; alteri pro ſalute magis, quam pro victoria, certantes; alteri pro ipſa victoria, & pro ſolatio imperatoris, quem importunitate ſua ad id prælium coëgerant. Eratque multa ubique cædes, multus gemitus: & ſubtractis ſemper cadentium corporibus, alii ſtatim ex proximis ordinibus ſuccedebant. Imperatoreſque circumcurſantes, & nuſquam non conſpicui, impetu ardoreque ſuo erigebant laborantes, hortabanturque ut durarent etiamnum pauliſper, & in feſſorum locum recentes ſufficiebant, ut a fronte ſem-

Καίσαρος, εἴτε διὰ δέος τοῦ λιμοῦ, εἴτε δι' αὐτοῦ Καίσαρος εὐτυχίαν, (οὐ γὰρ ἐπίμεμπ]οί γε ἦσαν οὐδὲ οἱ Βρούτειοι·) τὴν φάλαγ[α τῶν ἐχθρῶν ἐκίνουν, ὥσπερ τι μηχάνημα τῶν βαρυτάτων ἀνατρέποντες· οἱ δ' ἀνεωθοῦντο μὲν ἐπὶ πόδας ἐς τὸ ὀπίσω βάδην ἔτι καὶ μετὰ φρονήματος. ὡς δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ σύνταξις ἤδη παρελέλυτο, ὀξύτερον ὑπεχώρουν, καὶ, τῶν ἐπιτεταγμένων σφίσι δευτέρων καὶ τρίτων συνυποχωρούντων, μισγόμενοι πάντες ἀλλήλοις ἀκόσμως, ἐθλίβοντο ὑπὸ σφῶν καὶ τῶν πολεμίων, ἀπαύσ]ως αὐτοῖς ἐπικειμένων, ἕως ἔφευγον ἤδη σαφῶς. Καὶ οἱ τοῦ Καίσαρος, τότε μάλισ]α τοῦ παρηγ[ελμένου σφίσιν ἐγκρατῶς ἐχόμενοι, τὰς πύλας προελάμβανον σφόδρα ἐπικινδύνως· ἄνωθέν τε γὰρ βάλλοντο, καὶ ἐκ τοῦ μετώπου· μέχρι πολλοὺς ἐσδραμεῖν ἐκώλυσαν, οἳ διέφυγον ἐπί τε τὴν θάλασσαν, καὶ ἐς τὰ ὄρη διὰ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ζυγάκ]ου. *A. U. 712.*

CXXIX. Γενομένης δὲ τῆς τροπῆς, τὸ λοιπὸν ἔργον οἱ σ]ρατηγοὶ διῃροῦντο· Καῖσαρ μὲν, αἱρεῖν τοὺς ἐκπί-

er redintegrarentur animi. Tandem Cæſariani, ſive propter metum famis, ſive propter fortunam ipſius Cæſaris, (nam nec *Bruti milites* incuſari poterant) aciem adverſam loco moverunt, ac ſi impreſſione facta machinam quampiam protruderent graviſſimam: hoſtes vero *pedem referebant*, lente etiam tum & intrepide. Ut vero ordines eoque cœperunt diſſolvi, concitatius ſe recipiebant; &, cedentibus ſimul eis qui in ſecunda ac tertia acie ſtetenant, mox omnes promiſcue confuſi cum a ſuis premebantur tum ab hoſtibus inceſſanter urgentibus, tandemque *in non dubiam fugam effundebantur*. Jamque *Cæſariani*, mandatorum tunc maxime memores, *portam caſtrorum*, magno ſuo periculo (telis enim & ſuperne & a fronte petebantur,) *occuparunt*, *et magnam multitudinem reditu excluſerunt*; quæ partim ad mare, partim in montes per Zygacten fluvium, fuga ſe proripuit.

129. Fuga facta, quod reliquum erat operæ, imperatores inter ſe partiti ſunt: relictoque *Cæſare*, ut erumpen-



Digitized by Google

A. U. 712. πίοντας ἐκ τοῦ στρατοπέδου, καὶ αὐτὸ φυλάσσειν τὸ στρατόπεδον· ὁ δὲ Ἀντώνιος πάντα ἦν, καὶ πᾶσιν ἐπέπιπτε, τοῖς τε φεύγουσι, καὶ τοῖς ἔτι συνεστῶσι, καὶ τοῖς ἄλλοις στρατοπέδοις αὐτῶν, ὁρμῇ τε ὑπερηφάνῳ πάντα ἐβιάζετο ὁμοῦ. καὶ περὶ τοῖς ἡγεμόσι δείσας, μὴ αὐτοὶ διαφυγόντες αὖθις ἕτερον στρατὸν ἀγείρειαν, τοὺς ἱππέας ἐξέπεμπεν ἐπὶ τὰς ὁδούς τε καὶ ἐκβολὰς τῆς μάχης, αἱρεῖν τοὺς ἀποδιδράσκοντας· οἱ, διελόμενοι τὸ ἔργον, ἀνά τε τὸ ὄρος ἐφέροντο σὺν τῷ Θρᾳκίῳ Ῥάσκῳ, δι' ἐμπειρίαν ὁδῶν συναπεσταλμένῳ, καὶ τὰ χαρακώματα καὶ κρημνοὺς περιστάντες, τοὺς ἐκφεύγοντας ἐκυνηγέτουν, καὶ τοὺς ἐντὸς ἐφρούρουν· οἱ δὲ Βροῦτον αὐτὸν ἐδίωκον. καὶ αὐτοὺς ἀσχέτως ἔχοντας τοῦ δρόμου Λουκίλιος ἰδὼν, ὑπέστη, καὶ ὡς Βροῦτος ὢν ἠξίου πρὸς Ἀντώνιον ἀντὶ τοῦ Καίσαρος ἀναχθῆναι· ᾧ δὴ καὶ μάλιστα εἶναι Βροῦτος ἐνομίσθη, τὸν ἀδιάλλακτον ἐχθρὸν ἐκκλίνων. Ἀγομένου

*Lin.* 31 *ſq.* διελομ. τὸ ὄρος, ἀνά τε τὸ ὄρος *Edd. mend. Recte Aug. Vat.* *L.* 32 *ſq.* δι' ἐμπειρίας *Edd. vitioſe, invitis MSStis.* *L.* 36 *ſq.* Λουκίλλιος Λουκῖνος ἰδὼν *Edd.* Λουκίλλιος Λουκῖνος *Reg. A.* Λουκίλλιος Λουκῖνος *Reg. B.* Λουκῖνος *Aug. nec agnoſcit alterum nomen. Pretuli Cand. qui* Lucilium *h. l. & bis deinceps vocat, ignoratque* Lucinum. *L.* 37 *ſqq. Verba* ὢν ἠξίου, *uſque* εἶναι Βροῦτος, *per errorem omiſit Aug.*

2. *Caſſius*, cognomine *Parmenſis*, a Bruto Caſſioque relictus erat in Aſia cum claſſe & exercitu, ut pecunias exigeret. Is poſt Caſſii mortem, de Bruto meliora ſperans, e Rhodiorum navibus triginta ſelegit, quot ſe ſociis navalibus implere poſſe putavit: reliquas, ne civitas res novas moliri poſſet, omnes, excepta ſacra navi, incendit: quo facto, cum navibus ſuis Rhodiiſque ſolvit. *Clodius* autem, a Bruto Rhodum cum tredecim navibus miſſus, poſtquam res novas molientes Rhodios



Digitized by Google

A. U. 712. (ἐτεθνήκει γὰρ ἤδη καὶ ὁ Βροῦτος,) ἐξήγαγε τὴν Φρουρὰν, οὖσαν ὁπλιτῶν τρισχιλίων, καὶ ἐς τὸν Παρμήσιν ἐχώρει. Αφίκετο δὲ αὐτοῖς καὶ Τουρούλιος, ἑτέρας ναῦς ἔχων πολλὰς καὶ χρήματα, ὅσα προεξείλεκτο ἀπὸ τῆς Ῥόδου. Ες δὴ τὸ ναυτικὸν τοῦτο, ὡς ἐς ἤδη τινὰ ἰσχὺν, συνέθεον ὅσοι ἦσαν κατὰ μέρη τῆς Ασίας ἐπὶ τῶν ὑπηρεσιῶν, καὶ αὐτὸ ὁπλίταις τε ἐξ ὧν ἐδύναντο ἀνεπλήρουν, καὶ ἐρέταις ἐκ θεραπόντων ἢ δεσμωτῶν, ἐπιπλέοντες δὲ ταῖς νήσοις, καὶ ἀπὸ τῶν νησιωτῶν. ἦλθον οἱ ἐς αὐτοὺς καὶ Κικέρων ὁ Κικέρωνος, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν ἐπιφανῶν ἐκ τῆς Θάσου διεπεφεύγεσαν. καὶ ταχὺ πλῆθος ἦν, καὶ σύνταξις ἀξιόχρεως ἡγεμόνων τε καὶ στρατοῦ καὶ νεῶν. Προσλαβόντες δὲ καὶ Λέπιδον μεθ' ἑτέρας δυνάμεως, ἣ Βρούτῳ καθίστατο Κρήτην, πρὸς Μοῦρκον καὶ Δομίτιον Αηνόβαρβον, ἐπὶ μεγάλης δυνάμεως ὄντας, ἐς τὸν Ιόνιον διέπλεον. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἅμα τῷ Μούρκῳ διέπλευσαν ἐς Σικελίαν, καὶ τὴν ἰσχὺν Πομπηίῳ Σέξτῳ συνῆψαν· οἱ δὲ κατέμειναν παρὰ Αηνοβάρβῳ, καὶ τὴν

*Lin.* 28. Τορούλιος *Edd. MSS. Cand. Correxi, præeunte Glandorp. & Freinsh.* *L.* 39. *Forſan* ἢ Βρούτῳ.

invenit; (jam enim & Brutus obierat;) deduxit inde præſidium trium millium legionariorum, & cum Parmenſi ſe conjunxit. Ad eoſdem & *Turulius* venit, cum aliis multis navibus & pecuniis, quas a Rhodiis olim exegerat. Tum ad hanc claſſem, ut in qua jam eſſet aliquid roboris, confluebant quotquot pro variis officiis erant diſtributi per Aſiam: & naves, quantum poterant, legionariis complebant, & remigibus e nexis & mancipiis & ex inſulanis ad quos adpellebant. Acceſſit his quoque *Cicero*, Ciceronis filius, & quotquot nobilium e Thaſo diffugerant. Itaque brevi frequens conventus fiebat, & claſſis exercituſque non contemnendus cum ſuis ducibus. Adſumto deinde *Lepido* etiam cum alia manu, cum qua ille Cretam in Bruti redegerat poteſtatem, ad *Murcum et Ahenobarbum*, validis copiis præfectos, navigarunt in mare Ionium: ubi diviſi, pars cum *Murco* petiit Siciliam, & vires *Sex. Pompejo* addidit; pars cum *Ahenobarbo* manſit, & propriam factionem conſti-

Digitized by Google

αἵρεσιν ἐφ' ἑαυτῶν καθίσταντο. Τοιάδε μὲν ἐκ τῶν λειψάνων τῆς παρασκευῆς Κασσίου τε καὶ Βρούτου πρῶτα συνίσταντο. A. U. 712.

III. Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντώνιος ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ περὶ Φιλίππους ἔθυόν τε λαμπρῶς, καὶ τὸν στρατὸν ἐπῄνουν. Καὶ ἐς τὴν δόσιν τῶν ἐπινικίων ὁ μὲν ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐχώρει, τήν τε γῆν αὐτοῖς διανεμήσων, καὶ ἐς τὰς ἀποικίας καταλέξων· ὧδε γὰρ αὐτὸς εἵλετο, διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν. ὁ δὲ Ἀντώνιος ἐς τὰ πέραν ἔθνη, συλλέξων τὰ χρήματα ὅσα αὐτοῖς ὑπέσχηντο. Διενείμαντο δὲ αὖθις, ὅσα καὶ πρότερον, ἔθνη, καὶ ἐπελάμβανον τὰ Λεπίδου· τήν τε γὰρ Κελτικὴν τὴν ἐντὸς Ἄλπεων ἐδόκει (Καίσαρος ἀξιοῦντος) αὐτόνομον ἀφιέναι, γνώμῃ τοῦ προτέρου Καίσαρος· ὅ τε Λέπιδος διεβάλλετο τὰ παρὰ Πομπηΐῳ προδιδόναι. Καὶ ὥριστο, εἰ Καίσαρι ψευδὴς ἡ διαβολὴ φανείη, ἕτερα ἀντιδοῦναι τῷ Λεπίδῳ. Ἀφίεσαν δὲ τῆς στρατείας τοὺς

*Lin.* 47. ὁ *ad* Ἀντων. *carent Edd. invitis MSS.* *L.* 50. ἐς τὰς οἰκίας *Edd. MSS. Cand. Correxi cum Muſgrav.* *L.* 57. τὰ παρ' αὐτῶν. Πομπηΐῳ *videtur legendum.* *L.* 59. ἀναδοῦναι *Edd. Recte Aug. Reg. B.* *Ibid.* ἀφίεσαν δὲ καὶ τῆς στρατηγίας *Edd. Delevi* καὶ *cum Aug. & Cand.* στρατείας *recte ded. Aug.*

tuit. Atque ita e reliquiis adparatuum Bruti Caſſiique mox hæ rurſus copiæ coiverunt.

3. *Cæſar et Antonius, poſt Philippenſem victoriam*, ſacris magnifice factis, milites pro concione collaudarunt. Tum ad perſolvenda victoriæ præmia *Cæſar in Italiam profectus* eſt, ut agros militibus divideret, & in colonias eos deſcriberet: has enim partes ipſe ſibi elegerat, propter minus firmam valetudinem. *Antonius* vero *tranſmarinas provincias petiit*, collecturus pecunias quas militibus erant polliciti. Rurſus autem, ſicuti prius, diviſerunt inter ſe provincias, adſumtis ſimul illis quæ *Lepidi* fuerant. Nam & *citeriorem Galliam*, poſtulante Cæſare, ex ſententia ſuperioris Cæſaris, *ſui juris facere* conſtituerant: & *Lepidus incuſabatur*, quod Pompejo proderet res ſociorum. Decreveruntque, ut Cæſar, ſi falſa deprehenderetur iſta accuſatio, provincias alias Lepido traderet loco ademtarum. Jamque *emeritos dimiſerunt*,

A. U. 712. ἐντελῆ χρόνον ἐστρατευμένους, χωρὶς ὀκτακισχιλίων· οὓς δεηθέντας ἔτι στρατεύεσθαι σφίσιν, ἀποδεξάμενοι, διείλοντο, καὶ συνελόχισαν ἐς στρατηγίδας τάξεις. Ὁ δὲ λοιπὸς αὐτοῖς στρατὸς ἐγένετο (σὺν τοῖς μεταθεμένοις ἀπὸ Βρούτου) τέλη πεζῶν ἕνδεκα, καὶ ἱππεῖς μύριοι καὶ τετρακισχίλιοι. καὶ ἔσχεν αὐτῶν ὁ μὲν Ἀντώνιος, διὰ τὴν ἀποδημίαν, ἓξ τέλη, καὶ ἱππέας μυρίους· ὁ δὲ Καῖσαρ, ἱππέας τετρακισχιλίους καὶ τέλη πέντε· καὶ τῶνδε δὲ αὐτῶν Ἀντωνίῳ δύο ἔδωκεν, ἀντιληψόμενος ἐκ τῶν ὑπὸ Καληνῷ τοῦ Ἀντωνίου κατὰ τὴν Ἰταλίαν ὑπολελειμμένων. Ὁ μὲν δὴ Καῖσαρ ἐπὶ τὸν Ἰόνιον ᾔει.

713. IV. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, ἐν Ἐφέσῳ γενόμενος, τῇ θεῷ μεγαλοπρεπῶς ἔθυε, καὶ τοὺς καταφυγόντας ἐκ τῆς Βρούτου καὶ Κασσίου συμφορᾶς ἐς τὸ ἱερὸν ἱκέτας ἀπέλυε, χωρὶς Πετρωνίου, συνεγνωκότος ἐπὶ τῷ φόνῳ Καίσαρος, καὶ Κοΐντου, προδόντος ἐν Λαοδικείᾳ Κασσίῳ Δολοβέλλαν. Τοὺς δὲ Ἕλληνας, καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη τὴν

*Lin.* 68. *Duo verba* ΔΥΟ ΕΔΩΚΕΝ *abſunt ab Edd. & MSS. & Cand. Sed hæc, aut in eamdem ſententiam alia, neceſſario fuerunt adjicienda.*

præter octo millia; quos, rogantes ut amplius ipſis militare liceret, diviſerunt inter ſe, & cohortes prætorias ex eis centuriaverunt. Itaque reliquas habebant *Antonius atque Cæſar*, una cum eis qui a Bruto tranſierant, peditum legiones undecim, equitum quatuordecim millia: ex quibus *Antonius*, propter expeditionem peregre ſuſcipiendam, ſex legiones ſibi ſumſit, & equitum decem millia: *Cæſar* quatuor millia equitum, cum quinque legionibus; de quibus ipſis duas etiam Antonio conceſſit, recepturus earum loco alias ex his, quas in Italia ſub *Caleni* ductu Antonius reliquerat. His rebus ita conſtitutis, *Cæſar* verſus Adriaticum iter ingreſſus eſt.

4. *Antonius* vero, poſtquam *Epheſum pervenit*, Divæ loci ejus præſidi fecit ſacra magnifice; & Caſſianos, qui in templum ſupplices confugerant, abſolvit; excepto *Petronio*, qui conſpirationis in Cæſarem conſcius fuerat, & *Quinto*, qui Laodiceæ Dolabellam Caſſio prodiderat. *Græcos* inde,

ἀμφὶ τὸ Πέργαμον Ἀσίαν νέμονται, κατά τε πρεσβείας A. U. 713.
παρόντας ἐπὶ συνθέσει, καὶ μετακεκλημένους, συναγαγών, ἔλεξεν ὧδε· ΥΜΑΣ ἡμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, Ἄτταλος ὁ βασιλεὺς ὑμῶν ἐν διαθήκαις ἀπέλιπε· καὶ εὐθὺς ἀμείνονες ὑμῖν ἦμεν Ἀττάλου. οὓς γὰρ ἐτελεῖτε φόρους Ἀττάλῳ, μεθήκαμεν ὑμῖν· μέχρι, δημοκόπων ἀνδρῶν καὶ παρ' ἡμῖν γενομένων, ἐδέησε φόρων. ἐπεὶ δὲ ἐδέησεν, οὐ πρὸς τὰ τιμήματα ὑμῖν ἐπεθήκαμεν, ὡς ἂν ἡμεῖς ἀκίνδυνον φόρον ἐκλέγοιμεν· ἀλλὰ μέρη φέρειν τῶν ἑκάστοτε καρπῶν ἐπετάξαμεν, ἵνα καὶ τῶν ἐναντίων κοινωνῶμεν ὑμῖν. τῶν δὲ ταῦτα παρὰ τῆς βουλῆς μισθουμένων ἐνυβριζόντων ὑμῖν, καὶ πολὺ πλείονα αἰτούντων· Γάϊος Καῖσαρ τῶν μὲν χρημάτων τὰ τρίτα ὑμῖν ἀνῆκεν ὧν ἐκείνοις ἐφέρετε, τὰς δ' ὕβρεις ἔπαυσεν. ὑμῖν γὰρ τοὺς φόρους ἐπέτρεψεν ἀγείρειν παρὰ τῶν γεωργούντων. Καὶ τόνδε τοιόνδε ὄντα οἱ χρηστοὶ τῶν ἡμετέρων πολιτῶν

*Lin.* 79. Ἀτταλὸς *edit.* 2. 3. *perperam.*

ceteroſque populos *Pergamenam Aſiam incolentes*, qui per legationes partim ultro, pacis petendæ cauſæ, *Epheſum convenerant*, partim adeſſe juſſi erant, convocata concione, his verbis ANTONIUS *adlocutus* eſt: „VOS nobis, *VIRI GRÆCI*, *Attalus* rex veſter teſtamento reliquit: & mox meliores commodioreſque nos experti eſtis, quam Attalum. Tributa enim, quæ illi pendebatis, vobis remiſimus; donec, exortis & apud nos populi turbatoribus, tributis opus habuimus. Tum vero *non pro cenſu tributa* vobis impoſuimus, qui nobis „futurus fuiſſet reditus certus ac nulli periculo ſubjectus; *ſed quotannis certam portionem fructuum cujuſque anni* imperavimus, ut ex adverſis etiam tempeſtatibus commune vobiſcum detrimentum ſentiremus. Quumque publicani, qui vectigalia a ſenatu conduxerant, per injuriam plura multo a vobis extorquerent; *C. Cæſar* tertias vectigalium, quæ illis pendebatis, vobis remiſit, cavitque ne in poſterum injuriæ vobis fierent: conceſſit enim vobis, *ut ipſi vectigalia ab agrorum cultoribus colligeretis.* Et hunc talem virum boni illi ci-

Digitized by Google

A. U. 713. τύραννον ἐκάλουν· καὶ ὑμεῖς αὐτοῖς συνετελεῖτε χρήματα πολλὰ, σφαγεῦσί τε οὖσι τοῦ ὑμετέρου εὐεργέτου, καὶ καθ' ἡμῶν τῶν τιμωρούντων ἐκείνῳ.

V. Τῆς δὲ δικαίας τύχης, οὐχ ὡς ἐβούλεσθε, ἀλλ' ὡς ἦν ἄξιον, κρινάσης τὸν πόλεμον· εἰ μὲν ὡς συναγωνισταῖς τῶν πολεμίων ἔδει χρῆσθαι, κολάσεως ὑμῖν ἔδει· ἐπεὶ δὲ ἑκόντες πιστεύομεν ὑμᾶς κατὰ ἀνάγκην ταῦτα πεποιηκέναι, τῶν μὲν μειζόνων ἀφίεμεν. Χρημάτων δὲ ἡμῖν δεῖ, καὶ γῆς, καὶ πόλεων, ἐς τὰ νικητήρια τοῦ στρατοῦ. τέλη δέ ἐστιν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ὁπλιτῶν, ἃ μετὰ τῶν συντασσομένων εἰσὶ μυριάδες ἀνδρῶν ὑπὲρ ἑπτακαίδεκα· καὶ τούτων ἄνευθεν, οἱ ἱππεῖς, καὶ ἕτερος ὅμιλος ἑτέρου στρατοῦ. Ἐκ μὲν δὴ τοῦ πλήθους τῶν ἀνδρῶν τὸ πλῆθος τῆς χρείας συνορᾷν δύνασθε. Τὴν δὲ γῆν καὶ τὰς πόλεις αὐτοῖς διαδώσων ὁ Καῖσαρ ἄπεισιν ἐς τὴν Ἰταλίαν· εἰ χρὴ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον εἰπεῖν, ἀναστήσων τὴν Ἰταλίαν. Ὑμᾶς δὲ, ἵνα μὴ γῆς καὶ πόλεων καὶ οἰκιῶν καὶ ἱερῶν καὶ

*Lin.* 99. ἑκόντες (*ſic*) *Aug. Forte legend.* ἄκοντας *vel* οὐχ ἑκόντας: non libenter *Cand.* *L.* 5. & alterius exercitus electa multitudo *Cand.* *quod eſſet* ἐπίλεκτος *vel* ἔκκριτος ὅμιλος.

„ves noſtri Tyrannum adpellarunt: & vos his multas contuliſtis pecunias, interfectoribus viri optime de vobis meriti, idque contra nos qui ejus necem ulciſcimur.

5. „Nunc vero quia fortuna, juſtiori cauſæ favens, non ut voluiſtis, ſed ut æquum erat, decrevit; ſi vobiſcum, ut partes hoſtium tuentibus, vellemus agere, puniendi veniebatis: quoniam autem libenter credimus, hæc coactos vos feciſſe, graviores vobis pœnas remittimus. Sed pecuniis nobis opus eſt, & agris, oppidiſque, ut victori exercitui perſolvantur præmia. Sunt autem legiones XXVIII; quæ cum ſuis adpendicibus conficiunt amplius CLXX virorum millia; prætereaque equites, & alia multitudo alterius exercitus. Ex hac igitur multitudine virorum, quantis impenſis nobis opus ſit, poteſtis conjicere. Jam agros quidem & oppida diviſurus eis *Cæſar* abit in Italiam, *commigrare juſſurus* (ſi dicendum quod res eſt) *Italiam.* *Vobis* vero, ne ab agris & ab urbibus veſtris, ab aris focisque, a mo-

Digitized by Google

A. U. 718.

τάφων ἀνίστησθε, ἐς τὰ χρήματα ἐλογισάμεθα· οὐ δὲ ἐς ἅπαντα, (οὐδὲ γὰρ ἂν δύναισθε·) ἀλλὰ μέρος αὐτῶν, καὶ βραχύτατον, ὃ καὶ πυθομένους ὑμᾶς ἀγαπήσειν οἴομαι. ἃ γὰρ ἔδοτε τοῖς ἡμετέροις ἐχθροῖς ἐν ἔτεσι δύο, (ἔδοτε δὲ φόρους ὡς δέκα ἐτῶν·) ταῦτα λαβεῖν ἀρκέσει μόνα, ἀλλ᾽ ἑνὶ ἔτει· ἐπείγουσι γὰρ αἱ χρεῖαι. συνεῖσι δὲ τῆς χάριτος ὑμῖν τοσοῦτον ἂν ἐπείποιμι, ὅτι μηδενὸς ἁμαρτήματος ἴσον ἐπιτίμιον ὁρίζεται.

VI. Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν, ἐς ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τέλη πεζῶν τὴν χάριν περιφέρων· ὅτι οἶμαι τρία καὶ τεσσαράκοντα ἦν αὐτοῖς, ὅτε ἐν Μουτίνῃ συνηλλάσσοντο ἀλλήλοις, καὶ τάδε ὑπισχνοῦντο, ὁ δὲ πόλεμος αὐτὰ ἐς τοσοῦτον ὑπενηνόχει. Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἔτι λέγοντος αὐτοῦ ταῦτα, ἐρρίπτουν ἑαυτοὺς ἐς τὸ ἔδαφος· Ἀνάγκην καὶ βίαν ἐς αὐτοὺς ἐκ Βρούτου καὶ Κασσίου γενομένας, ἐπι-

*Lin.* 16 *ſq.* συνεῖσι γὰρ τῆς χάριτος ὑμῖν· τοσοῦτον γὰρ ἐπείποιμι &c. *Edd. Pro* τοσοῦτον γὰρ *recte deder.* τοσοῦτον ἂν *Aug. & Reg. B. a pr. manu.* γὰρ *autem poſt* συνεῖσι, *niſi aliquid excidit ante hæc verba, utique in* δὲ *fuit mutandum.*

„numentis denique majorum, migrare cogamini, *pecunias tantum irrogamus conferendas*; neque tamen omnes, nec enim id ferre poſſetis; ſed partem modicam, quam ubi audieritis, contenti opinor abibitis. Nam quantum inimicis noſtris dediſtis biennio (dediſtis autem *decem* fere *annorum vectigalia*) tantumdem nobis ſufficiet; niſi quod *intra annum* accipere volumus, quandoquidem ſic poſtulat neceſſitas. Intelligentibus vero vobis, quam clementer vobiſcum agamus, nullum amplius verbum adjiciam, niſi, „hanc mulctam partem nullam veſtri æquiparare meriti."

6. Hæc *Antonii* fuit *oratio*. In qua quod ad XXVIII ſolum legiones referat donativum, quum XLIII fuerint, quibus, facta ad Mutinam reconciliatione, paria fuerant promiſſa; id eo factum puto, quod in tantum tunc bello acciſus fuerit legionum numerus. Nondum extrema verba finierat *Antonius*, quum *Græci*, humum ſeſe proſternentes „violentiam, ajebant, a Bruto Caſſioque ſibi factam, neceſſitatemque ab his ſibi impoſitam, non tam pœna di-

A. U. 713. λέγοντες, οὐκ ἐπιτιμίων ἀξίας εἶναι, ἀλλ' ἐλέου· δόντες δ' ἂν τοῖς εὐεργέταις ἑκόντες, ἀπορεῖν διὰ τοὺς πολεμίους, οἷς οὐ τὰ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ σκεύη καὶ τοὺς κόσμους ἐσενεγκεῖν ἀντὶ τῶν χρημάτων· τοὺς δὲ αὐτὰ παρὰ σφίσιν ἐς νόμισμα χαλκεῦσαι. Καὶ τέλος, παρακαλοῦντες, ἔτυχον, ἐννέα ἐτῶν φόρους ἐσενεγκεῖν ἔτεσι δύο. Βασιλεῦσι δὲ καὶ δυνάσταις καὶ πόλεσιν ἐλευθέραις ἄλλα ἐς τὴν ἑκάστων δύναμιν ἐπετάχθη.

VII. Περιιόντι δ' αὐτῷ τὰ ἔθνη, Λεύκιός τε ὁ Κασσίου ἀδελφὸς, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν δεδιότων, ἐπεὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ συγγνώμης ἐπύθοντο, ἱκέται προσῄεσαν. καὶ ἀπέλυε πάντας, πλὴν τοὺς συνεγνωκότας ἐπὶ τῷ φόνῳ τοῦ Καίσαρος· τούτοις γὰρ δὴ μόνοις ἀδιάλλακτος ἦν. Παρηγόρει δὲ καὶ τῶν πόλεων τὰς μάλιστα δεινὰ παθούσας· Λυκίους μὲν ἀτελεῖς φόρων ἀφιεὶς, καὶ Ξάνθι οἰκίζειν παραινῶν· Ῥοδίοις δὲ διδοὺς Ἄνδρον τε καὶ Τῆνον

καὶ Νάξον

*Lin.* 26. ἀξίους *Edd. Rectius Aug. Reg. B.* *L.* 29. κόσμους ἐπενεγκεῖν *Aug.* ἀνενεγκεῖν *Reg. A.* *L.* 31 *ſq.* φόρους ἐπενεγκεῖν *Aug.* *L.* 35. τῶν δεδιότων ἐπὶ τῆς *Edd. Aut deletum* ἐπὶ *aut in* ἔτι *mutatum voluerat Muſgr. Perſpecte ſane. Dedi tamen lectionem & diſtinct. Aug. & Reg. A.* *L.* 37 *ſq.* ἐπὶ φόνῳ Καίσαρος *Aug.*

gnam eſſe, quam miſericordia: daturos vero libenter bene meritis, exhauſtos eſſe ab hoſtibus, quibus non pecunias modo, ſed his deficientibus vaſa quoque & ornamenta omnia contuliſſent, e quibus illi ſub ipſorum oculis monetam ſignaverint." Ad extremum precibus impetrarunt, ut *novem annorum tributum* penderent *intra biennium*. Regibus vero, & dynaſtis, civitatibuſque liberis, alia pro cujuſque facultatibus imperata ſunt.

7. Hinc *Antonium*, provincias obeuntem, *Lucius Caſſius*, *Caji frater*, & alii, quotquot ſibi timentes de exemplo clementiæ ad Epheſum edito audierant, acceſſerunt ſupplices. Quos omnes incolumes dimiſit, præter conſpirationis conſcios: his enim ſolis manebat implacabilis. Tum vero civitates, quæ graviores perpeſſæ erant calamitates, conſolatus eſt: *Lyciis* immunitatem conceſſit, Xanthioſque hortatus eſt ut urbem ſuam inſtaurarent; *Rhodiis*

Andrum,

καὶ Νάξον καὶ Μύνδον, ἃς οὐ πολὺ ὕστερον ἀφῃρέθησαν, ὡς σκληρότερον ἄρχοντες. Λαοδικέας δὲ καὶ Ταρσέας ἐλευθέρους ἀφίει καὶ ἀτελεῖς φόρων· καὶ Ταρσέων τοὺς πεπραμένους ἀπέλυε τῆς δουλείας διατάγματι. Ἀθηναίοις δ', ἐς αὐτὸν ἐλθοῦσι, μετὰ Τῆνον Αἴγιναν ἔδωκε, καὶ Ἴκον καὶ Κέω καὶ Σκίαθον καὶ Πεπάρηθον. Ἐπιπαριὼν δὲ Φρυγίαν τε καὶ Μυσίαν καὶ Γαλάτας τοὺς ἐν Ἀσίᾳ, Καππαδοκίαν τε καὶ Κιλικίαν, καὶ Συρίαν τὴν κοίλην, καὶ Παλαιστίνην, καὶ τὴν Ἰτουραίαν, καὶ ὅσα ἄλλα γένη Σύρων, ἅπασιν ἐσφορὰς ἐπέβαλλε βαρείας· καὶ δίῃτα πόλεσι καὶ βασιλεῦσιν, ἐν μὲν Καππαδοκίᾳ Ἀριαράθῃ τε καὶ Σισίννῃ, ὧν τῷ Σισίννῃ συνέπραξεν ἐς τὴν βασιλείαν, καλῆς οἱ φανείσης τῆς μητρὸς τοῦ Σισίννου Γλαφύρας· ἐν δὲ Συρίᾳ τοὺς κατὰ πόλεις ἐξῄρει τυράννους. A. U. 713.

VIII. Καὶ ἐν Κιλικίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐλθούσης Κλεοπά-

*Lin.* 50. τὴν Τουραίαν *Edd. Recte Aug.* *L.* 51. ἐπέβαλε *Aug.* *L.* 53 *ſqq.* Syſenum *vocat Cand. Et* Σισίνη, Σισίνου, *cum ſimplici* ν, *citat Grammat. San-German.* *L.* 54 *ſq.* τοῦ Σισίνου καὶ γλαφυρᾶς *Edd.* καὶ γλαφυρᾶς *Aug. Correxi mendam.* *L.* 55. κατὰ πόλιν *Edd.* κατὰ πόλει *Aug. quod ex* κατὰ πόλεις *corruptum putavi.* tyrannos ex urbibus pepulit *Cand.*

Andrum, Tenum, Naxum, Myndumque, donavit; quæ non multo poſt eis rurſus ademtæ ſunt, ut durius imperantibus: *Laodicenſibus* atque *Tarſenſibus* libertatem cum immunitate conceſſit; & quotquot Tarſenſes cives bello capti venierant, uno edicto liberavit. *Athenienſibus* autem, ipſum convenientibus, pro Teno Æginam dedit, inſuperque Icon, Ceam, Sciathum, Peparethum. Tranſiens deinde per Phrygiam, Myſiam, Gallogræciam, Cappadociam, Ciliciam, Cœleſyriam, Palæſtinam, Ituræam, ceteraſque Syrorum provincias, graviſſima omnibus tributa impoſuit. Diſceptationes quoque civitatum ac regum ex arbitrio ſuo compoſuit: & in his *Siſinnæ* contentionem cum *Ariarathe* de Cappadociæ regno, quod Siſinnæ confirmavit *Antonius*, in *Glaphyræ* matris gratiam, cujus formam erat miratus. In Syria vero tyrannos oppidatim ſuſtulit.

8. In Cilicia *Cleopatram*, ad

A. U. 713.

τρας, ἐμέμψατο μὲν ὡς οὐ μετασχούσης τῶν ἐπὶ Καίσαρι πόνων. τῆς δὲ οὐκ ἀπολογουμένης μᾶλλον, ἢ καταλογιζομένης αὐτοῖς, ὅτι καὶ τὰ παρὰ οἱ τέσσαρα τέλη πρὸς Δολοβέλλαν αὐτίκα πέμψειε· καὶ στόλον ἄλλον ἕτοιμον ἔχουσα κωλυθείη ὑπό τε ἀνέμου καὶ αὐτοῦ Δολοβέλλα, ταχυτέρας ἥσσης τυχόντος· Κασσίῳ τε δὶς ἀπειλοῦντι μὴ συμμαχήσειε· καὶ σφίσιν ἐκείνοις πολεμοῦσιν ἐς τὸν Ἰόνιον αὐτὴ τὸν στόλον ἔχουσα πλεύσειε μετὰ παρασκευῆς βαρυτάτης, οὔτε δείσασα Κάσσιον, οὔτε φυλαξαμένη Μοῦρκον ναυλοχοῦντα, μέχρι χειμὼν τά τε ἄλλα διελυμήνατο, καὶ αὐτὴν ἐς νόσον ἐνέβαλεν· ἧς δὴ χάριν οὐδ᾽ ὕστερον ἐπαναχθῆναι, νενικηκότων ἤδη· ὁ Αντώνιος ἐπὶ τῇ ὄψει τὴν σύνεσιν καταπλαγεὶς, εὐθὺς αὐτῆς μειρακιωδῶς ἑαλώκει, καίπερ ἔτη τεσσαράκοντα γεγονώς· λεγόμενος μὲν ὑγρότατος ἐς ταῦτα ἀεὶ φῦναι, λεγόμενος δ᾽ ἐς ταύτην καὶ πάλαι παῖδα ἔτι οὖσαν

*Lin. 59 ſq.* κατταλογιζομένοις *Aug. male. L. 60.* αὐτῆς *Edd. invitis MSStis. Ib.* ὅτι καὶ παρὰ οἱ *Edd. Inſerui* τὰ *ex Aug. L. 62 ſq.* Δολοβέλλα *& mox* τυχόντι *Edd. Recte Aug. Ven. L. 69 ſq.* ὁ δὲ Αντώνιος *Edd. Delevi* δὲ *cum Aug.*

ſe venientem, incuſavit quidem, quod non fuiſſet proximo bello laborum particeps, ulciſcendi Cæſaris cauſa ſuſceptorum. Sed poſtquam illa non tam ſe excuſavit, quàm, quæ a ſe facta eſſent, ultro illis imputavit: „quatuor legiones, quæ apud ſe fuiſſent, ſine mora ad Dolabellam miſſas; tum aliam claſſem paratam ſe habuiſſe, quæ tempeſtatibus eſſet retenta, & calamitate Dolabellæ, citius opinione victi; Caſſio vero, bis minaciter poſtulanti, non tuliſſe ſuppetias; denique medio bello ipſam cum claſſe in„ſtructiſſima, contemto periculo quod a Caſſio & a Murci ſtationibus imminebat, verſus mare Ionium vela dediſſe, donec & claſſis tempeſtatibus adflicta & ipſa morbo fuiſſet correpta; cujus morbi cauſa nec poſtea ſe reverſam in mare, parta præſertim jam ab illis victoria:" tum vero *Antonius*, præter formæ ſpeciem, ingenii etiam lumen *Cleopatræ* admiratus, juvenili ſtatim *amore* mulieris *exarſit*, annum licet agens quadrageſimum. Sed quum ingenio ſemper ad hæc flexili perhibeatur fuiſſe; tum in hanc *jam olim*, puellam

Digitized by Google

ἐρέθισμά τι τῆς ὄψεως λαβεῖν, ὅτε ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν Γαβινίῳ στρατεύοντι νέος ἱππαρχῶν εἵπετο. A. U. 713.

IX. Εὐθὺς οὖν Ἀντωνίῳ μὲν ἡ περὶ ἅπαντα τέως ἐπιμέλεια ἀθρόα ἠμβλύνετο· Κλεοπάτρα δὲ ὅ τι προστάξειεν ἐγίγνετο, οὐ διακριδὸν ἔτι περὶ τῶν ὁσίων ἢ δικαίων. ἐπεὶ καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἀρσινόην, ἱκέτιν οὖσαν ἐν Μιλήτῳ τῆς Λευκοφρύνης Ἀρτέμιδος, πέμψας ὁ Ἀντώνιος ἀνεῖλε· καὶ Σεραπίωνα, τὸν ἐν Κύπρῳ στρατηγὸν αὐτῆς, συμμαχήσαντα Κασσίῳ, Τυρίων ὄντα ἱκέτην, ἐκέλευσε τοὺς Τυρίους ἐκδοῦναι τῇ Κλεοπάτρᾳ· ἐκδοῦναι δὲ καὶ Ἀραδίους ἕτερον ἱκέτην, ὅν τινα, Πτολεμαίου τοῦ ἀδελφοῦ τῆς Κλεοπάτρας ἀφανοῦς ἐν τῇ πρὸς Καίσαρα κατὰ τὸν Νεῖλον ναυμαχίᾳ γενομένου, οἱ Ἀράδιοι εἶχον, λέγοντα Πτολεμαῖον εἶναι. καὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερέα, ὃν Μεγάβυζον ἡγοῦνται, ὑποδεξάμενόν ποτε τὴν Ἀρσινόην ὡς βασιλίδα, ἀχθῆναι μὲν ἐκέλευσεν· Ἐφεσίων δὲ αὐτὴν Κλεοπάτραν ἱκετευσάντων, μεθῆκεν.

*Lin. 74.* ἐρεθίσματι τῆς *edit. 1. perperam. L. 80.* Λευκοφρυνῆς *Eld. ex Reg. A.* Λευκοφρυνῆς *Reg. B. a pr. manu, & Cand. Dedi lect. Aug.*

etiam tum, petulantius conjeciſſe oculos fertur, quum *Gabinium* ducem juvenis ſecutus eſſet Alexandriam præfectus equitum.

9. Mox igitur *remiſſa* priſtina in omnibus rebus *Antonii induſtria*, *ex voluntate Cleopatræ omnia agebantur*, nullo jam reſpectu humani juris aut divini. Nam & *ſororem Cleopatræ Arſinoën*, Mileti in *Dianæ Leucophrynes* æde ſupplicem, immiſſis percuſſoribus *Antonius* ſuſtulit: & *Serapionem* præfectum Cypri, quia auxilia Caſſio miſerat, Tyri ſupplicem, Tyrios juſſit *Cleopatræ* dedere: ſimiliter & Aradios alium quemdam ſupplicem dedere juſſit, qui, quum Ptolemæus Cleopatræ frater, navali prælio in Nilo victus a Cæſare, nuſquam comparuiſſet amplius, ſe Aradiis venditarat pro Ptolemæo: quin & *ſacerdotem Epheſiæ Dianæ*, quem *Megabyzum* adpellant, quoniam Arſinoën tamquam reginam exceperat hoſpitio, duci juſſit; ſed, Epheſiis ipſi *Cleopatræ* pro eo ſupplicantibus, dimiſit hominem. Tam cito mutatus eſt

A. U. 713.

Οὕτω μὲν ὁ Αντώνιος ἐνήλλακ]ο ταχέως· καὶ τὸ πάθος αὐτῷ τοῦτο ἀρχὴ καὶ τέλος τῶν ἔπειτα κακῶν ἐγένετο. Αποπλευσάσης δὲ τῆς Κλεοπάτρας ἐς τὰ οἰκεῖα, ὁ Αντώνιος ἔπεμπε τοὺς ἱππέας, Πάλμυρα πόλιν, οὐ μακρὰν οὖσαν ἀπὸ Εὐφράτου, διαρπάσαι· μικρὰ μὲν ἐπικαλῶν αὐτοῖς, ὅτι, Ρωμαίων καὶ Παρθυαίων ὄντες ἐφόριοι, ἐς ἑκατέρους ἐπιδεξίως εἶχον· (ἔμποροι γὰρ ὄντες, κομίζουσι μὲν ἐκ Περσῶν τὰ Ινδικὰ ἢ Αράβια, διατίθενται δ᾽ ἐν τῇ Ρωμαίων) ἔργῳ δ᾽ ἐπινοῶν τοὺς ἱππέας περιουσιάσαι. Παλμυρηνῶν δὲ προμαθόντων, καὶ τὰ ἀναγκαῖα ἐς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ μετενεγκάντων τε, καὶ ἐπὶ τῆς ὄχθης, εἴ τις ἐπιχειροίη, σκευασαμένων τόξοις, πρὸς ἃ πεφύκασιν ἐξαιρέτως· οἱ ἱππεῖς, τὴν πόλιν κενὴν καταλαβόντες, ὑπέστρεψαν, οὔτε ἐς χεῖρας ἐλθόντες, οὐδέ τι λαβόντες.

X. Καὶ δοκεῖ τόδε τὸ ἔργον Αντωνίῳ τὸν μετ᾽ οὐ πολὺ Παρθυϊκὸν πόλεμον ἐξάψαι, πολλῶν ἐκ Συρίας τυράννων

*Lin.* 91. ἐνήλλακ]αι *Edd. ex Reg. A. invitis Reg. B. Aug. Ven.* *L.* 93. ἀποπλευσ. γὰρ τῆς *Edd. ex eod. invitis eiſdem.* *L.* 94. Πάλμυρα (*ſic*) *Edd. Prætuli Aug. Ven.* *L.* 96 *ſq.* ἔφοροι *Edd.* *L.* 97. ἑκατέρας *Edd.* *L.* 1. Παλμυρηναίων *Edd. Veriora omnibus bis locis dederunt Aug. Ven.* *L.* 7. τόδε ἔργον *Aug.* & *caret* το. *L.* 8. Παρθυαϊκὸν *edit.* 3. *vit.*

*Antonius:* qui adfectus initium ei & finis ſecutorum malorum fuit. Reverſa autem domum Cleopatra, *Antonius* equites *Palmyram* miſit, urbem non longe ab Euphrate ſitam, ut eam diriperent; levi crimine in ſpeciem objecto, quod, quum eſſent *in Romanorum et Parthorum confiniis*, callido conſilio cum utriſque facerent; quippe qui, negotiationibus dediti, e Perſide Indicas Arabicaſque merces ad Romanos deportant: re autem vera id *Antonius* fecit, ut hoc modo ditaret equites. Id quia præſenſerant *Palmyreni*, trans flumen ſua tranſtulerunt, diſpoſitis in ulteriori ripa ad arcendos, ſi qui trajicere conarentur, ſagittariis, quo genere excellunt plurimum. Itaque equites, vacua inventa urbe, inanes, & ne manu quidem conſerta cum hoſtibus, reverſi ſunt.

10. Videnturque res hæ *Parthico bello* ortum dediſſe, quod paulo poſt conflatum eſt *Antonio*; quum multi ex Sy-

Digitized by Google

ἐς αὐτοὺς συμφυγόντων. Ἡ γὰρ Συρία μέχρι μὲν ἐπ' Ἀντίοχον τὸν Εὐσεβῆ, καὶ τὸν τοῦ Εὐσεβοῦς υἱὸν Ἀντίοχον, ὑπὸ τοῖς ἐκ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος ἐβασιλεύετο, ὥς μοι περὶ Σύρων λέγοντι εἴρηται. Πομπηΐου δ' αὐτὴν Ῥωμαίοις προσλαβόντος, καὶ στρατηγὸν αὐτῇ Σκαῦρον ἀποδείξαντος, ἡ βουλὴ μετὰ Σκαῦρον ἔπεμψεν ἑτέρους, καὶ Γαβίνιον, τὸν Ἀλεξανδρεῦσι πολεμήσαντα· ἐπὶ δὲ Γαβινίῳ Κράσσον, τὸν ἐν Παρθυαίοις ἀποθανόντα, καὶ Βύβλον ἐπὶ τῷ Κράσσῳ. Παρὰ δὲ τὴν Γαΐου Καίσαρος ἄρα τελευτήν, καὶ στάσιν ἐπ' αὐτῇ, κατὰ πόλεις ὑπὸ τυράννων εἴχετο, συλλαμβανόντων τοῖς τυράννοις τῶν Παρθυαίων. ἐσέβαλον γὰρ δὴ καὶ ἐς τὴν Συρίαν οἱ Παρθυαῖοι μετὰ τὴν Κράσσου συμφοράν, καὶ συνέπραξαν τοῖς τυράννοις. Οὓς ὁ Ἀντώνιος ἐξελαύνων, ὑποφεύγοντας ἐς τὴν Παρθυηνήν, καὶ τοῖς πλήθεσιν ἐπιβάλλων ἐσφορὰς βαρυτάτας, καὶ ἐς Παλμυρηνοὺς τάδε ἁμαρτών, οὐδ' ἐπέμεινε συστῆσαι τὴν χώραν θορυβουμένην· ἀλλὰ τὸν στρατὸν ἐς τὰ ἔθνη

*A. U.* 713.

*Lin.* 14 *ſq.* Γαουίνιον & Γαουινίῳ *h. l. Regii & Aug.* *L.* 15. ἐπὶ δὲ Γαβ. *edit.* 1. *ex Reg. B. mend.* *L.* 16. Βίβλον *rurſus Edd. cum Reg. A.* *L.* 24. ἁμαρτάνων *Aug. Reg. B. & edit.* 3.

ria tyranni ad Parthos confugiſſent. *Syria* quippe, poſtquam uſque ad Antiochum Pium, ejuſque filium Antiochum (quemadmodum in Rebus Syriacis diximus) ſub regibus fuerat Seleuci Nicatoris poſteris. Redacta deinde a Pompejo in Romanam provinciam, *Scaurum* ab illo acceperat præſidem; cui ſenatus ſucceſſores miſit alios, & in his *Gabinium*, qui Alexandrinis bellum intulit. Gabinio ſucceſſit *Craſſus*, a Parthis poſt interemtus: & huic deinceps *Bibulus*. Poſt obitum autem C. Cæſaris, motis ſeditionibus, oppidatim tyranni exorti ſunt, quos *Parthi* opibus ſuis juvarunt. Jam enim & in Syriam, oppreſſo Craſſo, penetrarunt, a tyrannis illis invitati. Quibus tyrannis nunc expulſis, & ad Parthos fugere coactis, graviſſimoque tributo populis Syriæ imperato, & Palmyrenis ea ratione, quam diximus, offenſis; ne tantiſper quidem ſubſtitit *Antonius*, donec compoſitæ eſſent turbæ illius provinciæ:



Digitized by Google

A. U. 713. διελὼν χειμάσοντα, αὐτὸς ἐς Αἴγυπτον ἤει πρὸς Κλεοπάτραν.

XI. Ἡ δὲ αὐτὸν ὑπεδέχετο λαμπρῶς· καὶ ὁ μὲν ἐχείμαζεν ἐνταῦθα, ἄνευ σημείων ἡγεμονίας, ἰδιώτου σχῆμα καὶ βίον ἔχων· εἴθ' ὡς ἐν ἀλλοτρίᾳ τε ἀρχῇ, καὶ ἐν βασιλευούσῃ πόλει, εἴ τε τὴν χειμασίαν ὡς πανήγυριν ἄγων. ἐπεὶ καὶ φροντίδας ἀπετέθειτο καὶ ἡγεμόνων θεραπείαν, καὶ στολὴν εἶχε τετράγωνον Ἑλληνικὴν ἀντὶ τῆς πατρίου, καὶ ὑπόδημα ἦν αὐτῷ λευκὸν Ἀττικὸν, ὃ καὶ Ἀθηναίων ἔχουσιν ἱερεῖς καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ καλοῦσι φαικάσιον. ἔξοδοί τε ἦσαν αὐτῷ, ἐς ἱερὰ, ἢ γυμνάσια, ἢ φιλολόγων διατριβαὶ μόναι· καὶ δίαιτα μεθ' Ἑλλήνων ὑπὸ Κλεοπάτρᾳ, ᾗ δὴ καὶ μάλιστα τὴν ἐπιδημίαν ἀνετίθει. καὶ τὰ μὲν περὶ Ἀντώνιον ἦν τοιάδε.

XII. Καίσαρι δὲ ἐς τὴν Ῥώμην ἐπανιόντι ἥ τε νόσος αὖθις ἤκμαζεν ἐν Βρεντεσίῳ μάλιστα ἐπικινδύνως, καὶ φήμη διήνεγκεν αὐτὸν καὶ τεθνάναι. ῥαΐσας δ' ἐσῆλθεν

*Lin.* 26. χειμάσαντα *Edd. invitis MSS.* *L.* 28. ἐπεδέχετο *Reg. B. Aug. Ven.* *L.* 38. Κλεοπάτρα *Edd. Subſcripſi Jota.*

ſed, diviſo per hiberna exercitu, *in Ægyptum ad Cleopatram profectus eſt.*

11. Ibi ſplendide exceptus, *hiemem apud reginam tranſegit Antonius*, depoſitis inſignibus imperatoriis, habitu & more privati; ſive quod in alieno imperio verſaretur civitateque regia; ſive ut in hibernis feſtos dies celebraret. Sepoſitis enim curis, & ſemotis ducum officiis, pro habitu patrio *ſtolam* ſumſit *Græcanicam quadratam*, & calceamentum album Atticum, quo Athenienſium & Alexandrinorum ſacerdotes utuntur, vocantque *Phæcaſium*: & ad templa tantum, aut ad gymnaſia progrediebatur, aut ad philoſophorum conſeſſus; cum Græcis conſuetudinem habens, *in obſequiis Cleopatræ*; cui nimirum uni potiſſimum totam hanc peregrinationem conſecratam voluerat. Hæc igitur tunc agebat *Antonius*.

12. Interea *Cæſar* in itinere, quo *Urbem repetebat*, gravius laborabat ex adverſa valetudine, periculoſiſſime vero Brunduſii; ita ut rumoribus jactaretur etiam, mortuum eum eſſe. Remittente ſe morbo, *Urbem ingreſſus Cæſar*, ne-

A.U. 713.

ἐς τὴν πόλιν, καὶ τοῖς Αντωνίου τὰ γράμματα ἐδείκνυε τὰ Αντωνίου. οἱ δὲ Καληνόν τε προσέτασσον ἀποδοῦναι τὰ δύο τέλη τῷ Καίσαρι, καὶ ἐς Λιβύην ἐπέστελλον Σεξστίῳ, Λιβύης καὶ αὐτὸν Καίσαρι ἀποστῆναι. καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐποίουν. Ὁ δὲ Καῖσαρ οὐδὲν ἀνήκεστον ἁμαρτεῖν δόξαντι Λεπίδῳ Λιβύην ἀντὶ τῶν προτέρων ἐθνῶν ἐνήλλασσε· καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐπὶ ταῖς προγραφαῖς δεδημευμένων διεπίπρασκε. Καταλέγοντι δ᾽ αὐτῷ τὸν στρατὸν ἐς τὰς ἀποικίας, καὶ τὴν γῆν ἐπινέμοντι, δυσεργὲς ἦν. οἵ τε γὰρ στρατιῶται τὰς πόλεις ᾔτουν, αἳ αὐτοῖς ἀριστίνδην ἦσαν ἐπειλεγμέναι πρὸ τοῦ πολέμου· καὶ αἱ πόλεις ἠξίουν, τὴν Ιταλίαν ἅπασαν ἐπινείμασθαι τὸ ἔργον, ἢ ἐν ἄλλαις διαλαχεῖν, τῆς τε γῆς τιμὴν τοὺς δωρουμένους ᾔτουν· καὶ ἀργύριον οὐκ ἦν. ἀλλὰ συνιόντες ἀνὰ μέρος ἐς τὴν Ρώμην οἵ τε νέοι καὶ γέροντες, ἢ αἱ γυναῖκες ἅμα τοῖς παιδίοις, ἐς τὴν ἀγορὰν, ἢ τὰ ἱερὰ, ἐθρήνουν· οὐδὲν μὲν ἀδικῆσαι, λέγοντες, Ιταλιῶται δὲ ὄντες ἀνί-

*Lin.* 46. Λιβύης καὶ τῷ Καισ. *Edd. ex Reg. A. & Reg. B. a ſec. manu.* Λιβ. καὶ τοῦ Καισ. *Reg. B. a prim. manu. Verum ded. Aug. Ven. L.* 55. *Forſan* ἐν ἀλλήλαις.

ceſſariis Antonii literas ab illo datas exhibuit. Qui mox & *Calenum* juſſerunt duas legiones reddere Cæſari, & in Africam ſcripſerunt *Sextio*, ut & ille eidem Africa decederet. Atque ita utrumque factum eſt. Tum Cæſar *Lepido*, quoniam nihil gravius ab eo peccatum deprehenderat, *Africam* vice ademtarum provinciarum tradidit: &, quod ex bonis proſcriptorum adhuc ſupererat, divendidit. *Deſcribenti* autem *milites in colonias*, & agros dividenti, *magna difficultas objecta* eſt: milites enim petebant optimam quamque urbem tota Italia, ut ante bellum ſelectæ fuerant: contra civitates illæ poſtulabant, ut univerſa Italia hoc onus participaret, aut ut inter ſe ſortirenter civitates; & agrorum pretium repetebant ab imperatoribus: nec ſuppetebat pecunia. Conveniebantque agminatim in urbem promiſcue juvenes pariter ac ſeniores, mulieresſque cum parvulis, & per fora templaque cœtus faciebant lamentabundi; conquerentes, *nullo ſuo peccato ſe*, *Italici*

A. U. 712. στασθαι γῆς τε καὶ ἑστίας, οἷα δορίληπτοι. Ἐφ᾽ οἷς οἱ Ῥωμαῖοι συνήχθοντο καὶ ἐπεδάκρυον· καὶ μάλιστα, ὅτε ἐνθυμηθεῖεν, οὐχ ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἀλλὰ ἐπὶ σφίσιν αὐτοῖς καὶ τῇ μεταβολῇ τῆς πολιτείας τόν τε πόλεμον γεγονότα, καὶ τὰ ἐπινίκια διδόμενα· καὶ τὰς ἀποικίας συνισταμένας, τοῦ μηδ᾽ αὖθις ἀνακύψαι τὴν δημοκρατίαν, παρῳκισμένων τοῖς ἄρχουσι μισθοφόρων, ἑτοίμων ἐς ὅ τι χρῄζοιεν.

XIII. Ὁ δὲ Καῖσαρ ταῖς πόλεσιν ἐξελογεῖτο τὴν ἀνάγκην, καὶ ἐδόκουν οὐδ᾽ ὡς ἀρκέσειν. οὐδ᾽ ἤρκουν· ἀλλ᾽ ὁ στρατὸς καὶ τοῖς γείτοσιν ἐπέβαινε σὺν ὕβρει, πλέονά τε τῶν δεδομένων σφίσι περισπώμενοι, καὶ τὸ ἄμεινον ἐκλεγόμενοι· οὐδὲ, ἐπιπλήσσοντος αὐτοῖς καὶ δωρουμένου πολλὰ ἄλλα τοῦ Καίσαρος, ἐπαύοντο· ἐπεὶ καὶ τῶν ἀρχόντων, ὡς δεομένων σφῶν ἐς τὸ ἐγκρατὲς τῆς ἀρχῆς, κατεφρόνουν. καὶ γὰρ αὐτοῖς ἡ πενταετία παρῴδευε, καὶ τὸ ἀσφαλὲς ἡ χρεία συνῆγεν ἀμφοτέροις παρ᾽ ἀλ-

*Lin. 60. δορύληπτοι Edd. invitis MSS. L. 61. συνηχέοντο Ven. συνήχροντο Aug. corrupte. Ibid. ſq. ὅταν ἐνθυμ. Edd. ex Reg. A. ὅτι ἐνθυμ. Reg. B. Recte Aug. Ven. L. 71. τῶν διδομένων Aug.*

*nominis homines, pelli agris focisque, tamquam jure belli captos.* Itaque & populus condolebat, & illacrimabat eorum calamitatibus; præſertim dum reputabat „non pro republica, ſed contra ſe ipſum evertendæque reipublicæ cauſa, & geſtum illud bellum eſſe, & nunc reddi victoriæ præmia; & colonias has eo conſilio deduci, ut numquam poſthac caput attollere queat reſpublica; quoniam coloni, hac mercede obſtricti, parati ſemper ad omne obſequium futuri ſint principibus.

13. At *Cæſar* civitatibus neceſſitatis rationem exponebat; intelligens etiam, ne ſic quidem ſatis fore. Nec fuit ſatis: & *milites vicinorum* etiam *prædia contemtim invadebant*; & plura, quam quæ illis adtributa fuerant, ad ſe rapiebant, *optima quæque præripientes.* Neque objurgationibus Cæſaris movebantur: neque aliis ejuſdem largitionibus, quas multas eis faciebat, adducebantur ut ab injuriis deſiſterent. Nam & principum imperia, quippe ſua ope ad confirmandam do-

Digitized by Google

λήλων· τοῖς μὲν ἡγεμόσιν, ἐς τὴν ἀρχὴν παρὰ τοῦ στρατοῦ· τῷ στρατῷ δὲ, ἐς τὴν ἐπικράτησιν ὧν ἔλαβον, ἡ τῶν δεδωκότων ἀρχὴ παραμένουσα. ὡς γὰρ αὐτῶν οὐ βεβαίως * ἄρχοιεν οἱ δόντες, ὑπερεμάχουν ἀπ' εὐνοίας ἀναγκαίου. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοῖς ἀπορουμένοις αὐτῶν ἐδωρεῖτο, δανειζόμενος ἐκ τῶν ἱερῶν, ὁ Καῖσαρ. ὅθεν τὴν γνώμην ὁ στρατὸς ἐς αὐτὸν ἐπέστρεφε· καὶ πλείων ὑπήντα χάρις, ὡς γῆν ἅμα καὶ πόλεις καὶ χρήματα καὶ οἰκήματα δωρουμένῳ, καὶ καταβοωμένῳ μὲν ἐπιφθόνως ὑπὸ τῶν ἀφαιρουμένων, φέροντι δὲ τὴν ὕβριν ἐς χάριν τοῦ στρατοῦ. A. U. 713.

XIV. Ταῦτα δὲ ὁρῶν ὅ τε ἀδελφὸς ὁ τοῦ Ἀντωνίου Λεύκιος Ἀντώνιος, ὑπατεύων τότε, καὶ ἡ γυνὴ τοῦ Ἀντωνίου Φουλβία, καὶ ὁ τῆς ἀποδημίας ἐπιτροπεύων τῷ Ἀντωνίῳ Μάνιος, ἵνα μὴ Καίσαρος δόξειε τὸ ἔργον ἅπαν

*Lin. 77. Ante* ἐς τὴν ἀρχὴν *inſertum Muſgr. voluit artic.* ἡ, *ſcil.* ἡ χρεία. *L. 78.* τῷ δὲ στρατῷ *Edd. ex Reg. A. Secus Aug. Reg. B. L. 79 ſq.* αὐτῶν βεβαίως *Aug. & caret* οὐ. *Signum lacunæ adpoſui, quam hac ipſa vel ſimillima quadam ratione explendam puto:* ὡς γὰρ αὐτῶν οὐ βεβαίως ΕΠΙΚΡΑΤΗΣΟΝΤΕΣ, ΕΙ ΜΗ ΒΕΒΑΙΩΣ ἄρχοιεν *&c.*

minationem egentium, contemtim habebant. Decurrebat enim illis quinquennium; & utriſque ad ſecuritatem opus erat favore mutuo: imperatoribus, ut per milites principatum confirmarent: militibus, ut accepta retinerent, opus erat ut maneret penes auctores ejus donationis imperium; itaque neceſſitate coacti favebant illorum poteſtati, quoniam, ea nutante, ne ipſis quidem præmiorum acceptorum firma futura erat poſſeſſio. Sed *Cæſar*, quum alias quoque multas largitiones, pecunia e fanis mutuo ſumta, egenis militibus faceret, animos illorum ſibi conciliavit omnium, & præcipuam ab illis gratiam iniit; quippe cui agros, urbes, pecunias, domos acceptas ferebant, invidioſe quidem obclamantibus qui ſpoliabantur, illo vero fortiter contumeliam eam ferente in gratiam militum.

14. His animadverſis, *Antonii frater*, LUCIUS ANTONIUS *Conſul*, & *uxor Antonii Fulvia*, & qui abſentis Antonii res procurabat *Manius*; ne *Cæſaris* videretur to-

A. U. 713. εἶναι, μηδὲ μόνος αὐτοῦ τὴν χάριν ἀποφέροιτο, μηδ᾽ ἔρημος ὁ Ἀντώνιος εὐνοίας στρατιωτῶν γένοιτο, τὰς κατοικίσεις ἐτέχναζον ἐς τὴν ἐπιδημίαν Ἀντωνίου διατρίβειν. Οὐ δυνατοῦ δὲ φαινομένου διὰ τὸν στρατὸν ἐπείγοντα, τοὺς οἰκιστὰς τῶν Ἀντωνίου τελῶν ἠξίουν Καίσαρα παρὰ σφῶν λαβεῖν· τῆς μὲν συνθήκης Ἀντωνίου μόνῳ Καίσαρι διδούσης, ἐπιμεμφόμενοι δὲ ὡς οὐ παρόντι τῷ Ἀντωνίῳ. Καὶ ἐς τὸν στρατὸν αὐτοὶ τήν τε Φουλβίαν παράγοντες, καὶ τὰ παιδία τὰ Ἀντωνίου, μάλα ἐπιφθόνως ἱκέτευον, μὴ περιϊδεῖν Ἀντώνιον, ἢ δόξης ἢ χάριτος ἢ ἐς αὐτοὺς ὑπηρεσίας ἀφαιρούμενον. ἤκμαζε δὲ ἐν τῷ τότε μάλιστα τὸ κλέος τὸ Ἀντωνίου καὶ παρὰ τῷ στρατῷ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασι· τὸ γὰρ ἔργον τὸ ἐν Φιλίπποις, διὰ τὴν τότε Καίσαρος ἀῤῥωστίαν, ἅπαν ἡγοῦντο Ἀντωνίου γεγονέναι. Ὁ δὲ Καῖσαρ οὐκ ἠγνόει μὲν ἀδικούμενος ἐς τὰ συγκείμενα, εἶξε δὲ ἐς χάριν Ἀντωνίου. καὶ οἱ μὲν τοὺς

*Lin. 93 ſq.* κατοικήσεις *Reg. A.* *L. 98.* ὡς οὐ παραδόντι *Edd. cum Reg. A. & Cand.* ὡς προδόντι *Reg. B. & caret particula negante: quod probarem, ſi ſequeretur* τὰ Ἀντωνίου. *Dedi lect. Aug. Ven. Sed ſic vereor, ne poſt* Ἀντωνίῳ *exciderit nonnihil.* *L. 2. Malim* χάριτος τῆς ἐς αὐτούς. *L. 8.* εἶξε *Edd. mend. ex Reg. B.*

tum hoc beneficium, neve ſoli illi haberetur gratia, & Antonius fraudaretur favore militum; vaframentis agebant, ut coloniarum deductio differretur in adventum Antonii. Quod quum fieri tamen non poſſe videretur, propter feſtinationem militum; poſtularunt a *Cæſare*, ut Antonianas legiones amicis Antonii in colonias traderet deducendas: quod munus quamquam ex pacto *Antonius* ſoli Cæſari ceſſerat, conquerebantur tamen illi de Antonii abſentia; productaque in conſpectum exercitus *Fulvia* cum parvis Antonii liberis, invidioſe ſupplicabant militibus, ne Antonium paterentur meritorum in ipſos collatorum honore gratiave ſpoliari. Erat autem tunc maxime *inclytum Antonii nomen* & apud milites & apud ceteros: nam Philippenſis victoria, propter adverſam Cæſaris valetudinem, tota videbatur ad unum Antonium referenda. Itaque *Cæſar*, quamvis non ignarus injuriam ſibi fieri pactaque violari, ceſſit tamen, in gratiam Antonii: atque ita ab Antonii neceſſa-

Digitized by Google

οἰκισ̄ὰς ἐπὶ τοῖς Ἀντωνίου τέλεσιν ἀπέφαινον. Οἱ δὲ οἰκισ̄αὶ τοῖς σ̄ρατιώταις, ἵνα τι καὶ δοκοῖεν εὐνούσ̄εροι τοῦ Καίσαρος ἐς αὐτοὺς εἶναι, συνεχώρουν ἔτι πλέον ἀδικεῖν. Ἄλλο δὴ πλῆθος ἦν ἑτέρων πόλεων, αἳ ταῖς νενεμημέναις γειτονεύουσαί τε, καὶ πολλὰ πρὸς τῶν σ̄ρατιωτῶν ἀδικούμεναι, κατεβόων τοῦ Καίσαρος· ἀδικωτέρας εἶναι τὰς ἀποικίσεις τῶν προγραφῶν. τὰς μὲν γὰρ ἐπὶ ἐχθροῖς, τὰς δὲ ἐπὶ μηδὲν ἀδικοῦσι γίγνεσθαι. A. U. 713.

XV. Ὁ δὲ Καῖσαρ οὐκ ἠγνόει μὲν ἀδικουμένους, ἀμήχανα δ᾽ ἦν αὐτῷ. οὔτε γὰρ ἀργύριον ἦν ἐς τιμὴν τῆς γῆς δίδοσθαι τοῖς γεωργοῖς, οὔτε ἀναβάλλεσθαι τὰ ἐπινίκια διὰ τοὺς ἔτι πολέμους· Πομπηΐου μὲν ἐν τῇ θαλάσσῃ κρατοῦντος, καὶ τὴν πόλιν κλείοντος ἐς λιμόν· Ἀηνοβάρβου δὲ καὶ Μούρκου σ̄ρατὸν καὶ ναῦς ἄλλας ἀγειρόντων· ἀθυμοτέρων δὲ ἐς τὰ ἐσόμενα ὄντων, εἰ μὴ

*Lin.* 10. δοκεῖεν *Edd. Recte Aug.* *L.* 20. ἔτι πολεμίους *Reg. B. a pr. manu, & Cand.* *L.* 22 *ſq.* συναγειρόντων *Edd. ex Reg. A. invitis Aug. Ven. Reg. B.* *L.* 23. ἐς τὰ τῶν ἐσόμενα ὄντων *Edd. Delevi importunum* τῶν *cum Aug. Sed magis corruptum ac mutilatum locum puto, hoc fere modo reſtituendum:* ἀθυμοτέρων δὲ ἐς τὰ λοιπὰ ἐσομένων τῶν σ̄ρατιωτῶν. *Brevius Muſgravius:* ἀθυμοτέρων δὲ ἐς ταῦτα ἐσομένων αὐτῶν.

riis nominati ſunt, qui Antonianas legiones in colonias deducerent. Et deductores illi, ut viderentur melius etiam quodam modo, quam ipſe Cæſar, adfecti in milites, eo majorem etiam injuriarum licentiam colonis ſuis conceſſerunt. Itaque alia rurſus multitudo ex aliis civitatibus, vicinis harum coloniarum, multas injurias a militibus paſſa, clamores jactabat in Cæſarem „ *iniquiores coloniarum deductiones nunc eſſe, quam proſcriptiones ante fuiſſent: tunc enim inimicos mulctatos, nunc vero innoxios.* "

15. Et intelligebat quidem *Cæſar*, fieri eis injuriam; ſed mederi non poterat: nam neque pecuniam habebat, unde pretium agrorum veteribus poſſeſſoribus redderet; neque victoriæ merces differri, propter inſtantia etiam nunc bella, poterat; *Pompejo*, maria tenente, & Urbi intercluſis commeatibus famem intentante; *Ahenobarbo* vero & *Murco* claſſem aliam & exercitum colligentibus: militibus vero ad reliqua ſegniorem operam præbituris, niſi prio-

Digitized by Google

A. U. 713. τὰ πρότερα ἐπινίκια λάβοιεν. πολὺ δ᾽ ἦν καὶ τὸ παροδεύειν σφίσιν ἤδη τὴν τῆς ἀρχῆς πενταετίαν, καὶ χρήζειν αὖθις εὐνοίας στρατοῦ. διόπερ αὐτῶν καὶ τῆς ὕβρεως ἢ καταφρονήσεως ἐν τῷ τότε ἑκὼν ὑπερεώρα. Ἐν γέ τοι τῷ θεάτρῳ, παρόντος αὐτοῦ, στρατιώτης ἀπορῶν οἰκείας ἕδρας, παρῆλθεν ἐς τοὺς καλουμένους ἱππέας· καὶ ὁ μὲν δῆμος ἐπεσημήνατο, καὶ ὁ Καῖσαρ τὸν στρατιώτην ἀνέστησεν. ὁ δὲ στρατὸς ἠγανάκτησε· καὶ, περιστάντες αὐτὸν ἀποχωροῦντα τοῦ θεάτρου, τὸν στρατιώτην ἀπῄτουν, οὐχ ὁρώμενον ἡγούμενοι διεφθάρθαι. ἐπελθόντα δὲ, ἐνόμιζον ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου νῦν προαχθῆναι· ἀρνούμενόν τε, καὶ τὰ γεγονότα διηγούμενον, ψεύδεσθαι διδαχθέντα ἔλεγον, καὶ ἐλοιδόρουν ὡς τὰ κοινὰ προδιδόντα. Καὶ τὸ μὲν ἐν τῷ θεάτρῳ γενόμενον, τοιόνδε ἦν.

XVI. Κεκλημένοι δ᾽ ἐπὶ νέμησιν τᾶτε γῆς ἐς τὸ πεδίον τὸ Ἄρειον, ὑπὸ σπουδῆς ἔτι νυκτὸς ἀφίκοντο· καὶ

*Lin. 25 ſq.* καὶ χρήζων *edit. 1. cum Regiis. Emendavit H. Steph. ut eſt in Aug. L. 38.* ποτε, *pro* τότε, *maluit Muſgrav. Ibid.* τότε τῆς ἐς τὸ πεδ. *Edd. & MSS. noſtri. Delendum* τῆς *cenſuit Muſgrav. Malui in* γῆς *mutare, quod jam viſum erat C. Stephano.*

ris victoriæ præmia accepiſſent. Neque vero illud exigui erat momenti, quod jam progreſſum ipſis erat imperii quinquennium, ut mox nova rurſus opus eis eſſet exercitus benevolentia. Quamobrem ultro tum diſſimulabatur *militaris inſolentia.* Certe quum miles in theatro, Cæſare præſente, vacuam loco ſuo ſedem non inveniens, ad ſubſellia equitum tranſiiſſet; poſtquam, adclamante populo, Cæſar excitari de illis ſubſelliis militem juſſit; exercitus rem indigne ferens, principem e theatro diſcedentem circumſtitit, & militem, quem, quoniam nuſquam adparebat, interemtum erant ſuſpicati, ſibi coram ſiſti poſtularunt. Ubi vero ſupervenit miles, rati productum e carcere, quum id negaret, remque ut erat narraret, mentiri ſubornatum ajebant, & ut proditorem communium commodorum conviciabantur. Et tale quidem fuit *inſolentiæ ſpecimen in ſpectaculo admiſſæ.*

16. Iisdem vero diebus ad diviſionem agrorum in *campum Martium* vocati, præ-

Digitized by Google

βραδύτερον αὐτοῖς τοῦ Καίσαρος ἐπιόντος, ἠγανάκτουν. A. U. 713. Νώνιος δὲ λοχαγὸς ἐπέπλησσεν αὐτοῖς σὺν παῤῥησίᾳ, τό τε πρέπον τοῖς ἀρχομένοις ἐς τὸν ἄρχοντα προφέρων, καὶ τὴν Καίσαρος ἀσθένειαν, οὐχ ὑπεροψίαν. οἱ δὲ αὐτὸν τὰ μὲν πρῶτα ἔσκωπτον, ὡς κόλακα· πλέονος δὲ ἑκατέρωθεν τοῦ διερεθίσματος γενομένου, ἐλοιδόρουν τε καὶ ἔβαλλον, καὶ φεύγοντα ἐδίωκον, ἔς τε τὸν ποταμὸν ἐξαλόμενον, ἐξειρύσαντες ἔκανον, καὶ ἔῤῥιψαν ἔνθα παροδεύσειν ὁ Καῖσαρ ἔμελλεν. οἱ μὲν δὴ φίλοι τῷ Καίσαρι παρῄνουν, μηδὲ ἐπελθεῖν ἐς αὐτοὺς, ἀλλ' ἐκστῆναι μανιώδει φορᾷ. Ὁ δ' ἐπῄει μὲν, ἀναθρέψειν ἔτι αὐτῶν μᾶλλον ἡγούμενος τὸ μανιῶδες, εἰ μὴ ἀφίκοιτο. καὶ τὸν Νώνιον ἰδὼν, ἐξέκλινεν. ὡς δὲ ὀλίγων ταῦτα δρασάντων, ἐπεμέμφετο, καὶ ἐς τὸ μέλλον ἀλλήλων φείδεσθαι παρῄνει, καὶ τὴν γῆν διένεμε, καὶ δωρεὰς αἰτεῖν τοῖς ἀξίοις ἐπέτρεπε, καὶ τῶν οὐκ ἀξίων ἐνίοις ἐδίδου παρὰ γνώμην.

*Lin.* 46. ἔβαλον *Aug.* *L.* 47. ἐξειρυσάν τ' ἐς ἐκεῖνον *Edd.* ἐξείρουσάν τ' ἐς ἐκεῖνον *Reg. A.* ἐξίρυσάν τ' ἐς ἐκεῖνον *Reg. B.* ἐξειρυσάν τε ἐκεῖνον *Aug. Emendavi praeeunte Gelenio.* *L.* 51. μᾶλλον ἡγουμ. τὸ μανιῶδες αὐτῶν *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 54. διένειμε *Aug.*

propere ante lucem convenerunt; & Cæſare tardius adveniente, indignari tumultuoſe coeperunt. Quos quum *Nonius centurio* libere objurgaret, admonens reverentiæ imperatori debitæ, & in Cæſaris valetudinem, non ipſorum contemtum, moræ cauſam rejiciens: hunc illi, ut adulatorem, cavillis adorti, mox aucta utrimque irritatione conviciis & ſaxis petierunt, & fugientem perſecuti ſunt; denique quum fuga ſe in flumen projeciſſet, aquis extractum necarunt, projeceruntque qua tranſeundum erat Cæſari. Quamobrem monebant *Cæſarem* amici, ne ſe furentibus committeret. Sed ille, veritus ne per abſentiam ſuam illorum inſaniam aleret, tamen prodiit: conſpectoque *Nonii cadavere*, pauliſper de via deflexit. Tum vero, veluti ad paucos auctores pertineret illud facinus, hortatus eſt milites, ut poſthac ſibi invicem parcerent, & agros eis diviſit, & militaria dona meritis petere permiſit: deditque nonnullis immeritis etiam, præter ipſorum opinionem; donec ſtupe-

Digitized by Google

A. U. 713. μέχρι τὸ πλῆθος ἐκπλαγὲν αὐτοῦ τῆς βαρύτητος μετενόει καὶ ἠδεῖτο, καὶ κατεγίνωσκον αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐς τὸν Νώνιον ἁμαρτόντας ἠξίουν ἀνευρόντα κολάσαι. Ὁ δὲ, καὶ γιγνώσκειν αὐτοὺς, ἔφη, καὶ κολάσειν αὐτῷ τῷ συνειδότι σφῶν μόνῳ, καὶ τῇ παρ' ὑμῶν καταγνώσει. Οἱ δὲ, συγγνώμης τε ὁμοῦ καὶ τιμῆς καὶ δωρεῶν ἀξιωθέντες, εὐθὺς αὐτὸν εὐφήμουν ἐκ μεταβολῆς.

XVII. Καὶ δύο μὲν εἰκόνες ἐκ πλεόνων αἵδε ἔστων τῆς τότε δυσαρχίας. Αἴτιον δ' ἦν, ὅτι καὶ οἱ στρατηγοὶ ἀχειροτόνητοι ἦσαν οἱ πλείους, ὡς ἐν ἐμφυλίοις, καὶ οἱ στρατοὶ αὐτῶν οὐ τοῖς πατρίοις ἔθεσιν ἐκ καταλόγου συνήγοντο, οὐδ' ἐπὶ χρείᾳ τῆς πατρίδος, οὐδὲ τῷ δημοσίῳ στρατευόμενοι μᾶλλον, ἢ τοῖς συνάγουσιν αὐτοὺς μόνοις, οὐδὲ τούτοις ὑπὸ ἀνάγκῃ νόμων, ἀλλ' ὑποσχέσεσιν ἰδίαις, οὐδὲ ἐπὶ πολεμίους κοινοὺς, ἀλλὰ ἰδίους ἐχθροὺς, οὐδὲ

*Lin. 56. βαρύτητος ad ſuperiora referunt Edd. cum MSS. Sic &* Cand. multitudo gravitatem ejus admirata. *βαθύτητες malnit Muſgr. Pro ἐκπλαγὲν aliud quid fuerat in Aug. Sed id eraſum ab ead. manu. Mihi delenda viſa eſt hypoſtigme poſt βαρύτητος: ſed etiam nunc addubito de integritate loci. L. 58. ἀνευρόντας Edd. Rectius Aug. Reg. B. L. 67. ἐπὶ χρείας Edd. perperam ex Reg. B. Recte reliqui MSS.*

factam tandem multitudinem pœnitentia cepit ſuæ importunitatis, pudorque inceſſit, poſtularuntque ut ad ſupplicium quærerentur qui *Nonium* interfeciſſent. Sed *Cæſar* noſſe ſe illos, ait, & ſola conſcientia ipſa criminis condemnationeque commilitonum illos puniturum. Sic milites, venia ſimul & præmiis doniſque dignati, ad fauſtas adclamationes ſubito verſi ſunt.

17. Hæc duo *contumaciæ*, quæ tunc erat *militum*, ſpecimina, e multis ſelecta, ſufficiant. Cujus rei *cauſa* hæc fuit, quod & duces plerique, ut conſentaneum eſt in bellis Civilibus, non eſſent legitimis ſuffragiis creati; & exercitus eorum non eſſent more majorum delectibus conſcripti, neque in uſum patriæ, neque ſub auſpiciis Senatus Populique Romani ſtipendia facerent; ſed his tantum militarent, qui eos collegiſſent; ac ne his quidem legitima quadam conditione, ſed privatis inducti pollicitationibus; nec adverſus hoſtes publicos, ſed adverſus eos qui privatim eſſent ducibus inimici; nec

Digitized by Google

A. U. 713.

ἐπὶ ξένους, ἀλλὰ πολίτας καὶ ὁμοτίμους. Τάδε γὰρ πάντα αὐτοῖς τὸν στρατιωτικὸν φόβον ἐξέλυεν, οὔτε στρατεύεσθαι νομίζουσι μᾶλλον, ἢ βοηθεῖν οἰκείᾳ χάριτι καὶ γνώμῃ, καὶ τοὺς ἄρχοντας ἡγουμένοις ὑπὸ ἀνάγκης αὐτῶν ἐς τὰ ἴδια ἐπιδεῖσθαι. τό τε αὐτομολεῖν, πάλαι Ῥωμαίοις ἀδιάλλακτον ὂν, τότε καὶ δωρεῶν ἠξιοῦτο· καὶ ἔπρασσον αὐτὸ οἵ τε στρατοὶ κατὰ πλῆθος, καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἔνιοι, νομίζοντες οὐκ αὐτομολίαν εἶναι τὴν ἐς τὰ ὅμοια μεταβολήν. ὅμοια γὰρ δὴ πάντα ἦν· καὶ οὐδὲ ἕτερα αὐτῶν ἐς ἔχθραν κοινὴν Ῥωμαίοις ἀπεκέκριτο· ἥ τε τῶν στρατηγῶν ὑπόκρισις μία, ὡς ἁπάντων ἐς τὰ συμφέροντα τῇ πατρίδι βοηθούντων, εὐχερεστέρους ἐποίει πρὸς τὴν μεταβολὴν, ὡς πανταχοῦ τῇ πατρίδι βοηθοῦντας. ἃ καὶ οἱ στρατηγοὶ συνιέντες ἔφερον, ὡς οὐ νόμῳ μᾶλλον αὐτῶν ἄρχοντες, ἢ ταῖς δωρεαῖς.

*Lin. 74. ὑπὸ ἀνάγκῃ Ven. L. 82. τῇ πατρίδι βοηθεῖν Edd. mend. Poſt τῇ πατρίδι duas lineas per errorem omiſit Aug. βοηθούντων recte dedit Ven. quod & primum ſcripſerat librarius Aug. ſed mox, aberrante in tertiam abhinc lineam oculo, in βοηθοῦντας mutavit.*

contra exteros, ſed contra cives & dignitate pares. *Hæc* ſunt, quæ *militarem diſciplinam peſſum dederunt;* dum quiſque non tam militare ſe putabat, quam privata gratia privatoque conſilio partes defendere ducis ſui; quem privatorum commodorum cauſa, cogente neceſſitate, indigere opera ſua quiſque arbitrabatur. Itaque & *transfugium*, quod *apud priſcos Romanos crimen* fuerat *inexpiabile*, ea temporum iniquitate præmiis etiam remunerabatur: & integri exercitus ſigna transferebant, & cum eis illuſtres nonnulli viri; neque transfugium hoc eſſe exiſtimabant, ſi ad ſimiles ex adverſo partes tranſirent. Erant enim partes omnibus rebus ſimiles, & neutra eorum in communem Romani populi inimicitiam ſeceſſionem fecerat. Et una eademque imperatorum ſimulatio, quum pro patria & pro republica arma ferre cuncti vellent videri, leviores efficiebat ad tranſitionem milites, quippe ab utraque parte pro republica pugnaturos. Quas res bene intelligentes imperatores, multa ferre in militibus cogebantur; quippe non tam lege, quam largitionibus, imperium in eos con-

Digitized by Google

A. U. 713. Οὕτω μὲν ἐς στάσεις τότε πάντα, καὶ ἐς δυσαρχίαν τοῖς στασιάρχαις τὰ στρατόπεδα, ἐτέτραπτο.

XVIII. Τὴν δὲ Ῥώμην λιμὸς ἐπίεζεν, οὔτε τῆς θαλάσσης τι αὐτοῖς φερούσης διὰ Πομπήϊον, οὔτε τῆς Ἰταλίας διὰ τοὺς πολέμους γεωργουμένης. ὃ δὲ καὶ γένοιτο, ἐς τοὺς στρατοὺς ἐδαπανᾶτο. Ἐκλώπτευόν τε οἱ πολλοὶ νυκτὸς ἐν τῇ πόλει, καὶ κλοπῆς ἔτι βιαιότερον ἠνώχλουν, καὶ ἠνώχλουν ἀδεῶς, καὶ ἡ δόξα ἐς τοὺς στρατιώτας ἐφέρετο. ὁ δὲ λεὼς ἀπέκλειε τὰ ἐργαστήρια, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐξανίστη, ὡς οὔτε ἀρχῶν οὔτε τεχνῶν χρήζοντες ἐν ἀπορούσῃ καὶ λῃστευομένῃ πόλει.

XIX. Λευκίῳ δὲ ὄντι δημοτικῷ, καὶ δυσχεραίνοντι τῇ τῶν τριῶν ἀρχῇ, οὐδὲ ἐπὶ τῷ χρόνῳ παύσεσθαι νομιζομένῃ, προσκρούσματα ἐς τὸν Καίσαρα ἐγίγνετο καὶ διαφοραὶ μείζους. τούς τε γεωργούς, ὅσοι τῆς γῆς ἀφῃροῦντο, ἱκέτας γιγνομένους τῶν δυνατῶν ἑκάστου, μόνος ὑπεδέχετο,

*Lin.* 87. στασιάρχοις *Aug.* *L.* 92. βιαιότερον *Edd. mend.* βιαιότερα *Reg. B. Recte Reg. A. Aug.*

ſecuti. Atque adeo, ad ſeditionem ſpectantibus omnibus, ne principes quidem factionum in ſuis quiſque exercitibus diſciplinam militarem potuerunt obtinere.

18. *Roma* interim *fame laborabat;* impeditis per Pompejum frumentationibus maritimis, in Italia vero propter continua bella agricultura neglecta, &, ſi quid agri ferrent, abſumente id milite. Et in ipſa Urbe permulti furtis nocturnis atrocioribuſque aliis violentiæ generibus, & impune quidem, graſſabantur, eorumque facinorum milites vulgo auctores ſunt habiti. Plebs vero officinas clauſit, & magiſtratus loco movit; neque artibus opus eſſe, dictitans, neque magiſtratibus, in urbe fame preſſa & latrociniis impune infeſtata.

19. Ceterum *Lucio Antonio*, bene adfecto erga rempublicam, & *infenſo Triumvirorum potentiæ*, ultra præfinitum tempus (ut videbatur) manſuræ, graviores ſubinde offenſiones *contentionesque cum Cæſare* exoriebantur. Nam veteres agrorum poſſeſſores, bonis ſuis exutos, & ſuppliciter nunc ad optimatium

ὑπεδέχετο, καὶ βοηθήσειν ὑπισχνεῖτο, κἀκείνων ὑπισχνουμένων ἀμύνειν ἐς ὃ κελεύοι. Ὅθεν αὐτὸν ὁ στρατὸς ὁ Ἀντωνίου κατεμέμφετο καὶ ὁ Καῖσαρ, ὡς ἀντιπράσσοντα Ἀντωνίῳ· καὶ Φουλβία, ὡς πολεμοποιοῦντα ἐν ἀκαίρῳ. μέχρι τὴν Φουλβίαν ὁ Μάνιος πανούργως μετεδίδαξεν, ὡς, εἰρηνευομένης μὲν τῆς Ἰταλίας, ἐπιμενεῖν Ἀντώνιον Κλεοπάτρᾳ· πολεμουμένης δὲ, ἀφίξεσθαι κατὰ τάχος. Τότε γὰρ δὴ γυναικός τι παθοῦσα ἡ Φουλβία, τὸν Λεύκιον ἐπέτριβεν ἐς τὴν διαφοράν. ἐξιόντος δὲ τοῦ Καίσαρος ἐς τὰ λοιπὰ τῶν κατοικίσεων, ἔπεμπεν ἑψομένους αὐτῷ τοὺς Ἀντωνίου παῖδας ἅμα τῷ Λευκίῳ, ὡς μηδὲν ἐκ τῆς ὄψεως ὁ Καῖσαρ ἐν τῷ στρατῷ πλέον ἔχοι. Ἱππέων δὲ Καίσαρος ἐκτρεχόντων ἐπὶ τὴν Βρουττίων ἠϊόνα, πορθουμένην ὑπὸ Πομπηίου, δόξας ὁ Λεύκιος, ἢ ὑποκρινάμενος, ἐφ' ἑαυτὸν καὶ τοὺς Ἀντωνίου παῖδας τόδε τὸ ἱππικὸν ἀπεστάλθαι, διέδραμεν ἐς τὰς Ἀντωνίου κα-

*A. U. 713.*

*Lin.* 4. κελεύει *Aug.* *L.* 6. καὶ Φουλβίαν ὡς πολεμοποιοῦσαν *Edd. cum Regiis. Prætuli Aug. in cujus tamen ora etiam (ab eadem fortaſſe manu) ſcriptum legitur* πολεμοποιοῦσαν. *In* πολεμοποιοῦντα *cum Aug. conſentit Ven.* *L.* 12. κατοικήσεων *h. l. Aug.*

matium fidem confugientes, ſolus *Lucius* excipiebat, opem ſuam pollicens; & illi viciſſim ad quidvis ei ſuam operam promittebant. Quo factum eſt, ut eum & Antoniani milites & *Cæſar* incuſarent, tamquam adverſantem Antonio; itemque *Fulvia*, ut bellum excitantem alieno tempore. Sed *Fulvia* quidem mox mutavit conſilium, monita a *Manio* „pacata Italia, moraturum Antonium apud Cleopatram; bello vero turbata, adventurum propere." Tunc enim *Fulvia*, muliebri quodam adfectu commota, magis etiam incitare cœpit *Lucium* ad diſcordiam. Et quum *Cæſar* proficiſceretur ad deducendas reliquas colonias, miſit illa filios Antonii una cum Lucio, qui ſequerentur Cæſarem, ne potior Cæſar haberetur ab exercitu, ſi illum ſolum conſpicerent. Quumque Cæſaris equites excurriſſent in Bruttiorum littora, a Pompejo infeſtata; *Lucius*, ſive timens, ſive fingens ſe timere, ne contra ſe & contra liberos Antonii equitatus ille miſſus ſit, ad colonias An-

A. U. 713. ἄρχοντας ἐκβαλόντα, ἐς ἀπόστασιν ἐχώρει. ἐπειγομένων δὲ ἐς αὐτὰ Καίσαρός τε καὶ Λευκίου, φθάσας τὸν Καίσαρα ὁ Λεύκιος, ἀνεσώσατο αὐτὰ χρήμασί τε πολλοῖς καὶ ὑποσχέσεσι μεγάλαις. Φουρνίου δ' ἄλλον στρατὸν ἄγοντος τῷ Λευκίῳ, ὁ Καῖσαρ ἐξήπτετο τῆς οὐραγίας· ἐς δὲ λόφον ἀναδραμόντι τῷ Φουρνίῳ, καὶ νυκτὸς ἐς ὁμογνώμονα πόλιν ἐπειγομένῳ Σεντίαν, νυκτὸς μὲν οὐχ ἕσπετο ὁ Καῖσαρ, ἐνέδρας ὑποπτεύων· ἡμέρας δὲ, τήν τε Σεντίαν ὁμοῦ καὶ τὸ τοῦ Φουρνίου στρατόπεδον ἐπολιόρκει. Λεύκιος δὲ, ἐς Ῥώμην ἐπειγόμενος, τρεῖς μὲν τάξεις προύπεμψεν, αἳ νυκτὸς ἔλαθον ἐς τὴν πόλιν ἐσδραμοῦσαι· αὐτὸς δὲ σὺν πολλῷ στρατῷ καὶ ἱππεῦσι καὶ μονομάχοις εἵπετο. καὶ αὐτὸν Νωνίου τοῦ φύλακος τῶν πυλῶν δεξαμένου τε, καὶ τὸν ὑφ' αὐτῷ στρατὸν ἐγχειρίσαντος, ὁ μὲν Λέπιδος ἐς Καίσαρα ἔφευγεν, ὁ δὲ Λεύκιος Ῥωμαίοις ἐδημηγόρει· Καίσαρα μὲν καὶ Λέπιδον αὐτίκα δώσειν

Lin. 24. 26. 29. Φιρμίου & Φιρμίῳ h. l. Edd. & MSSti, niſi quod l. 26. Φιρμίῳ det Reg. B. & l. 29. Φιρμίου Aug. L. 28. εἵπετο Edd. Prætuli Aug. L. 33. Νωνίου τε φύλακος mend. Edd. ex Reg. B. Recte Aug. Ven. Νωνίου τε τοῦ φύλακος Reg. A. & omiſit τε poſt δεξαμένου. L. 34. ἐγχειρήσαντος Edd. Rectius Aug. L. 35. ἔφυγε Edd. ex Reg. A. Prætuli Aug. Ven. Reg. B.

ſeditione, tribunis expulſis, ad defectionem ſpectabant: ad quas quum & *Cæſar* properaret & *Lucius*, prior hic eo pervenit, & multis largitionibus pollicitationibuſque retinuit eas in officio. *Furnio* deinde adducente illi alium exercitum, *Cæſar* poſtremum agmen invaſit, & *Furnium* in tumulum quemdam compulit. Proxima nocte abeuntem in oppidum ſuæ factionis *Sentiam*, perſequi noluit, metuens inſidias; ſed poſtero die oppidum obſedit & exercitum. At *Lucius*, *Romam* properans, tribus præmiſſis cohortibus, quæ clam noctu Urbem ſunt ingreſſæ, ipſe cum numeroſo exercitu & equitatu gladiatoribuſque ſubſecutus eſt: exceptuſque a *Nonio* portæ cuſtode, milites ejuſdem in fidem recepit. *Lepidus* evaſit ad Cæſarem. *Lucius*, advocato in concionem populo, ſpem fecit „fore, ut mox Cæſar & Lepidus pœnas dent eorum quæ in magiſtratu violenter egiſ-

Digitized by Google

δίκην ἀρχῆς βιαίου, τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτὴν ἑκόντα ἀποθήσεσθαι, καὶ ὑπατείαν ἀλλάξεσθαι, νομιμωτέραν ἀρχὴν, παρανόμου, καὶ πάτριον, ἀντὶ τῆς τυραννικῆς. A. U. 713.

XXXI. Καὶ ὁ μὲν τάδε εἰπὼν, ἡδομένων ἁπάντων, καὶ ἡγουμένων ἤδη λελύσθαι τὴν τῶν τριῶν ἀρχὴν, αὐτοκράτωρ ὑπὸ τοῦ δήμου προσαγορευθεὶς, ἐπὶ τὸν Καίσαρα ἐχώρει, καὶ στρατὸν ἤθροιζεν ἄλλον ἐκ τῶν ἀποικίδων Ἀντωνίου πόλεων, καὶ αὐτὰς ἐκρατύνατο. Αἱ δὲ δι' εὐνοίας μὲν ἦσαν Ἀντωνίῳ· Βαρβάτιος δὲ, ὁ Ἀντωνίου ταμίας, Ἀντωνίῳ τι προσκρούσας, καὶ διὰ ταῦτ' ἐπανιὼν, ἔλεγε πυνθανομένοις, τὸν Ἀντώνιον χαλεπαίνειν τοῖς πολεμοῦσι τῷ Καίσαρι κατὰ τῆς κοινῆς σφῶν δυναστείας. καὶ οἱ μὲν, ὅσοι μὴ τῆς ἐξαπάτης ᾔσθοντο τῆς Βαρβατίου, ἐς τὸν Καίσαρα ἀπὸ τοῦ Λευκίου μετετίθεντο. Ὁ δὲ Λεύκιος ὑπήντα Σαλβιδιηνῷ, μετὰ στρατοῦ πολλοῦ πρὸς Καίσαρα ἐκ Κελτῶν ἐπανιόντι· καὶ εἵποντο τῷ

*Lin. 38.* ἀλλάξασθαι *Edd. Recte Aug. L. 39.* πατρίκιον *Reg. B. a pr. manu. Ib.* ἀντὶ τοῦ τυραννικῆς *mend. Edd. cum Regiis. Recte Aug. L. 43 ſq.* ἀποικιῶν *Edd. & MSSti noſtri: quod, quin ex* ἀποικίδων *corruptum ſit, non dubitandum duxi. L. 46.* προσκούσας *edit. 3. oper. errore.*

ſent; frater vero ipſius ſponte deponat poteſtatem illegitimam, conſulatum pro ea recepturus, legitimum magiſtratum & a majoribus traditum, pro dominatione tyrannica."

31. Hæc locutus *Lucius*, omnibus lætis, & Triumviratum jam antiquatum exiſtimantibus, *Imperator a populo conſalutatus*, profectus eſt *contra Cæſarem*, & alium exercitum ex Antonianis colonis collegit, oppidaque eorum communivit. Erantque coloniæ illæ bene erga Antonium adfectæ: ſed quum per id tempus *Barbatius*, *Antonii quæſtor*, ab offenſo neſcio qua cauſa imperatore dimiſſus, ſciſcitantibus colonis reſpondiſſet „iraſci *Antonium* eis, qui contra Cæſarem atque adeo contra communem ipſorum potentiam arma ferrent;" factum eſt, ut, quotquot dolum Barbatii non ſenſerunt, a Lucio deficerent ad Cæſarem. *Lucius* vero *Salvidieno* profectus eſt obviam, cum magnis copiis revertenti ad Cæſarem ex Gallia: & Salvi-

Digitized by Google

A. U. 713. Σαλβιδιηνῷ Ἀσίνιός τε καὶ Οὐεντίδιος, Ἀντωνίου στρατηγοὶ καὶ οἵδε, κωλύοντες αὐτὸν ἐς τὸ πρόσθεν ἰέναι. Ἀγρίππας δὲ, φίλτατος Καίσαρι, δείσας ἐπὶ τῷ Σαλβιδιηνῷ μὴ κυκλωθείη, Σούτριον κατέλαβε, χωρίον τι χρήσιμον τῷ Λευκίῳ· νομίσας, τὸν Λεύκιον ἀπὸ τοῦ Σαλβιδιηνοῦ περισπάσειν ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ οἱ τὸν Σαλβιδιηνὸν βοηθήσειν, κατόπιν τοῦ Λευκίου γενόμενον. καὶ τάδε μὲν, ὡς προσεδόκησεν ὁ Ἀγρίππας, ἐγίγνετο ἅπαντα. Ὁ δὲ Λεύκιος, ἀποτυχὼν ὧν ἐπενόει, πρὸς Ἀσίνιον καὶ Οὐεντίδιον ᾔει, ἐνοχλεύντων αὐτὸν ἑκατέρωθεν Σαλβιδιηνοῦ τε καὶ Ἀγρίππου, καὶ φυλασσόντων ὅτε μάλιστα περιλάβοιεν ἐν τοῖς στενοῖς.

XXXII. Ἐκφανείσης δὲ παρ' αὐτὰ τῆς ἐπιβουλῆς, ὁ Λεύκιος οὐ θαῤῥῶν ἀμφοτέροις ἑκατέρωθεν οὖσιν ἐς χεῖρας ἰέναι, ἐς Περυσίαν παρῆλθεν, ὀχυρὰν πόλιν, καὶ παρ' αὐτὴν ἐστρατοπέδευσε, τοὺς περὶ τὸν Οὐεντίδιον περιμένων. Ὁμοῦ δ' αὐτόν τε καὶ τὴν Περυσίαν ὁ Ἀγρίππας καὶ ὁ Σαλβιδιηνὸς.

*Lin. 54. Verba* καὶ οἵδε *rectius fortaſſe ad ſeqq. referrentur.* *L. 55. Malim* δείσας περὶ τῷ Σαλβιδ. *aut* δείσας τῷ Σαλ. *L. 56.* Σούτριον *Edd. MSS. & Cand. Correxi, monente Cluvero.* *L. 67.* ἐχυρὰν *b. l. Aug. Reg. B.*

dienum a tergo ſequebantur *Aſinius et Ventidius*, *Antoniani duces*, vetantes ne ulterius procederet. Tum *Agrippa*, *Cæſari amiciſſimus*, veritus, ne Salvidienus circumveniretur, *Sutrium* occupavit, oppidum opportunum Lucio; ſperans fore, ut *Lucius* a Salvidieno in ſe averteretur; quo facto *Salvidienus*, qui a tergo erat Lucii, copiis ſuis ſibi poſſet ſubvenire. Et ſicut ſperaverat *Agrippa*, ſic res cecidit. Tum *Lucius*, cœpto fruſtratus, cum *Aſinio et Ventidio* ſe conjungere conſtituit; utrimque ſemper eum infeſtantibus *Salvidieno et Agrippa*; & tempus maxime, quo in anguſtiis eum circumvenire poſſent, obſervantibus.

32. *Lucius*, ubi inſidias ſibi parari cognovit, non auſus cum utrimque imminente hoſte manus conſerere, ad *Peruſiam* deflexit, urbem munitam; ibique caſtra metatus eſt, Ventidium Aſiniumque exſpectaturus. Moxque *Agrippa et Salvidienus*, ipſeque *Cæſar*, ad illos accedens, & *Lucium et Peruſiam*

Digitized by Google

ὁ Σαλβιδιηνὸς, καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπελθὼν, τρισὶ στρατοπέδοις ἐκυκλώσαντο· καὶ τὸν ἄλλον στρατὸν ὁ Καῖσαρ ἐκάλει πανταχόθεν κατὰ σπουδὴν, ὡς ἐπὶ τοῦτο δὴ κεφάλαιον τοῦ πολέμου, ἐν ᾧ Λεύκιον εἶχε περιειλημμένον. προὔπεμπε δὲ καὶ ἑτέρους, ἐμποδὼν εἶναι τοῖς ἀμφὶ τὸν Οὐεντίδιον ἐπιοῦσιν. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ διὰ σφῶν ὤκνουν ἐπείγεσθαι, τόν τε πόλεμον ἀποδοκιμάζοντες ὅλως, καὶ τὴν Ἀντωνίου γνώμην οὐκ ἐπιστάμενοι, καὶ τὴν ἡγεμονίαν τῆς στρατιᾶς οὐ παριέντες ἀλλήλοις κατὰ ἀξίωσιν οὐδέτερος. Ὁ δὲ Λεύκιος οὔτ᾽ ἐς μάχην ᾔει τοῖς περικαθημένοις, ἀμείνοσι καὶ πλέοσιν οὖσι καὶ γεγυμνασμένοις, νεοστράτευτον ἔχων τὸ πλέον, οὔτε ἐς ὁδοιπορίαν, ἐνοχλησόντων αὐτὸν ὁμοῦ τοσῶνδε. Μάνιον δὲ ἐς τὸν Οὐεντίδιον καὶ Ἀσίνιον ἔπεμπεν, ἐπείγειν αὐτοὺς βοηθεῖν πολιορκουμένῳ Λευκίῳ· καὶ Τισιηνὸν μετὰ τετρακισχιλίων ἱππέων, λεηλατεῖν τὰ Καίσαρος, ἵνα ἀνασταίη. αὐτὸς

A. U. 713.

*Lin.* 78. παριόντες *Edd. Recte Aug. Ven.* *L.* 79. Οὐδὲ Λεύκιος *Aug.* *L.* 84. Τισίηνον *Edd.* Τίσσινον *Regii.* Τίσσινον *Aug.* Tiſſinium *Cand.*

*et Perusiam* tribus ſimul exercitibus *obſederunt.* Ac ceteras quoque copias *Cæſar* ad eamdem urbem, tamquam ad ſedem belli, in qua clauſum Lucium teneret, undique convocavit: & alios miſit, qui adventantibus Ventidio Aſinioque ſe opponerent. Quamquam illi ne per ſe quidem admodum properabant; quod nec bellum id probarent, & incerti eſſent de mente Antonii: quo accedebat inter ipſos duces æmulatio, dignitate pares, ut neuter alteri cedere imperio totius exercitus vellet. *Lucius* interim, obſeſſus, nec prælio ſe committebat, impar hoſti non numero ſolum, ſed & genere militum; fruſtraque tirones, cujus generis major pars erat ſuorum, objecturus veteranis: neque vero iter ingredi audebat, a tam multis undique infeſtatus. Quapropter *Manium* miſit ad *Ventidium* & *Aſinium*, qui urgeret eos ad ſubveniendum obſeſſis: ſimulque *Tiſienum* juſſit cum quatuor equitum millibus e Cæſarianorum agris prædas agere, ut Cæſar ab obſidione abſtraheretur. Ipſe vero intra *Peruſiæ* mœnia ſe recepit; ut, ſi

A. U. 713. δὲ παρῆλθεν ἐς τὴν Περυσίαν, ὡς ἐν ὀχυρᾷ πόλει χειμάσων· εἰ δέοι, μέχρι τοὺς περὶ τὸν Οὐεντίδιον ἀφικέσθαι.

XXXIII. Καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτίκα μετὰ σπουδῆς ἅπαντι τῷ στρατῷ τὴν Περυσίαν ἀπετείχιζε χάρακι καὶ τάφρῳ, πεντήκοντα καὶ ἓξ σταδίους περιϊών, διὰ τὸ τῆς πόλεως γεώλοφῶδες, καὶ σκέλη μακρὰ ἐπὶ τὸν Τίβεριν ἐκτείνων, ἵνα τι ἐς τὴν Περυσίαν μὴ ἐσφέροιτο. Αντεπονεῖτό γε μὴν καὶ ὁ Λεύκιος, ἑτέροις ὁμοίοις χαρακώμασι καὶ τάφροις τὴν πέζαν ὀχυρούμενος τοῦ λόφου. καὶ Φουλβία Οὐεντίδιον καὶ Ασίνιον καὶ Ατήϊον καὶ Καληνὸν ἐκ τῆς Κελτικῆς ἠπείγε βοηθεῖν Λευκίῳ· καὶ στρατὸν ἄλλον ἀγείρασα, Πλάγκον ἔπεμπεν ἄγειν Λευκίῳ. Πλάγκος μὲν δὴ τέλος τοῦ Καίσαρος, ἐς Ρώμην ὁδεῦον, διέφθειρεν. Ασινίου δὲ καὶ Οὐεντιδίου, σὺν μὲν ὄκνῳ καὶ διχονοίᾳ τῆς Αντωνίου γνώμης, διὰ δὲ Φουλβίαν ὅμως καὶ διὰ Μάνιον, ἐς τὸν Λεύκιον ἰόντων, καὶ τοὺς ἀποκλείοντας βιαζομένων, ὁ Καῖ-

*Lin.* 89. ἀπετείχισε *edit.* 2. 3. *Reg. A. Prætuli Aug. Ven. Reg. B. edit.* 1. *Ibid.* τάφρῳ *edit.* 2. 3. *oper. errore. L.* 92. ἐσφέρεται *Reg. B. ex emend. L.* 95. Στήϊον *h. l. mend. Edd. & MSS.* Sed Atcjum *recte Cand. L.* 96 *ſq.* Πλάκκον, Πλάκκος *vel* Πλάκος, *MSS. ut alibi: & ſic porro. L.* 98. Ασιννίου *MSSti, ut plerumque alibi, ſaltem unus vel alter.*

opus eſſet, in urbe munita hiemaret, donec Ventidius cum Aſinio adveniſſet.

33. At *Cæſar*, univerſis copiis propere opus facere juſſis, *Peruſiam foſſa atque aggere*, circuitu VII millium paſſuum, propter tumulum in quo urbs ſita eſt, *cinxit*; brachiaque longa ad Tiberim uſque duxit, ne quid in urbem importaretur. E diverſo *Lucius* ſimili vallo foſſaque radices tumuli muniebat. Et *Fulvia* quoque Ventidium Aſiniumque, tum *Atcjum* & *Calenum* hortata eſt, e Gallia properarent in auxilium obſeſſi; ſimulque alium exercitum, recens nunc collectum, *Planci* ductu miſit ad Lucium. *Plancuſque* legionem Cæſarianam, quæ Romam petebat, concidit in itinere. Quum autem *Aſinius Ventidiuſque*, ſegniter quidem, ut incerti voluntatis Antonii, irent tamen ad Lucium propter Fulviam & Manium, & vi erumpere per eos, qui ad aditum illis præcludendum miſſi erant, conarentur; tum *Cæſar* cum *A-*

Digitized by Google

σαρ ὑπήντα σὺν Ἀγρίππᾳ, φυλακὴν τῆς Περυσίας καταλιπών. οἱ δὲ, οὐδέ πω συμβαλόντες ἀλλήλοις, οὔτε σὺν προθυμίᾳ χωροῦντες, ὁ μὲν αὐτῶν ἐς Ῥάβενναν, ὁ δ' ἐς Ἀρίμινον, ὁ δὲ Πλάγκος ἐς Σπωλήτιον συνέφυγον. Καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτῶν ἑκάστῳ στρατὸν ἐπιστήσας, ἵνα μὴ πρὸς ἀλλήλους συνέλθοιεν, ἐς τὴν Περυσίαν ἐπανῆλθε· καὶ μετὰ σπουδῆς τὰς τάφρους προσεσταύρου, καὶ ἐδιπλασίαζε τὸ βάθος καὶ πλάτος, ὡς τριάκοντα πόδας ἀμφότερα εἶναι· τό τε περιτείχισμα ὕψου, καὶ πύργους ἐπ' αὐτοῦ ξυλίνους δι' ἑξήκοντα ποδῶν ἵστη χιλίους καὶ πεντακοσίους· καὶ ἐπάλξεις τε ἦσαν αὐτῷ πυκναὶ, καὶ ἡ ἄλλη παρασκευὴ πᾶσα διμέτωπος, ἔς τε τοὺς πολιορκουμένους, καὶ εἴ τις ἔξωθεν ἐπίοι. Ἐγίγνετο δὲ ταῦτα σὺν πείραις πολλαῖς καὶ μάχαις, ἀκοντίσαι μὲν ἀμεινόνων ὄντων τῶν Καίσαρος, συμπλέκεσθαι δὲ τῶν Λευκίου μονομάχων· καὶ πολλοὺς ἔκτεινον συμπλεκόμενοι.

*Lin. 6. ἐς πωλίτιον Edd. ἐς πωλήτιον Aug. Reg. B. Cand. Correxi mendam. L. 9. προσεσταύρου Reg. A. L. 10. βάτος erat in edit. I. mend. L. 12. πυργ. ἐξ αὐτοῦ Edd. Rectius Aug.*

A.U. 713.

*grippa*, relicta Peruſina obſidione, obviam eis profectus eſt. At illi, quum nondum ne copias quidem ſuas conjunxiſſent, ac ceteroquin non nimis promta voluntate eſſent progreſſi, contulerunt ſe alter Ravennam, alter Ariminum; *Plancus* vero Spoletium ſe recepit. *Cæſar*, oppoſita cuique parte ſui exercitus, ne inter ſe conjungerentur, *Peruſiam* rediit: ibique celeriter foſſas vallo præmunivit, earumque cum altitudinem tum latitudinem duplicavit, ut utraque pedum eſſet triginta; tum murum circumcirca altiorem fecit, & turres in eo ligneas MD, ſpatio LX pedum inter ſe diſtantes, erexit, denſiſque propugnaculis murum inſtruxit; denique omnes munitiones ancipites effecit, tam contra obſeſſos, quam contra impetus qui extrinſecus fieri poſſent. Interim non ſemel eruptiones a *Lucio* tentatæ ſunt, pugnæque commiſſæ; in quibus Cæſariani melius miſſilibus rem agebant, quum ex adverſo gladiatores Lucii audacius conſererent manus, multoſque cominus trucidarent,



Digitized by Google

XXXIV. Ὡς δὲ ἐξείργαστο πάντα τῷ Καίσαρι, λιμὸς
A. U. 713. ἥπτετο τοῦ Λευκίου, καὶ τὸ κακὸν ἤκμαζεν ἀγρίως, ἅτε μηδὲν αὐτοῦ μηδὲ τῆς πόλεως προπαρεσκευασμένης. ὧν ὁ Καῖσαρ αἰσθανόμενος, ἀκριβεστέρας τὰς φυλακὰς ἐποίει. Νουμηνίας δὲ ἔτους ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν οὔσης, φυλάξας ὁ Λεύκιος τὴν ἑορτὴν, ὡς ἀμελείας τοῖς πολεμίοις αἰτίαν, ἐξέθορε νυκτὸς ἐπὶ τὰς πύλας αὐτῶν, ὡς διεκπαίσων αὐτοὺς, καὶ στρατιὰν ἐπαξόμενος ἑτέραν· πολλὴ γὰρ ἦν αὐτῷ πολλαχοῦ. ταχὺ δὲ τοῦ πλησίον ἐφεδρεύοντος τέλους καὶ τοῦ Καίσαρος αὐτοῦ σὺν ταῖς στρατηγίσι σπείραις ἐπιδραμόντων, ὁ Λεύκιος μάλα προθύμως ἀγωνιζόμενος ἀνεώσθη. Τῶν δ' αὐτῶν ἡμερῶν ἐν Ῥώμῃ, τοῦ σίτου τοῖς στρατευομένοις φυλασσομένου, τὸ πλῆθος τῷ πολέμῳ καὶ τῇ νίκῃ φανερῶς ἐπηρῶντο, καὶ ἐς τὰς οἰκίας ἐστρέχοντες ἐπὶ ἐρεύνῃ σίτου, ὅσα εὕροιεν ἥρπαζον.

714. XXXV. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Οὐεντίδιον, αἰδούμενοι λιμῷ

*Lin.* 21. ἠκμ. ἀθρόως *Edd.* ἀγρίως *ded. Aug Ven. L.* 23. αἰσθόμενος *Edd. Prætuli Aug. L.* 26 *ſq.* ὡς ἐκδιεκπαίσων *Edd. mend. ex Reg. B. Recte Aug. Reg. A. L.* 29. στρατηγίσις *Edd. mend. Recte Aug. Ven. L.* 35 *ſq.* κάμνοντα λιμῷ *Edd. Prætuli ſeriem verb. Aug.*

34. Poſtquam vero perfectum eſt opus a *Cæſare*, *fame premebatur Lucius*; atque eo ferocius ingruebat malum, quod nec oppidani, nec ipſe, ullos commeatus præparaverant. Quod intelligens *Cæſar*, diligentiores adhibuit cuſtodias. Nocte autem, quæ præceſſit *Calendas Januarias*, *Lucius*, ratus id ſolenne adlaturum hoſtibus negligentiam, in ipſam portam eorum fecit impetum; ſperans, ſe per hoſtium munimenta erumpere, & alias copias, quas multas multis locis habebat, adducere poſſe. Sed celeriter excita legione e proximis excubiis, & *Cæſare* ipſo cum prætorianis cohortibus ſuccurrente, *Lucius* poſt acre certamen repulſus eſt. Per eoſdem dies *Romæ*, quum frumentum omne adſervaretur in uſum militum, *plebs*, palam imprecationes jactans contra bellum & contra nuperam victoriam, diſcurrit per privatas ædes, *frumentum* quærens; & quidquid invenit, *diripuit*.

3.. Jam vero *Ventidius* reliquique earum partium du-

Digitized by Google

κάμνοντα Λεύκιον περιορᾷν, ἐχώρουν ἐς αὐτὸν ἅπαντες, βιαζόμενοι τοὺς Καίσαρος, πανταχόθεν αὐτοὺς περικειμένους καὶ ἐνοχλοῦντας. ὑπαντώντων δ᾽ αὐτοῖς Ἀγρίππου τε καὶ Σαλβιδιηνοῦ μετὰ δυνάμεως ἔτι πλείονος, ἔδεισαν μὴ κυκλωθεῖεν, καὶ ἐς Φουλκίνιόν τι χωρίον ἐξέκλιναν, ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους τῆς Περυσίας διεστηκός·· ἔνθα αὐτοὺς τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀγρίππαν περικαθημένων, πυρὰ πολλὰ ἤγειραν, σύμβολα τῷ Λευκίῳ. καὶ γνώμην ἐποιοῦντο Οὐεντίδιος μὲν καὶ Ἀσίνιος, βαδίζειν καὶ ὡς μαχουμένοι· Πλάγκος δὲ, ἔσεσθαι μέσους Καίσαρός τε καὶ Ἀγρίππου, χρῆναι δ᾽ ἔτι καραδοκεῖν τὰ γιγνόμενα· καὶ ἐκράτει λέγων ὁ Πλάγκος. Οἱ δ᾽ ἐν τῇ Περυσίᾳ, τὰ μὲν πυρὰ ἰδόντες, ἥδοντο· τῶν δ᾽ ἀνδρῶν βραδυνόντων, εἴκασαν καὶ τούσδε ἐνοχλεῖσθαι, καὶ παυσαμένου τοῦ πυρὸς διεφθάρθαι. Ὁ δὲ Λεύκιος, τοῦ λιμοῦ πιέζοντος, ἐνυκτομάχησεν αὖθις ἐκ πρώτης φυλακῆς ἐς ἕω, περὶ ἅπαν τὸ περιτείχισμα· καὶ οὐ

*A. U. 714.*

*Lin.* 27. βιαζόμ. τοῦ Καίσαρος *Aug. Forte leg.* τοὺς τοῦ Καισ. *L.* 40. Φουλκίνιόν τε *Edd. Rectius Aug.*

ces, ignominioſum rati, non ſubvenire laboranti fame *Lucio*, omnes ad eum proficiſci inſtituerunt, rejectis Cæſarianis, qui undique eos obſederant preſſerantque. Sed, *Agrippa Salvidienoque* adventantibus cum majoribus copiis, veriti ne circumvenirentur, deflexerunt *Fulginium*, oppidum XX. M. P. a *Peruſia* diſtans. Ubi ab Agrippa obſeſſi, nocturnis ignibus multis accenſis ſignum dabant *Lucio*. Ibi dum inter ſe deliberant, *Ventidio Pollionique* placuit, ut vel ſic proficiſcerentur, prælioque decernerent: ſed *Plancus* amplius exſpectandum cenſebat, ne ingererent ſe perículoſe medios inter Agrippam & Cæſarem: quæ ſententia viſa eſt potior. Qui *Peruſia* obſidebantur, ad primum conſpectum ignium gaviſi, tardantibus ſociis, conjectabant premi eos ab hoſtibus: ubi vero ceſſarunt ignes, deletos ſocios putabant. *Lucius* autem, *fame preſſus*, rurſus alia nocte a prima vigilia uſque diluculum eruptionem tentavit locis omnibus: ſed & tunc, irrito conatu, in



Digitized by Google

A. U. 714. δυνηθεὶς, ἀνέθορεν αὖθις ἐς τὴν Περυσίαν, καὶ τὰς ὑπολοίπους συλλογισάμενος τροφὰς, ἀπεῖπε δίδοσθαι τοῖς θεράπουσι, καὶ ἐφύλασσεν αὐτοὺς, μηδ' ἐκφυγεῖν, ἵνα μὴ γνωριμώτερον γένοιτο τοῖς πολεμίοις τὸ δεινόν. ἠλῶντο οὖν οἱ θεράποντες κατὰ πλῆθος, καὶ κατέπιπτον ἔν τε αὐτῇ τῇ πόλει καὶ μέχρι τοῦ σφετέρου διατειχίσματος, πόαν εἴ τινα εὕροιεν, ἢ φυλλάδα χλωρὰν, νεμόμενοι. καὶ τοὺς ἀποψύχοντας ὁ Λεύκιος ἐς τάφρους ἐπιμήκεις κατώρυσσεν· ἵνα μήτε καιομένων, ἐπίδηλον τοῖς ἐχθροῖς γένοιτο, μήτε σηπομένων, ἀτμὸς καὶ νόσος.

XXXVI. Ἐπεὶ δὲ οὔτε τοῦ λιμοῦ τι τέλος ἦν οὔτε τῶν θανάτων, ἀχθόμενοι τοῖς γιγνομένοις οἱ ὁπλῖται, παρεκάλουν τὸν Λεύκιον αὖθις ἀποπειράσαι τῶν τειχῶν, ὡς διακόψοντες αὐτὰ πάντως. ὁ δὲ, τὴν ὁρμὴν ἀποδεξάμενος, Οὐκ ἀξίως, ἔφη, πρώην τῆς παρούσης ἀνάγκης ἠγωνισάμεθα· καὶ νῦν ἢ παραδιδόναι σφᾶς, ἢ, τοῦτο χεῖρον ἡγουμένους θανάτου, μάχεσθαι μέχρι θανάτου. Δεξαμένων δὲ προθύμως ἁπάντων, καὶ, ἵνα μή τις ὡς

urbem rejectus eſt. Jamque, ſubducta ratione quantum cibariorum eſſet reliquum, ſervis porro præberi victum vetuit: ipſos autem cuſtodivit, ne transfugiendo magis patefacerent hoſtibus mali gravitatem. Errabant igitur agminatim *ſervi*, paſſim humum ſeſe projicientes vel in urbe vel in pomœriis, & *herbam*, ſicubi invenirent, *depaſcentes* aut frondes virides. Exanimes autem *Lucius* in altis foveis defodiebat, ne rogos hoſtis animadverteret, neve ex cadaverum exhalatione peſtis gigneretur.

36. Quum vero nec famis finis adpareret, nec funerum; milites pertæſi orabant *Lucium*, ut rurſus tentaret erumpere, quaſi munimenta hoſtium omnino nunc perfracturi. Ille, comprobato eorum ardore: „Nuper, inquit, non tam ſtrenue, quam neceſſitas poſtulabat, certavimus: nunc aut deditio facienda, aut, ſi hæc morte videtur deterior, uſque ad mortem pugnandum eſt." accipientibus promte conditionem omnibus, &, ne nox ullam præberet occaſio-

Digitized by Google

ἐν νυκτὶ πρόφασις γένοιτο, κατὰ φῶς ἄγειν σφᾶς κελευόντων, ὁ Λεύκιος ἦγε πρὸ ἡμέρας· σίδηρόν τε τειχομάχον εἶχον πολὺν, καὶ κλίμακας ἐς εἴδη πάντα διεσκευασμένας. ἐφέρετο δὲ καὶ τάφρων ἐγχωστήρια ὄργανα, καὶ πύργοι πτυκτοὶ σανίδας ἐς τὰ τείχη μεθιέντες, καὶ βέλη παντοῖα, καὶ λίθοι, καὶ γέῤῥα τοῖς σκόλοψιν ἐπιῤῥιπτεῖσθαι. Προσπεσόντες δὲ μεθ' ὁρμῆς βιαίου, τὴν τάφρον ἐνέχωσαν, καὶ τοὺς σταυροὺς ὑπερέβησαν· καὶ τοῖς τείχεσι προσελθόντες, οἱ μὲν ὑπώρυσσον, οἱ δὲ τὰς κλίμακας ἐπῆγον, οἱ δὲ τοὺς πύργους· ἐνεχείρουν τε ὁμοῦ, καὶ ἠμύνοντο λίθοις καὶ τοξεύμασι καὶ μολιβδαίναις, σὺν πολλῇ θανάτου καταφρονήσει. καὶ τάδε ἐγίγνετο κατὰ μέρη πολλά· ἐπειδὴ δέ τινας * ἐς πολλὰ διαιρουμένοις τοῖς πολεμίοις ἀσθενέστερα πάντα ἦν. A. U. 714.

XXXVII. Ἐκπεσεισῶν δέ που τῶν σανίδων ἐς τὸ τεῖχος, βία τότε μάλιστα ἐπικίνδυνος ἦν τῶν Λευκιανῶν ἐπὶ ταῖς σανίσι μαχομένων, καὶ βέλη πλάγια πάντοθεν ἦν ἐς

*Lin. 74. ἀγχωστήρια Edd. mend. Recte Aug. L. 75. πυκλοὶ edit. 1. ex Reg. A. πυκλοὶ edit. 2. 3. Verum deder. Reg. B. & Aug. L. 76. καὶ λίθους Edd. Rectius Aug. L. 80. πύργους ἐνεχείρουν Edd. omiſſa diſtinctione, quam recte dedit Aug. L. 83. Poſt τινας adjecti ſignum lacunæ: cujus nulla ſuſpicio foret, ſi abeſſet τινας & lin. abhinc tertia pro δέ που legeretur δή που.*

nem ignaviæ, clara luce ſignum ſibi dari poſtulantibus; *Lucius* duxit eos ſub diluculum, inſtructos affatim ferramentis, & ſcalis variarum formarum, machiniſque quibus foſſæ complentur aggere, & *turribus plicatilibus, ex quibus pontes jaciuntur in mœnia:* adhæc telorum omne genus accedebat, lapideſque, & crates quas palis injicerent. Itaque connixi totis viribus, repleta foſſa, vallum tranſſcenderunt: ſubeunteſque murum, alii eum ſuffodiebant, ſcalas alii adplicabant, alii turres ádmovebant: ſimulque operi erant intenti, ſimul dimicabant, ſaxis, ſagittis, glandibus, cum multo mortis contemtu: eaque omnia multis ſimul locis agebantur. Ita hoſtes in diverſa diſtracti reſiſtebant ſegnius.

37. Poſtquam vero alicubi jam pontes injecti ſunt in mœnia, tum maxime ſumma & ferocia & ſummo periculo ex ipſis pontibus pugnabant *Lu-*

A. U. 714. αὐτοὺς καὶ ἀκόντια. ἐβιάσαντο δὲ ὅμως, καὶ ἐς τὸ τεῖχος ἐξήλαντο ὀλίγοι, καὶ αὐτοῖς εἵποντο ἕτεροι· καὶ τάχα ἄν τι ἐξείργαστο αὐτοῖς μετὰ ἀπονοίας, εἰ μὴ, γνωσθέντος οὐ πολλὰ εἶναι τὰ τοιαῦτα μηχανήματα, οἱ ἄριστοι τῶν Καίσαρος ἐφεδρειῶν ἀκμῆτες ἐπήγοντο κεκμηκόσι. Τότε γὰρ δὴ τῶν τειχῶν αὐτοὺς κατήρειψαν, καὶ τὰ μηχανήματα συνέτριψαν, καὶ ἔβαλλον ἄνωθεν ἤδη σὺν καταφρονήσει. τοῖς δὲ τὰ μὲν ὅπλα καὶ τὰ σώματα ὅλα συνεκέκοπτο, καὶ βοὴ σφᾶς ἐπελελοίπει· παρέμενον δ᾽ ὅμως τῇ προθυμίᾳ. ὡς δὲ καὶ τὰ νεκρὰ τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους ἀνῃρημένων ἐσκυλευμένα κάτω διεῤῥιπτεῖτο, τὴν ὕβριν οὐκ ἔφερον, ἀλλὰ ἀνετρέποντο ὑπὸ τῆς ὄψεως, καὶ μικρὸν ἔστησαν ἀποροῦντες, ὥσπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν οἱ διαναπαυόμενοι. Ὧδε δὲ αὐτοὺς ἔχοντας ἐλεῶν ὁ Λεύκιος ἐκάλει τῇ σάλπιγγι ἀναχωρεῖν. ἡσθέντων δὲ τῶν Καίσαρος ἐπὶ τῷδε, καὶ τὰ ὅπλα παταγησάντων οἷον ἐπὶ νίκῃ, ἐρεθισθέντες οἱ τοῦ Λευκίου, τὰς κλίμακας

*Lin.* 94. ἔβαλον *Edd. invitis MSStis.* *L.* 95. *Pro* ὅλα *eſt* ὅπλα *in Aug. Eam vocem omiſit Cand.* *L.* 96. *Pro* βοὴ *repoſitum* πνοὴ *vel* βία *maluerat Muſgrav.* *L.* 99. ὑπὲρ τῆς ὄψεως *Edd. ex Reg. B. mend. Recte Reg. A. Aug. Ven.*

*ciani*, a lateribus undique telorum omni genere petiti. At perruperunt tamen, & in mœnia proſilierunt nonnulli, quos mox plures ſunt ſecuti. Et fortaſſis, ut deſperati, effeciſſent aliquid, ni, cognito non multas eſſe tales machinas, fortiſſimi Cæſarianorum feſſis recentes ex ſubſidiis eſſent objecti: qui tum deturbarunt hos e mœnibus, &, confractis machinis, jam contemtim e ſublimi feriebant reliquos. Illi, perfoſſis ſcutis, totoque corpore conſauciati, voce quoque jam deficiente, durabant tamen acriter. Ut vero cadavera etiam eorum, qui in muro cæſi erant, ſpoliata viderunt dejici; non tulerunt contumeliam: ſed horrore ejus ſpectaculi reſilientes, conſtiterunt paulisper dubii, ſicut athlētæ inter certamen interquieſcentes. Ita adfectos miſeratus *Lucius*, receptui cecinit. Sed quum Cæſariani læti comploderent arma, tamquam in victoria; irritati Lucii milites, rurſus arreptis ſcalis (turres enim nul-

αὖθις ἁρπάσαντες (οὐ γὰρ ἔτι πύργους εἶχον) ἔφερον ἐς τὰ τείχη μετὰ ἀπονοίας, οὐδὲν ἔτι βλάπτοντες· οὐ γὰρ ἐδύναντο. περιθέων δ᾽ αὐτοὺς ὁ Λεύκιος, ἐδεῖτο μὴ ψυχομαχεῖν ἔτι, καὶ οἰμώζοντας ἀπῆγεν ἄκοντας. A. U. 714.

XXXVIII. Τὸ μὲν δὴ τέλος τῆσδε τῆς τειχομαχίας, προθυμοτάτης γενομένης, ἐς τοῦτο ἐτελεύτα. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἵνα μὴ αὖθις ἐπιτολμήσειαν οἱ πολέμιοι τοῖς τείχεσι, τὴν στρατιὰν, ὅση τοῖς γιγνομένοις ἐφήδρευε, παρ᾽ αὐτὸ τὸ τεῖχος ἵδρυσε, καὶ ἐδίδαξεν ἀναπηδᾷν ἐς τὸ τεῖχος ἄλλους ἀλλαχοῦ κατὰ σύνθημα σάλπιγγος. Συνεχῶς τε ἀνεπήδων, οὐδενὸς ἐπείγοντος· ἵνα διδαχή τε σφίσι, καὶ φόβος εἴη τοῖς πολεμίοις. Ἀθυμία δὲ ἐπεῖχε τοὺς τοῦ Λευκίου· καὶ, ὅπερ ἐν τοῖς τοιούτοις εἴωθε γίγνεσθαι, τῆς φυλακῆς οἱ φύλακες ἠμέλουν· ἐκ δὲ τῆς ἀμελείας αὐτομολίαι πολλῶν ἐγίγνοντο, καὶ οὐχ οἱ ἀφανέστεροι τοῦτο μόνοι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡγεμονικῶν τινες ἀνδρῶν. Ἐνεδίδου τε ὁ Λεύκιος ἤδη πρὸς διαλύσεις, ἐλέῳ τοσοῦδε πλήθους ἀπολλυμένου. ἐχθρῶν δέ τινων Καίσαρος περὶ σφῶν δεδιότων, ἔτι ἐπεῖχεν. Ὡς δὲ ὁ Καῖσαρ ὤφθη

*Lin.* 18. ἐν τούτοις εἴωθε *Edd. Rectius Aug.*

las amplius habebant) cum deſperatione denuo in muros hoſtium ruebant; ſed irrito conatu, nec enim quidquam amplius lædere poterant. Itaque *Lucius*, circumcurſans eos, orabat, ne amplius de vita pugnarent; & gementes ac invitos reduxit.

38. Hic fuit acerrimæ illius oppugnationis exitus. Tum *Cæſar*, ne rurſus hoſtes muros tentarent, milites, quotquot jam non in ipſis ſtationibus eſſent, poſt murum collocavit; docuitque ſigno tuba dato alios alibi in murum proſilire. Atque id continue illi faciebant, nemine etiam urgente; exercitantes ſe pariter, & hoſtem territantes. Lucii vero milites occupavit mœſtitia; &, quod in tali ſtatu rerum fieri ſolet, cuſtodiæ remiſſius agebantur; atque inde crebra fiebant transfugia, non vulgarium tantum militum, ſed & præfectorum aliquot. Jamque etiam *Lucius ad pacem flectebatur*, pereuntium multitudinem miſeratus: ſed unum hoc eum remorabatur, quod Cæſaris inimici ſibi timebant. Ubi vero clementer

Bbb 5

A. U. 714. τοὺς αὐτομόλους φιλανθρώπως ἐκδεχόμενος, καὶ πλείων ὁρμὴ πᾶσιν ἐς τὰς διαλύσεις ἐγίγνετο, δέος ἥπτετο τοῦ Λευκίου, μὴ ἀντιλέγων ἐκδοθείη.

XXXIX. Γενομένης οὖν τινος ἐς τοῦτο πείρας καὶ ἐλπίδος οὐκ ἀηδοῦς, τὸν στρατὸν συναγαγὼν, ἔλεξεν ὧδε· ΓΝΩΜΗ μὲν ἦν μοι, τὴν πάτριον ὑμῖν ἀποδοῦναι πολιτείαν, ὦ Συστρατιῶται, τυραννίδα τὴν τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἀρχὴν ὁρῶντι, καὶ οὐδ᾽ ἐφ᾽ ᾗ συνέστη προφάσει, Κασσίου καὶ Βρούτου τεθνεώτων, διαλυθεῖσαν. Λεπίδου γὰρ τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς ἀφῃρημένου, καὶ Ἀντωνίου πορρωτάτω χρήματα συλλέγοντος, εἷς οὗτος ἅπαντα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γνώμην διῴκει, τὰ δὲ πάτρια Ῥωμαίοις πρόσχημα μόνον ἦν καὶ γέλως. ἅπερ ἐγὼ μεταβάλλειν ἐς τὴν ἄνωθεν ἐλευθερίαν τε καὶ δημοκρατίαν ἐπινοῶν, ἠξίουν, τῶν ἐπινικίων διαδοθέντων ἐκλυθῆναι τὴν μοναρχίαν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔπειθον, ἐπειρώμην ἐπὶ τῆς ἐμῆς ἀρχῆς κα-

*Lin. 31. τὴν carent Edd. male. Dederunt Aug. Ven. Reg. A. L. ἐπειδὴ, ἐπὶ Ῥώμην Edd. invit. MSS. ἐπειρώμην Reg. B. Verum (quod jam viderat Gelenius) dederunt Reg. A. & Aug.*

a *Cæſare* excipi transfugas adparuit, & majus jam pacis deſiderium omnes inceſſit; tum vero timere cœpit, ne, ſi ſolus obſtaret, dederetur Cæſari.

39. Quapropter, poſtquam prætentanti ſpes haud ingrata oſtenſa eſt, convocatis militibus, LUCIUS ſic apud eos concionatus eſt: „ERAT mihi quidem animus, *COMMILITONES*, rempublicam vobis reſtituere a majoribus acceptam, quum *Triumviratum* vidiſſem *in tyrannidem verſum*, neque poſt Brutum & Caſſium ſublatos, qui prætextus conſtituendæ illius poteſtatis fuerat, ceſſantem. Lepido enim amoto a collegio, Antonio in remotiſſimis provinciis colligente pecunias, unus hic arbitratu ſuo gerebat omnia: populi Romani inſtituta a majoribus accepta ludibrio habebantur, & vix vana eorum ſpecies relinquebatur. Quibus malis ego remedium quærens, & priſtinam libertatem remque publicam reſtituere cogitans, poſtulaveram, ut, redditis militibus victoriæ præmiis, abrogaretur unius dominatio. Quod poſtquam precibus non impetravi, conatus ſum pro po-

Digitized by Google

ἀναγκάσαι. ὁ δέ με τῷ στρατῷ διέβαλλε, κωλύειν τὰς κληρουχίας ἐλέῳ τῶν γεωργῶν· καὶ τὴν διαβολὴν ἐγὼ ἥνδε ἠγνόησα ἐπὶ πλεῖστον· ἀλλ' οὐδὲ ἐπιγνοὺς, ἐπίστευσά τινα πιστεύσειν, ὁρῶντα τοὺς οἰκιστὰς καὶ παρ' ἐμοῦ διδομένους, οἳ μεριεῖν ἔμελλον ὑμῖν τὰς κληρουχίας. ἀλλὰ δημαγώγησε γάρ τινας ἡ διαβολὴ, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ᾤχοντο· πολεμήσοντες ἡμῖν, ὡς νομίζουσι· σὺν χρόνῳ δ' εἴσοντες, στρατευσάμενοι καθ' ἑαυτῶν. Ὑμῖν δ' ἐγὼ μαρτυρῶ μὲν, ἑλομένοις τὰ ἀμείνονα, καὶ ὑπὲρ δύναμιν κακοπαθήσασιν. ἡττήμεθα δὲ οὐχ ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἀλλὰ τοῦ λιμοῦ, ᾧ δὴ καὶ πρὸς τῶν ἡμετέρων στρατηγῶν ἐγκαταλελείμμεθα. Ἐμοὶ μὲν δὴ καλῶς εἶχεν ἀγωνίσασθαι μέχρι τοῦ τελευταίου δαίμονος ὑπὲρ τῆς πατρίδος· καλὸν γάρ μοι τὸν ἔπαινον ἐπὶ τῇ γνώμῃ καὶ τὸ τέλος ἐποίει. οὐχ ὑφίσταμαι δὲ δι' ὑμᾶς, οὓς τῆς ἐμῆς A. U. 714.

*Lin. 44. Verbo* πιστεύσειν, *quod dedit Aug. & cujus veſtigia in Reg. B. adparent, carent Edd. cum Reg. A. Ibid.* ὁρῶν *Edd. Recte Aug. L. 47 ſq.* σὺν χρόνῳ δείσαντες *Edd. Cand.* δ' εἴσαντας *Aug. Ven. quod pronum fuerat corrigere; praeeunte etiam Gelenio. L. 48.* καθ' ἑαυτοὺς *Edd.* καθ' αὐτῶν *(ſic) Aug. Recte Ven. L. 51.* ὑμετέρων *Aug. L. 52.* μὲν δὲ *edit. 3. operarum errore.*

„teſtate magiſtratus mei vel vi efficere. Tum iſte me apud exercitum falſo accuſavit, quaſi deductioni coloniarum ac diſtributioni agrorum me opponerem in veterum poſſeſſorum gratiam. Quam calumniam quum diu ipſe ignoraſſem, ne tum quidem, quum audivi, fidem apud quemquam inventuram putavi; quandoquidem a me quoque deſignatos videre licuit, qui in colonias vos deducerent, agroſque vobis dividerent. Verum decepti nonnulli crediderunt tamen calumniae, pro„fectique ſunt ad eum, ut bellum contra nos gererent; comperturi tandem, ſuſceptam contra ſeſe hanc expeditionem. Sed vobis ego teſtis ſum, potiores partes vos eſſe ſecutos, & laboraſſe pro eiſdem ſupra vires etiam. Victi ſumus autem non ab hoſtibus, ſed a fame; in qua nimirum & ab noſtris ducibus fuimus deſerti. Jam me quidem ſane, pro patria pugnantem, extremam decebat experiri fortunam; ut honeſtiſſimi conſilii laudem glorioſa morte cumularem. Sed non

A. U. 714. προτίθημι εὐκλείας. Πέμψω δὴ πρὸς τὸν κεκρατηκότα, καὶ δεήσομαι, ἐμοὶ μὲν ἀντὶ πάντων ὑμῶν εἰς ὃ θέλει καταχρήσασθαι μόνῳ· ὑμῖν δὲ ἀντ' ἐμοῦ ἀμνηστίαν δοῦναι, πολίταις τε οὖσιν αὐτοῦ, καὶ στρατιώταις ποτὲ γενομένοις, καὶ οὐδὲ νῦν ἀδικοῦσιν, οὐδὲ πολεμήσασιν ἀπὸ καλῆς αἰτίας, οὐδὲ ἡσσημένοις πολέμῳ μᾶλλον, ἢ λιμῷ.

XL. Ὁ μὲν οὕτως εἶπε, καὶ εὐθὺς ἔπεμπε τρεῖς ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν ἀρίστων. ἡ δὲ πληθὺς ἀνῴμωζον, οἱ μὲν ἑαυτῶν χάριν, οἱ δὲ τοῦ στρατηγοῦ, γνώμῃ μὲν ὁμοῦ σφίσιν ἀρίστου καὶ δημοκρατικοῦ Φανέντος, ὑπὸ δ' ἐσχάτης ἀνάγκης ἡττημένου. Οἱ δὲ τρεῖς, ἐντυχόντες τῷ Καίσαρι, ἀνεμίμνησκον τοῦ γένους τῶν στρατῶν ἑνὸς ἑκατέροις ὄντος, καὶ στρατειῶν ὁμοῦ γενομένων, καὶ Φιλίας τῶν ἐπιΦανῶν, καὶ ἀρετῆς προγόνων, οὐκ ἐς ἀνήκεστα τὰς διαΦορὰς προαγαγόντων· ὅσα τε εἰκὸς ἦν ἄλλα ἐπαγωγὰ, τούτοις ὅμοια, ἔλεγον. Ὁ δὲ Καῖσαρ, εἰδὼς τῶν πολεμίων τοὺς μὲν ἀπειροπολέμους ἔτι, τοὺς δὲ κλη-

*Lin.*67. τοῦ στρατηγοῦ *Edd. ex Reg.B. Recte Reg. A. Aug. Ven. Cand.*

„ſuſtineo propter vos, quorum ego incolumitatem meæ gloriæ antepono. Mittam igitur legatos ad victorem, rogaboque, ut a me uno pœnas, vobis omiſſis, quas vult expetat; vobis vero, quam mihi non peto, det veniam, civibus ſuis & quondam etiam militibus, ac ne nunc quidem peccantibus, ſed honeſtas belli cauſas habentibus, & ne bello quidem victis, ſed fame."

40. Hæc locutus *Lucius*, continuo miſit tres electos ex optimatibus. Reliqua vero multitudo in lamenta effundebatur; aliis ſuam vicem dolentibus, aliis vicem imperatoris, qui, quum & fortiſſimum conſilium ſecutus & optime in rempublicam animatus eſſe videretur, ultimæ tandem neceſſitati ſuccumberet. *Legati*, *ad Cæſarem* admiſſi, commemorabant apud eum communem omnium patriam, communemque etiam olim militiam; tum amicitias virorum utriuſque partis nobilium; moremque majorum, abhorrentium a lethalibus diſſenſionibus; denique alia his ſimilia, ad flectendum victoris animum comparata. *Cæſar*, non ignarus hoſtium exercitum compoſitum eſſe par-

φούχους γεγυμνασμένους, ἔφη τεχνάζων, τοῖς ὑπ' Αντωνίῳ στρατευσαμένοις διδόναι τὴν ἀμνηστίαν, ὡς χάριν ἐκείνῳ φέρων· τοὺς δ' ἄλλους ἐπιτρέπειν σφᾶς ἑαυτῷ προστάσσε. Ταῦτα μὲν εἶπεν ἅπασιν. ἰδίᾳ δὲ ἕνα τῶν τριῶν ἀπολαβὼν, Φούρνιον, ἐς μείζονα φιλανθρωπίαν ἐπήλπισε τοὺς περὶ Λεύκιον καὶ τοὺς ἄλλους, χωρὶς τῶν ἰδίων ἐχθρῶν ἑαυτοῦ. A. U. 714.

XLI. Οὐδὲ οὖν οἱ τοῦ Καίσαρος ἐχθροὶ, τὴν ἰδίᾳ γενομένην ἔντευξιν τοῦ Φουρνίου ὑπονοοῦντες ἐπὶ σφίσι γενέσθαι, αὐτόν τε τὸν Φούρνιον ἐλοιδόρουν ἐπανελθόντα, καὶ τὸν Λεύκιον ἠξίουν, ἢ σπονδὰς αὖθις αἰτεῖν ὁμοίας ἅπασιν, ἢ πολεμεῖν μέχρι θανάτου· οὐ γὰρ ἴδιόν τινι τὸν πόλεμον, ἀλλὰ κοινὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, γεγονέναι. Καὶ ὁ Λεύκιος ἐπῄνει μὲν, ἐλεῶν ἄνδρας ὁμοτίμους, καὶ πέμψειν ἔλεγεν ἑτέρους· οὐδένα δὲ, εἰπὼν, ἀμείνονα ἔχειν ἑαυτοῦ, εὐθὺς ἄνευ κήρυκος ᾔει, προθεόντων αὐτῷ δρόμῳ τῶν ἀπαγγελούντων Καίσαρι κατιέναι Λεύκιον. Ὁ δὲ αὐτίκα ὑπήντα. Ἑωρῶντο οὖν ἀλλήλοις ἤδη μετὰ

*Lin 80.* τὴν ἰδίαν *Edd. Rectius Aug.* *L. 90.* ὅδε αὐτίκα *Edd. invitis MSS.*

tim e tironibus, partim e veteranis exercitatiſque, arte uſus, ait: „ſe Antonii veteranis veniam dare in imperatoris gratiam”; ceteros juſſit, ut ipſius poteſtati ſeſe permitterent. Hæc publice: ſeorſim autem *Furnio*, uni legatorum, oſtendit ſpem clementiæ in *Lucium* & in reliquos, exceptis duntaxat propriis inimicis.

41. Jam illud ipſum privatum *Furnii* colloquium ſuſpectum habentes inimici *Cæſaris*, conviciis Furnium redeuntem exceperunt; poſtularuntque a *Lucio*, ut aut eamdem omnibus pacem peteret, aut ad internecionem bellum perſequeretur. „non enim propter privatas inimicitias ſuſceptum hoc bellum eſſe, ſed pro republica.” *Lucius* viros dignitate pares miſeratus laudavit, promiſitque *ſe aliam miſſurum legationem*: &, præfatus neminem ſe invenire ſeipſo magis idoneum, mox *ipſe* abſque feciali *profectus eſt*; præcurrentibus qui nunciarent Cæſari, deſcendere Lucium. Et confeſtim *Cæſar ivit obviam*. Jamque in

A. U. 714.

τῶν Φίλων, καὶ περιφανεῖς ἦσαν ἀπὸ τῶν σημείων καὶ τῆς στολῆς, οὔσης ἑκατέρῳ στρατηγικῆς. Καὶ ὁ Λεύκιος ἀποθέμενος τοὺς Φίλους, ᾔει σὺν δύο ῥαβδούχοις μόνοις, ἐπιδεικνὺς ἅμα τὴν γνώμην ἀπὸ τοῦ σχήματος· καὶ ὁ Καῖσαρ, συνιεὶς, ἀντεμιμεῖτο ἐς δεῖγμα καὶ ὅδε τῆς ἐς τὸν Λεύκιον εὐνοίας ἐσομένης. ὡς δὲ σπεύδοντα εἶδε τὸν Λεύκιον παρελθεῖν ἐς τὸ Καίσαρος χαράκωμα, ἵνα καὶ τῷδε φαίνοιτο ἑαυτὸν ἐπιτρέπων ἤδη, προλαβὼν ὁ Καῖσαρ ἐξῆλθε τοῦ χαρακώματος, ἵνα ἐλεύθερον εἴη τῷ Λευκίῳ βουλεύεσθαί τε καὶ κρίνειν ἔτι περὶ αὐτοῦ. τοιάδε ἀλλήλοις, προσιόντες, ἀπό τε τῆς στολῆς καὶ τῶν σχημάτων προαπεδείκνυντο.

XLII. Ὡς δὲ ἐπὶ τὴν τάφρον ἀφίκοντο, προσηγόρευσάν τε ἀλλήλους, καὶ ὁ Λεύκιος ἔφη· ΕΙ ΜΕΝ ξένος ὢν ἐπολέμησα, ὦ Καῖσαρ, αἰσχρὰν ἂν τὴν τοιαύτην ἧσσαν ἡγούμην, καὶ αἰσχίονα ἔτι τὴν παράδοσιν· καὶ τῆσδε τῆς αἰσχύνης εἶχον ἀπαλλαγὴν εὔκολον παρ' ἐμαυτῷ.

*Lin.* 91. ἀπὸ τῶν ὁμοίων *Edd. Cand.* σημείων *recte Aug.* *L.* 95. [illegible] *Edd. Prætuli Aug.*

mutuum conſpectum, ſtipati amicis, venerant, & uterque inſignibus cultuque imperatorio inter ceteros conſpicuus erat: quum *Lucius*, ſemotis amicis, duobus tantum lictoribus comitatus, prodiit, geſtu ſimul vultuque ſententiam animi ſignificans. Intellexit *Cæſar*, & imitatus eſt ejus exemplum, ut ſignum daret futuræ benevolentiæ. Ut vero *Lucium* vidit accelerare gradum, & intra vallum parare introgredi, ut nimirum hoc ipſo jam declararet, ſe Cæſaris poteſtati permittere ſe velle; tum vero ipſe *Cæſar* prior extra vallum prodiit, ut liberum etiam nunc eſſet Lucio rebus ſuis conſulere. Hæc illi, dum ſe invicem accedunt, ipſo habitu geſtuque ſibi mutuo ſignificabant.

42. Ut vero ad foſſam perventum eſt, poſt mutuam ſalutationem, ſic LUCIUS exorſus eſt: „SI cum externo hoſte bellum hoc geſſiſſem, CÆSAR; vinci turpe putarem, turpius etiam deditionem facere: & ab hac ignominia memet ipſum eximendi facilis ratio patebat. Quo-

Ἐπεὶ δὲ πολίτῃ διηνέχθην, καὶ ὁμοτίμῳ, καὶ ὑπὲρ τῆς πατρίδος· οὐκ αἰσχρὸν ἡγοῦμαι, μετὰ τοιᾶσδε προφάσεως ὑπὸ τοιοῦδε ἡσσῆσθαι. καὶ τάδε λέγω, οὐ παραιτούμενος παθεῖν ὅ τι θέλοις· (διὰ γάρ τοι τοῦτο ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ σὸν ἄνευ σπονδῶν ἱέμην·) ἀλλ᾽ ἵνα τοῖς ἄλλοις αἰτήσω συγγνώμην, δικαίαν τε, καὶ τοῖς σοῖς πράγμασι συμφέρουσαν. Δεῖ δέ με, τοῦτο ἐπιδεικνύντα, διελεῖν τὸν λόγον, ὑπέρ τε ἐκείνων, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ· ἵνα, μόνον ἐμὲ τῶν γεγονότων αἴτιον ἐπιγνοὺς, εἰς ἐμὲ τὴν ὀργὴν συναγάγῃς, μὴ νομίσῃς δὲ ἐλεγχθήσεσθαι μετὰ παῤῥησίας, (ἄκαιρον γάρ·) ἀλλὰ μετὰ ἀληθείας, ἧς οὐκ ἔνι μοι χωρὶς εἰπεῖν. A. U. 714.

XLIII. Ἐγὼ τὸν πρός σε πόλεμον ἠράμην, οὐχ ἵνα σε καθελὼν διαδέξωμαι τὴν ἡγεμονίαν· ἀλλ᾽ ἵνα τὴν ἀριστοκρατίαν ἀναλάβω τῇ πατρίδι, λελυμένην ὑπὸ τῆς τῶν τριῶν ἀρχῆς, ὡς οὐδ᾽ ἂν αὐτὸς ἀντείποις. καὶ γὰρ ὅτε συνίστασθε αὐτὴν, ὁμολογοῦντες εἶναι παράνομον,

*Lin.* 12. διὰ γάρ σοι τοῦτο *Aug. Ven.* *L.* 13. ἱέμην *Aug.* *L.* 17 *ſq.* τὴν ὁρμὴν *Aug.*

„niam autem & cum cive mihi res fuit, & cum pari dignitate prædito, idque pro republica; turpe mihi non exiſtimo, talem cauſam poſtquam defendi, a tali viro me vinci. Atque hoc a me dictum ſit, non quod recuſem pati quidquid volueris, quippe qui ob id ipſum ſine feciali ad tua caſtra profectus ſum: ſed ut aliis petam veniam, juſtam illam quidem, & tuis ſimul rebus utilem. Quod ut apertius declarem, ſeparabo cauſam illorum a mea; ut, poſtquam me ſolum fuiſſe belli auctorem intellexeris, in me „iram effundas, neque vero putes velle me invehi in te licentius, (quod intempeſtivum ſane fuerit;) ſed vere tantum eloqui velle quæ diſſimulare nec poſſum nec debeo.

43. „Ego hoc bellum contra te ſuſcepi, non ut, te ſublato, in principatum ipſe ſuccederem, ſed ut reipublicæ moderationem ad optimates revocarem, quæ ſub hac triumvirali poteſtate ſepulta jacet; quod ne ipſe quidem negaveris. Quum enim hanc poteſtatem induxiſtis, faſſi non eſſe legitimam, conſtituiſtis

A. U. 714. ὡς ἀναγκαίαν καὶ πρόσκαιρον ἐτίθεσθε, Κασσίου καὶ Βρούτου περιόντων ἔτι, καὶ ὑμῶν ἐκείνοις οὐ δυναμένων συναλλαγῆναι. ἀποθανόντων δὲ ἐκείνων, οἳ τὸ τῆς στάσεως κεφάλαιον ἦσαν, καὶ τῶν ὑπολοίπων, εἴ τινα λείψανά ἐστιν, οὐ τῇ πολιτείᾳ πολεμούντων, ἀλλὰ ὑμᾶς δεδιότων, ἐπὶ δὲ τούτῳ καὶ τῆς πενταετίας παριούσης, ἀνακύψαι τὰς ἀρχὰς ἐπὶ τὰ πάτρια ἠξίουν, οὐ προτιμῶν οὐδὲ τὸν ἀδελφὸν τῆς πατρίδος, ἀλλ' ἐλπίζων μὲν ἐπανελθόντα πείσειν ἑκόντα, ἐπειγόμενος δὲ ἐπὶ τῆς ἐμῆς ἀρχῆς γενέσθαι. καὶ εἰ κατῆρξας σὺ, μόνος ἂν καὶ τὴν δόξαν εἶχες. ἐπεὶ δὲ δή σε οὐκ ἔπειθον, ᾤμην, ἐλθὼν ἐπὶ Ῥώμην, καὶ ἀναγκάσαι, πολίτης τε ὢν, καὶ γνώριμος, καὶ ὕπατος. Αἱ μὲν αἰτίαι, δι' ἃς ἐπολέμησα, αἵται μόναι· καὶ οὔτε ὁ ἀδελφὸς, οὔτε Μάνιος, οὔτε Φουλβία, οὔτε ἡ κληρουχία τῶν ἐν Φιλίπποις πεπολεμηκότων, οὔτε ἔλεος τῶν γεωργῶν τὰ κτήματα ἀφαιρουμένων. ἐπεὶ κἀγὼ τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ τέλεσιν οἰκιστὰς ἔδωκα, οἳ τὰ τῆ

„eam ut ad tempus neceſſariam, quoad Caſſius Brutuſque ſuperſtites forent, quibuſcum in gratiam redire numquam poſſetis. Jam ſublatis illis, qui diſſenſionis caput fuerant; reliquis vero, ſi quæ tamen ſunt reliquiæ, non contra rempublicam arma ferentibus, ſed quod a vobis ſibi metuant; decurrente etiam præterea, quod præfiniſtis, quinquennio; poſtulavi, ut magiſtratibus oppreſſis caput rurſus attollere liceret: & ne fratris quidem rationem magis, quam patriæ, habui; ſperans, me idem ei perſuaſurum quamprimum reverten[ti], & properans rem abſolv[ere] magiſtratus mei tempore. E[jus] rei ſi tu initium feciſſes, ſolus abſtuliſſes gloriam. Verum quoniam perſuadere t[ibi] non potui; ad Urbem cum exercitu profectus, putavi vel vi id me effecturum, qui & civis eſſem, & nobilis, & Conſul etiam. Hæ ſolæ ſunt hujus belli, a me ſuſcepti, cauſæ; non frater, non Manius, non Fulvia, non agri divisi victori ad Philippos militi, non miſeratio veterum colonorum, ſuis ejectorum poſſeſſionibus: nam me quoque auctore aſſignati ſunt

οἱ τὰ τῶν γεωργῶν ἀφαιρούμενοι τοῖς στρατευσαμένοις διένεμον. ἀλλά με σὺ τήνδε τὴν διαβολὴν αὐτοῖς διέβαλλες, τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου μεταφέρων ἐπὶ τὴν κληρουχίαν ἀπὸ σαυτοῦ· καὶ τῷδε μάλιστα αὐτοὺς ἑλὼν, ἐμοῦ κεκράτηκας. ἀνεπείσθησαν γὰρ, πολεμεῖσθαί τε ὑπ᾽ ἐμοῦ, καὶ ἀμύνεσθαί με ἀδικοῦντα. Τεχνάζειν μὲν δή σε ἔδει, πολεμοῦντα· νικήσαντα δὲ, εἰ μὲν ἐχθρὸς εἶ τῆς πατρίδος, κἀμὲ ἡγεῖσθαι πολέμιον, ἃ ἔδοξα συνοίσειν αὐτῇ, βουληθέντα, οὐ δυνηθέντα δὲ διὰ λιμόν.

XLIV. Λέγω δὲ ταῦτα ἐγὼ, ἐγχειρίζων μὲν ἐμαυτόν σοι, καθάπερ εἶπον, ἐς ὅ τι θέλεις· ὑποδεικνὺς δὲ, οἷα καὶ πρότερον καὶ νῦν ἐφρόνησα περὶ σοῦ, καὶ φρονῶν ἔτι μόνος ἀφικόμην. καὶ περὶ μὲν ἐμοῦ τοσαῦτα. Περὶ δὲ τῶν φίλων καὶ τοῦ στρατοῦ παντὸς, εἰ μὲν οὐχ ὑποπτεύσεις με λέγοντα, συμβουλεύσω τὰ σοὶ μάλιστα ὠφελιμώ-

*Lin. 47.* κεκρατήκασιν *Edd. Cand. male. Recte Aug. ut jam viderant Gelen. & H. Steph. L. 49.* νικῆσαι δὲ *mend. Edd. Cand. Verum rurſus ded. Aug. L. 52. Duo verba* οὐ δυνηθέντα *(quæ adjicienda vidit Gelen. & poſt eum H. Steph.) deſiderantur in Edd. & Cand. Sed dedit Aug. L. 57.* συμβουλεύω *Edd. Prætuli Aug. Ven. Cand. monente etiam H. Stephano.*

„ſignati ſunt agri fratris legionibus, ſpoliatis poſſeſſoribus priſtinis. Sed hanc calumniam tu in me commentus es, ut cauſam, cur hoc bellum a me ſuſceptum ſit, transferres a te in agrorum diſtributionem. Eaque maxime arte conciliatis veteranorum animis, victoriam de me obtinuiſti. Perſuaſum enim illi habent, ſe a me bello peti; atque adeo injurias, a me ipſis intentatas, armis ſibi eſſe propellendas. Sed his nimirum artibus utendum tibi fuit, quoad bellum gerebas: nunc, victoriam adeptus, ſi es hoſtis reipublicæ, me quoque hoſtem judices neceſſe eſt, qui, quum reipublicæ quocumque modo poſſem conſulere voluerim, fame tantum ſum prohibitus.

44. „Atque hæc dum dico, trado me ipſum (ut jam ante declaravi) tibi, ut de me quidquid volueris ſtatuas. Oſtendere autem tibi volui, quid & prius de te ſenſerim, & etiam nunc ſentiam quum ſolus ad te veni. Sed hæc *hactenus de meipſo*. Quod autem *ad amicos et ad univerſum exercitum* adtinet, niſi ſuſpectum tibi eſt, *con-*



Digitized by Google

A. U. 714. τατα, μηδὲν δεινὸν αὐτοὺς ἐργάσασθαι διὰ τὴν ἐμὴν καὶ τὴν σὴν φιλονεικίαν· μηδὲ, ἄνθρωπον ὄντα, καὶ τύχῃ χρώμενον, οὐ βεβαίῳ πράγματι, κωλῦσαι τοὺς κινδυνεύειν ἐν τύχαις ἢ χρείαις ἐθελήσοντάς ποτε ὑπὲρ σοῦ, μαθόντας ἐκ τοῦδε τοῦ σοῦ νόμου, δυσέλπιστον σώζεσθαι μὴ κατορθοῦσιν. Εἰ δὲ ὕποπτος ἢ ἄπιστος ἐχθροῦ πᾶσα συμβουλὴ, οὐκ ὀκνῶ καὶ παρακαλεῖν σε, μὴ τοὺς φίλους τίνυσθαι τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας καὶ τύχης, ἀλλ' εἰς ἐμὲ συναγαγεῖν πάντα, τὸν πάντων αἴτιον. ἀφ' ἧς δὴ γνώμης αὐτοὺς ὑπελιπόμην, ἵνα μὴ δόξαιμι, σοὶ τάδε λέγων ἐκείνων ἀκουόντων, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ τεχνάζειν εἰπεῖν.

XLV. Τοιαῦτα δὲ εἰπόντος τοῦ Λευκίου καὶ σιωπήσαντος, ὁ Καῖσαρ ἔλεξεν· Ἄσπονδόν μέν σε κατιόντα πρὸς ἐμὲ ὁρῶν, ὦ Λεύκιε, ὑπήντησα τῶν ἐμῶν ἐρυμάτων ἔτι ἐκτὸς ὄντα κατὰ σπουδὴν, ἵνα ἔτι κύριος ὢν σεαυτοῦ

*Lin.* 59. τὴν, *ad* σὴν φιλονεικ. *adjeci ex Aug.* *L.* 61. ἢ χρείαις *caret Reg. B.* *Ibid.* ἐθελήσαντάς ποτε *edit.* 1. 2. *male. Recte Aug. & edit.* 3. *L.* 73. ὄντι *puto legendum.*

„*filium* utiliſſimum dedero: ne quid durius in eos animadvertas propter meam tuamque contentionem: &, quum homo ſis, fortunæ obnoxius, (quæ inſtabilis ſemper res eſt,) ne eos, qui in aliis fortunæ caſibus temporibuſque propugnatores fortaſſe tui erant futuri, deterreas, ſi a teipſo exemplum editum viderint, nihil de ſalute ſperandum niſi victoribus. Quod ſi omne conſilium ab hoſte profectum ſuſpectum eſt atque infidum; non piget me *precibus* etiam tecum agere, ne ab amicis meis pœnas exigas mei ſive „peccati ſive infortunii; ſed in me potius omnia conferas, qui cauſa ſum horum omnium. Quamobrem conſulto etiam illos poſt me reliqui, ne, ſi illis audientibus hæc ad te verba facerem, meam ſimul cauſam callide viderer agere velle."

45. Poſtquam finem dicendi *Lucius* fecit; CÆSAR in hanc ſententiam reſpondit: „Quum viderem te, *LUCI*, ſine feciali ad me deſcendere; extra munimenta mea feſtinus occurri, ut libere etiam nunc rebus tuis conſuleres, eaque dicere facereque poſ-

βουλεύοιο, καὶ λέγοις καὶ πράττοις ἃ νομίζεις σοι συνοίσειν. ἐπεὶ δὲ, ὅπερ ἐστὶ τῶν ἀδικεῖν ὁμολογούντων, σαυτὸν ἡμῖν ἐπιτρέπεις, οὐδὲν ἔτι δέομαι διελέγχειν ὅσα σὺν τέχνῃ μου κατεψεύσω. ἐξαρχῆς δέ με βλάψειν ἑλόμενος, καὶ νῦν ἔβλαψας. σπονδὰς γάρ μοι τιθέμενος, ἔτυχες ἂν ἠδικημένου, καὶ νενικηκότος. ἄσπονδον δὲ σαυτόν τε καὶ τοὺς φίλους ἐπιτρέπων ἡμῖν καὶ τὸν στρατὸν, ἀφαιρῇ μὲν πᾶσαν ὀργὴν, ἀφαιρῇ δὲ καὶ τὴν ἐξουσίαν, ἣν σπενδόμενος ἂν ἔδωκας ὑπ' ἀνάγκης. συμπέπλεκται γὰρ οἷς ἄξιον ὑμᾶς παθεῖν, τὸ προσῆκον ὧν ἐμὲ δίκαιόν ἐστι ποιεῖν· ὃ δὴ προτιμήσω, διά τε τοὺς θεοὺς, καὶ δι' ἐμαυτὸν, καὶ διὰ σὲ, ὦ Λεύκιε· καὶ οὐ ψεύσω σε τῆς προσδοκίας, ἣν ἔχων περὶ ἐμαυτοῦ κατελήλυθας. Ταῦτα μὲν ἔλεξαν ἀλλήλοις, ὡς ἐκ τῶν ὑπομνημάτων ἦν ἐς τὸ δυνατὸν τῆσδε τῆς φωνῆς μεταβαλεῖν τεκμαιρομένῳ τῆς γνώμης τῶν λελεγμένων. Καὶ διεκρίθησαν, ὁ μὲν Καί- A. U. 714.

*Lin. 78. μοι, poſt γὰρ, abeſt ab Aug. L. 82. ἴδωκα Edd. MSS. & Cand. quod in ἔδωκας utique mutandum putavi.*

„ſes, quæ tibi putes conducere. Quoniam autem, (quod facere ii ſolent, qui ſe peccaſſe profitentur) in poteſtatem meam te tradis; non opus eſt amplius, ut, quæ mihi ſcite ſed falſo objeciſti, coarguam. Sed, ſicut inde ab initio conſilium mihi nocendi cepiſti, ſic etiam nunc mihi noces. Quodſi enim de pacis conditionibus mecum egiſſes, tum in victorem merito infenſum incidiſſes. Nunc, quum abſque ullis conditionibus te & amicos tuos & exercitum noſtræ fidei permittis, non ſolum iram omnem eximis, ſed & poteſtatem aufers, „quam, ſi pactiones interveniſſent, neceſſario eras conceſſurus. Etenim mihi non ſolum, *quid meriti vos ſitis*, reſpiciendum eſt; verum etiam, *me quid deceat*. Atque hanc equidem partem præfero, vel propter deos, vel propter me ipſum, vel propter te, *Luci*: nec fallam hanc tuam de me exſpectationem, quæ huc te adduxit." Talis fuit utriuſque oratio, quatenus ex *Commentariis* ſententiam dictorum agnoſcere & in hujus ſermonis vim licuit transferre. His dictis, a ſe invicem diſceſſerunt: *Cæſar* miratus *Lucium*, quod nul-

A. U. 714.

σαρ ἐν ἐπαίνῳ καὶ θαύματι τὸν Λεύκιον ἔχων, οὐδὲν (ἅ τε ἐν συμφοραῖς) ἀγεννὲς οὐδὲ ἀσύνετον εἰπόντα· ὁ δὲ Λεύκιος τὸν Καίσαρα, τοῦ τε ἤθους καὶ βραχυλογίας. οἱ λοιποὶ δ' ἐτεκμαίροντο τῶν εἰρημένων ἐκ τῆς ὄψεως ἑκατέρων.

XLVI. Καὶ ὁ Λεύκιος ἔπεμπε τοὺς χιλιάρχους, τὸ σύνθημα τῷ στρατῷ ληψομένους παρὰ τοῦ Καίσαρος. Οἱ δὲ ἔφερον αὐτῷ τὸν ἀριθμὸν τοῦ στρατοῦ· καθὰ καὶ νῦν ἔθος ἐστὶ, τὸν αἰτοῦντα τὸ σύνθημα χιλίαρχον ἐπιδιδόναι τῷ βασιλεῖ βιβλίον ἐφήμερον τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ παρόντος. οἱ μὲν δὴ τὸ σύνθημα λαβόντες, τὰς φυλακὰς ἔτι διὰ χειρὸς εἶχον· οὕτω κελεύσαντος αὐτοῦ Καίσαρος, νυκτοφυλακεῖν ἑκατέρους τὰ ἴδια. Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ ὁ μὲν Καῖσαρ ἔθυεν, ὁ δὲ Λεύκιος αὐτῷ τὸν στρατὸν ἔπεμπε, τὰ μὲν ὅπλα φέροντα, ἐσκευασμένον δ' ὡς ἐς ὁδοιπορίαν. οἱ δὲ τὸν Καίσαρα πόρρωθεν ὡς αὐτοκράτορα ἠσπάσαντο, καὶ ἔστησαν ἐν μέρει κατὰ τέλος οὗ προσέταξεν ὁ Καῖσαρ, ἐφ' ἑαυτῶν, οἵ τε κληροῦχοι, καὶ οἱ νεοστράτευτοι, κεχωρισμένοι. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἐκτελεσθεί-

*Lin.* 93. ἐκτεκμαίροντο *Edd. mend. ex Reg. B. Recte Reg. A. Aug.*
*Ibid.* τοῦ εἰρημένου *edit.* 1. *vit.*

lum ei (ſicut in calamitatibus fieri fere ſolet) vel humile verbum vel inconſideratum excidiſſet; *Lucius*que viciſſim, laudans *Cæſaris* clementiam & in dicendo concinnam brevitatem. Reliqui ex utriuſque vultu de orationum ſententia conjecturam fecerant.

46. Tum *Lucius* tribunos miſit, qui *teſſeram a Cæſare* acciperent. Iidemque ſimul *matriculam* ei adtulerunt; ſicut hodieque mos eſt, ut tribunus, quum teſſeram petit, ſimul Imperatori exhibeat *libellum diurnum, in quo præſentium militum numerus eſt conſignatus.* Accepta teſſera, non intermiſerunt tamen excubias; ita enim juſſerat Cæſar, ut ea nocte ſeorſim uterque excubaret exercitus. Poſtridie vero, prima luce *Cæſar* ſacra peregit; *Lucius*que ad eum miſit exercitum, arma geſtantem, ſed iter facientium habitu: qui Cæſarem e longinquo Imperatorem conſalutarunt, & legionatim conſtiterunt quo loco Cæſar mandaverat, veterani diſcreti a tironibus. *Cæſar*, peractis ſacris, laurea ceu victoriæ ſym-

στης τῆς θυσίας, ἐστεψάμενος δάφνῃ, συμβόλῳ νίκης, A. U.
προυκάθητο ἐπὶ βήματος, καὶ προσέταξε μὲν ἅπασι 714.
θέσθαι τὰ ὅπλα, ἔνθα εἱστήκεσαν. θεμένων δὲ, τοὺς κληρούχους ἐκέλευσεν ἐγγυτέρω προσελθεῖν, διεγνωκὼς ἄρα ὀνειδίσαι τῆς ἀχαριστίας, καὶ φοβῆσαι. προέγνωστο δὲ μέλλων ὧδε ποιήσειν, καὶ ὁ στρατὸς ὁ τοῦ Καίσαρος, εἴτε ἐξεπίτηδες, οἷα προδιδάσκονται πολλάκις, εἴτε ὑπὸ πάθους, ὡς πρὸς οἰκείους ἄνδρας, ἀκρατεῖς τῆς δεδομένης σφίσι τάξεως γενόμενοι, προσιοῦσι τοῖς Λευκιανοῖς οἷα συνεστρατευμένοις ποτὲ περιχυθέντες, ἠσπάζοντο καὶ συνέκλαιον, καὶ τὸν Καίσαρα ὑπὲρ αὐτῶν παρεκάλουν. καὶ οὔτε βοῶντες ἔτι ἐπαύοντο οὔτε συμπλεκόμενοι, κοινωνούντων ἑκατέροις τοῦ πάθους ἤδη καὶ τῶν νεοστρατεύτων· οὐδὲ ἦν τι διακεκριμένον ἔτι οὐδ᾽ εὔκριτον.

XLVII. Ὅθεν οὐδὲ ὁ Καῖσαρ ἔτι τῆς γνώμης ἐκράτει, ἀλλὰ, μόλις τὴν βοὴν καταπαύσας, εἶπε τοῖς ἰδίοις· Ὑμεῖς μὲν, ὦ συστρατιῶται, οὕτως αἰεί μοι προσενήνεχθε,

*Lin. 9. δάφνην σύμβολον Edd. ex emend. C. Steph. δάφνῃ σύμβολοι Regii. δάφνην συμβόλων Ven. δάφνῃ συμβόλῳ dedit Aug.*

bolo redimitus, ſedit pro tribunali, juſſitque omnes in veſtigio arma deponere. Quo facto veteranos propius juſſit accedere; conſtitueratque ingratitudinem exprobrando terrorem eis incutere. Sed quum ante cognitum fuiſſet hoc Cæſaris conſilium; milites ejus, ſive ex compoſito, quemadmodum ſæpe in hujuſmodi occaſionibus præmonentur, ſive ſuopte adfectu moti erga homines neceſſarios, ordinem quo ſtare juſſi erant deſerentes, in progredientium Lucianorum, commilitonum quondam ſuorum, complexus effundebantur, collacrimanteſque rogabant pro eis Cæſarem, nec ab eorum amplexu divellebantur, nec deſinebant obclamare interim. Jamque etiam tirones utrimque ſimili adfectu erant commoti, & erat confuſus omnium diſcurſus clamorque.

47. Quamobrem ne CÆSAR quidem perſtitit in ſententia; ſed, ægre ſedato clamore, ſic ſuos adlocutus eſt: „Ita vos, COMMILITONES, ſemper erga me geſſiſtis, ut nihil fru-



Digitized by Google

A. U. 714. ὡς μηδενὸς ἀτυχῆσαι παρ᾽ ἐμοῦ δύνασθαι. ἐγὼ δὲ τοὺς μὲν νεοσ]ρατεύτους ὑπ᾽ ἀνάγκης ἐσ]ρατεῦσθαι Λευκίῳ νομίζω· τουτωνὶ δὲ, τῶν συνεσ]ρατευμένων τε πολλάκις ὑμῖν, καὶ νῦν ὑφ᾽ ὑμῶν σωζομένων, ἐπενόουν πυθέσθαι, Τί παθόντες ἐξ ἡμῶν, ἢ τίνος χάριτος οὐκ ἀξιωθέντες, ἢ τί μεῖζον παρ᾽ ἑτέρου προσδοκῶντες, ἐναντία ὅπλα ἤραντο ἐμοὶ, καὶ ὑμῖν, καὶ ἑαυτοῖς; ἃ γὰρ ἔκαμνον ἐγὼ, πάντα ἦν ὑπὲρ τῆς κληρουχίας, ἧς τοῦ μέρους καὶ τούτοις μετῆν. καὶ, εἰ συγχωρεῖτέ μοι, καὶ νῦν πεύσομαι. Οὐκ ἐπιτρεπόντων δὲ, ἀλλὰ ἀπαύσ]ως παρακαλούντων· Συγχωρῶ ὑμῖν ὅσα βούλεσθε, ἔφη, καὶ ἀφείσθωσαν ἀπαθεῖς τῶν ἡμαρτημένων, ἂν ἐς τὸ μέλλον ὑμῖν ὅμοια φρονῶσιν. Ὑπισχνουμένων δ᾽ ἑκατέρων, βοαί τε καὶ χάριτες ἦσαν ἐς τὸν Καίσαρα· καί τισιν αὐτῶν ἐπέτρεψέ τινας καὶ ὑποδέξασθαι, τὸ δὲ πλῆθος ἐκέλευε σκηνοῦν ἔνθα περ εἱσ]ήκεσαν ἄποθεν, ἕως ὁ Καῖσαρ αὐτοῖς πόλεις τε ἐς χειμασίαν, καὶ τοὺς ἀπάξοντας ἐς τὰς πόλεις δείξῃ.

*Lin. 26. μηδενὸς εὐτυχῆσαι Edd. mend. Recte Aug. L. 34. καίσαρι edit. 1. mend. L. 37. ἂν carent Aug. Ven. male.*

mino ſtudentem, quam ſibi uſurpantem provinciam cum exercitu, ob eamque cauſam pacem impedire conantem; obſecutus *Pompejus trajecit in Aenariam*, cum multis ſelectis navibus, ipſe invectus hexere ornatiſſima: atque ita *Puteolos* prӕternavigavit ſuperbe circa veſperam, inſpectantibus hoſtibus. Primo autem mane duobus locis, exiguo intervallo, palis in mare defixis pontes ſunt inſtrati; in quorum tabulatorum alterum, terræ contiguum, *Cæſar* progreſſus eſt et *Antonius*; *Pompejus et Libo* in alterum, quod paulo magis in mare excurrebat, modico aquarum fluxu ab altero tabulato diremtum, ut ſine clamore voces invicem exaudirentur. Sed quoniam *Pompejus* eo ſe adveniſſe putarat, ut in ſocietatem imperii admitteretur loco Lepidi, quum alteri non niſi reditum ei in patriam vellent concedere; idcirco tunc quidem *re infecta diſceſſum* eſt. Neque tamen intermiſerunt per internuncios amicos rem tractare, varias conditiones ferentes ultro citroque. Poſtulabat autem *Pompejus*, ut ex proſcriptis, qui apud eum

A. U. 715. μὲν ἀνδροφόνοις Γαΐου Καίσαρος φυγὴν ἄδολον, τοῖς δὲ λοιποῖς κάθοδόν τε ἔντιμον, καὶ τὰς οὐσίας ἃς ἀναλώκεσαν. Ἐπειγόμενοι δὲ ἐς τὰς συμβάσεις ὑπό τε τοῦ λιμοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ δήμου, ἐς τὸ τέταρτον μόλις ἐνεδίδουν, ὡς ὠνησόμενοι παρὰ τῶν ἐχόντων· καὶ τοῖς προγεγραμμένοις αὐτοῖς περὶ τούτων ἐπέστελλον, ἐλπίζοντες αὐτοῖς αὐτοὺς ἀγαπήσειν. Οἱ δὲ ἐδέχοντο πάντα, ἐπεὶ καὶ Πομπήϊον αὐτὸν ἐδεδοίκεσαν ἤδη, διὰ τὸ Μούρκου μύσος· καὶ προσιόντες τῷ Πομπηΐῳ, συνθέσθαι παρεκάλουν. ὅτε καὶ τὴν ἐσθῆτα κατερρήξατο ὁ Πομπήϊος, ὡς καὶ τῶνδε προδιδόντων αὐτὸν ὧν προμάχεται, καὶ θαμινὰ τὸν Μηνόδωρον ὡς στρατηγικὸν καὶ μόνον εὔνουν ἀνεκάλει.

LXXII. Μουκίας δὲ αὐτὸν τῆς μητρὸς, καὶ Ἰουλίας τῆς γυναικὸς ἐναγουσῶν, αὖθις οἱ τρεῖς συνῆλθον ἐς τὸ ἀμφίκλυστον Δικαιαρχέων χῶμα, περιορμουσῶν τῶν

*Lin. 71. τοῦ δὲ λιμοῦ adjeci ex Aug. & Reg. A. L. 76. μῦσος edit. 1. mend. ex Reg. A. & ſic Aug. & Reg. B. ex importuna emendat. L. 79. προμάχηται Edd. ex Reg. B. Prævali Aug. Reg. A. L. 82 ſq. ἐς τὸ ἀμφίκλυστον δὲ καὶ ἀρχαῖον χῶμα Edd. MSS. & Cand. Præterea φίκλυστον Aug. truncata voce. Emendavi ex facili conjectura, præeunte fere Muſgravio, qui Δικαιαρχικὸν ſuſpicatus erat.*

verſabantur, conjurationis quidem ſociis concederetur ſecurum exilium, reliquis vero honoratus in patriam reditus, & bonorum reſtitutio. Et illi, quum & fames & populus urgeret ut pacem componerent, ægre tandem conceſſerunt, ut quarta bonorum pars reſtitueretur, quam a novis poſſeſſoribus ſe redemturos receperunt: ſcripſeruntque ea de re ad ipſos proſcriptos, rati contentos fore. Et acceperunt hi conditionem, timentes jam Pompejum propter ſcelus in Murcum perpetratum: aditoque Pompejo, exorarunt eum, ut pacem componeret. Sed ille tum, veſtem diſcindens, prodi ſe conqueſtus eſt ab his, quorum hactenus propugnator fuiſſet; crebroque Menodorum nomine invocavit, ut imperatoriarum artium in primis gnarum, & ſolum conſtantem in benevolentia.

72. Tandem urgentibus Pompejum *Mucia* matre, *Juliaque* uxore, rurſus tres illi (*Cæſar, Antoniuſque et Pompejus*) in aggere ab utraque parte mari adluto prope Pu-

Φυλακίδων νεῶν. Καὶ συνέβησαν ἐπὶ τοῖσδε· Λελύσθαι μὲν τὸν πόλεμον αὐτοῖς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, καὶ τὰς ἐμπορίας ἀκωλύτους εἶναι πανταχοῦ· Πομπήιον δὲ τὰς φρουρὰς ἐξαγαγεῖν, ὅσαι κατὰ τὴν Ἰταλίαν εἰσί· καὶ μηκέτι τοὺς ἀποδιδράσκοντας οἰκέτας ὑποδέχεσθαι· μὴ δὲ ἐφορμεῖν ναυσὶ τὴν ἀκτὴν τῆς Ἰταλίας· ἄρχειν δὲ Σαρδοῦς, καὶ Σικελίας, καὶ Κύρνου, καὶ ὅσων ἄλλων εἶχεν ἐς τότε νήσων, ἐς ὅσον ἄρχοιεν τῶν ἑτέρων Ἀντώνιός τε καὶ Καῖσαρ, πέμποντα Ῥωμαίοις τὸν ἐκ πολλοῦ τεταγμένον αὐταῖς φέρειν σῖτον· ἐπιλαβεῖν δὲ καὶ Πελοπόννησον ἐπὶ ταύταις· ὑπατεῦσαι δὲ ἀπόντα δι' ὅτου κρίνοι τῶν φίλων, καὶ τῆς μεγίστης ἱερωσύνης ἐς τοὺς ἱερέας ἐγγραφῆναι. καὶ τάδε μὲν εἶναι Πομπηίῳ. Κάθοδον δὲ τοῖς ἔτι φεύγουσι τῶν ἐπιφανῶν, πλὴν εἴ τις ἐπὶ τῷ φόνῳ Γαΐου Καίσαρος ψήφῳ καὶ κρίσει κατέγνωσται· καὶ τῆς περιουσίας τοῖς μὲν ἄλλοις, ὅσοι κατὰ A. C. 715

*Lin.* 89. τῇ ἀκλῇ *maluerat Muſgrav.* *L.* 91. ἐν τότε *Aug. mend.* *Ibid.* ἐς *ante* ὅσων *caret Reg. B.* *Ibid. ſq.* ἄρχει ἑτῶν ἑτέρων *edit.* 1. ἄρχων ἑτῶν ἑτέρων *Reg. A.* ἄρχοιεν τῶν ἑτέρων *Reg. B. Recte Aug. ut emendavit H. Stephan.*

teolos, collocatis circa eum in ſtatione navibus cum præſidio, convenerunt, & *pacem in has conditiones compoſuerunt:* „Ut terra marique ceſſaretur ab armis, & negotiationes nuſquam impedirentur: Pompejus ex omnibus Italiæ locis præſidia deduceret, nec amplius fugitivos reciperet, neve naves ipſius littoribus Italiæ inſidiarentur: ut idem Pompejus imperium Sardiniæ, Siciliæ, Corſicæ, ceterarumque quas ad id tempus habuiſſet inſularum, in tot annos teneret, in quot Antonio Cæſarique prorogatum fuerit „reliquarum provinciarum imperium; mitteretque Romano populo frumentum jamdudum inſulis illis imperatum; tum & Peloponnesum præter dictas inſulas acciperet: denique abſens Conſulatum gereret per quemcumque voluiſſet ex amicis; & in majorum pontificum collegium adſcriberetur." Hæc Pompejo conceſſa. Ceterum „reditus pateret nobilibus exulibus, exceptis his qui ut interfectores C. Cæſaris publico judicio fuiſſent damnati: bona profugis, qui ob metum ſolum profugiſſent, reſque ſuas per vim



Digitized by Google

A. U. 715. φόβον ἔφευγον, καὶ τὰ ὄντα αὐτοῖς ἐκ βίας ἀπολώλει, τὸ ἐντελὲς ἀποδοθῆναι χωρὶς ἐπίπλων, τοῖς δὲ προγεγραμμένοις μοῖραν τετάρτην. καὶ τῶν ἐστρατευμένων τῷ Πομπηΐῳ τοὺς μὲν οἰκέτας ἐλευθέρους εἶναι· τοῖς δὲ ἐλευθέροις, ὅτε παύσαιντο τῆς στρατείας, τὰ αὐτὰ δοθῆναι γέρα τοῖς ἐστρατευμένοις Καίσαρί τε καὶ Ἀντωνίῳ.

LXXIII. Ἐς ταῦτα συνέβησαν· καὶ ταῦτα συνεγράψαντο καὶ ἐσημήναντο, καὶ ταῖς ἱεραῖς παρθένοις φυλάσσειν ἔπεμψαν ἐς Ῥώμην. Ἐξένιζον δ᾽ ἀλλήλους αὐτίκα, περὶ τῆς τάξεως διαλαχόντες· πρῶτος μὲν ἐπὶ ἑξήρους Πομπήϊος περιωρμισμένης ἐς τὸ χῶμα· ταῖς δὲ ἑξῆς, Ἀντώνιός τε καὶ Καῖσαρ, σκηνοποιησάμενοι καὶ οἵδε ἐπὶ τοῦ χώματος· πρόφασιν μὲν, ὡς ἅπαντες ἐπὶ ἀκτῆς ἑστιῷντο, τάχα δ᾽ ἐς ἀσφάλειαν ἀνύποπτον. οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ὡς εἶχον ἀμελῶς, ἀλλ᾽ αἵ τε νῆες αὐτοῖς παρώρμουν, καὶ οἱ φύλακες περιειστήκεσαν, καὶ οἱ περὶ τὸ δεῖπνον αὐτὸ ἀφανῶς εἶχον ὑπεζωσμένα ξιφίδια. Λέγεται δὲ Μηνόδωρος, ἑστιωμένων ἐν τῇ νηῒ τῶν ἀνδρῶν, πέμψαι Πομπηΐῳ

*Lin.* 13. ἑστιῶντο *Edd. Subſcripſi Jota; quo perraro utitur Aug.*

„ amiſiſſent, ex aſſe omnia reſtituerentur, exceptis mobilibus; proſcriptis vero, ex quadrante: tum, qui ſub Pompejo militaſſent, ſervis libertas eſſet præmium; ingenuis vero, poſt peracta ſtipendia, præmia eadem perſolverentur quæ veteranis Cæſaris & Antonii."

73. Hæ tum *pacis leges* fuere: quas conſcriptas obſignataſque in Urbem miſerunt adſervandas Veſtalibus. His factis, ſtatim *hoſpitio ſe invicem exceperunt*; ordine, quo id a quoque fieret, ſorte decreto. Primus *Pompejus* hexere ad aggerem adpulſa excepit hoſpites; ſequentibus diebus *Antonius* & *Cæſar*, fixis in eodem aggere tentoriis: quod quidem hoc prætextu faciebant, ut omnibus epulum præberetur in littore; ſed fortaſſe mutuæ magis ſecuritatis cauſa, & ad ſuſpicionem removendam. Nam ne ſic quidem cura fuit remiſſior; ſed & naves præſto erant in ſtationibus, & ſatellites circa eos ſtabant, & ipſi convivæ quoque ſub veſte accincti erant pugionibus. Fertur autem *Menodorus*, dum in navi epulabantur hoſpites, ad

προτρέπων αὐτὸν, ἐπιθέσθαι τοῖς ἀνδράσι, καὶ τίσα- A. U. 715.
σθαι μὲν τῆς ἐς τὸν πατέρα καὶ τὸν ἀδελφὸν ἁμαρτίας, ἀναλαβεῖν δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν πατρῴαν δι᾽ ὀξυτάτης ἀφορμῆς· ἐπιμελήσεσθαι γὰρ αὐτὸς, ἐν ταῖς ναυσὶν ὢν, μηδένα διαφυγεῖν. ὁ δ᾽ ἀποκρίνασθαι τοῦ γένους ἅμα καὶ τῆς χρείας ἀξίως· Εἴθε Μηνόδωρον ἦν ἐργάσασθαι ταῦτα χωρὶς ἐμοῦ. Μηνοδώρῳ γὰρ ἁρμόζειν ἐπιορκεῖν, οὐ Πομπηΐῳ. Ἥρμοσαν δ᾽ ἐν τῷδε τῷ δείπνῳ τὴν Πομπηΐου θυγατέρα, Λίβωνος οὖσαν θυγατριδῆν, Μαρκέλλῳ τῷ προγόνῳ μὲν Ἀντωνίου, ἀδελφιδῷ δὲ Καίσαρος. Ἀπέφηναν δὲ τῆς ἐπιούσης ὑπάτους ἐς τετραετὲς, Ἀντώνιον μὲν καὶ Λίβωνα πρώτους, ἀντικαθιστάντος ὁμοίως Ἀντωνίου ὃν ἂν βούλοιτο· ἐπὶ δ᾽ ἐκείνοις Καίσαρά τε καὶ Πομπήϊον, εἶτα Ἀηνόβαρβον καὶ Σόσσιον, εἶτ᾽ αὖθις Ἀντώνιόν τε καὶ Καίσαρα, τρίτον δὴ τότε μέλλοντας ὑπατεύσειν, καὶ ἐλπιζομένους τότε καὶ ἀποδώσειν τῷ δήμῳ τὴν πολιτείαν.

LXXIV. Τάδε μὲν ἔπραξαν· καὶ διακριθέντες ἀλλήλων, ὁ μὲν ἐς Σικελίαν ἔπλει, Καῖσαρ δὲ καὶ Ἀντώνιος

Pompejum miſiſſe, eumque admonuiſſe „ut, adverſarios dolo adgreſſus, ulciſceretur illatam patri fratrique injuriam, & occaſione arrepta paternum ſibi adſereret imperium: ſe enim, cum navibus in proximo verſantem, curaturum, ut nemo effugiat:" *Pompejum* vero, quemadmodum & ipſius generi, & conditioni, qua tum res erant, conveniebat, reſpondiſſe: „Utinam Menodorus hoc abſque me poſſet perficere! nam illi perjurium convenit, non Pompejo." In ea cœna *Pompeji filia*, Libonis neptis, *deſponſa* eſt *Marcello*, privigno Antonii, Cæſaris ſororis filio. Sequenti die *Conſules deſignarunt in quadriennium*: primos Antonium & Libonem, adjecta conditione, ut Antonio pariter liceret alium pro ſe, quemcumque voluiſſet, ſubſtituere: poſt illos Cæſarem & Pompejum: tum Ahenobarbum & Soſſium: deinde rurſus Cæſarem & Antonium; qui tertium tunc futuri conſules rempublicam ſperabantur populo Romano reddituri.

74. His tranſactis, diſceſſerunt: *Pompejus* in Siciliam navibus; *Cæſar et Antonius*

A. U. 715. ᾔδεσαν ἐς Ῥώμην. πυθόμεναι δὲ ἥ τε πόλις καὶ ἡ Ἰταλία, ἐπαιάνιζον αὐτίκα ἅπαντες, ὡς ἐπὶ εἰρήνῃ, πολέμου τε ἀπαλλαγέντες ἐπιχωρίου, καὶ ξεναγήσεως υἱῶν, καὶ φρουρῶν ὕβρεως, καὶ θεραπόντων αὐτομολίας, καὶ λεηλασίας πεδίων, καὶ γεωργίας ἀργίας, ὑπὲρ ἅπαντα δὲ τοῦ λιμοῦ, πιέσαντος αὐτοὺς ἐς ἔσχατον. ὥστε παροδεύουσιν αὐτοῖς, οἷα σωτῆρσιν, ἐγίγνοντο θυσίαι· καὶ τὸ ἄστυ ἔμελλεν ὑποδέξασθαι περιφανῶς, εἰ μὴ νυκτὸς, ἐκκλίνοντες τὸ φορτικὸν, ἔλαθον εἰς τὴν Ῥώμην ἐσελθόντες. μόνοι δὲ ἤχθοντο, ὅσοι τὰ τῶν ἐλευσομένων σὺν Πομπηΐῳ χωρία κεκληρουχήκεσαν· ἡγούμενοι σφίσι τοὺς γεωμόρους ἀδιαλλάκτους ἐχθροὺς παροικήσειν, καὶ εἴ ποτε δυνηθεῖεν, ἐπιθήσεσθαι. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Πομπήϊον φυγάδες αὐτίκα, χωρὶς ὀλίγων, οἱ πλείους, ἐν τῇ Δικαιαρχείᾳ τὸν Πομπήϊον ἀσπασάμενοι, κατέπλευσαν ἐς τὴν Ῥώμην. καὶ ἑτέρα τοῦ πλήθους ἦν ἡδονὴ, καὶ βοαὶ

*Lin.* 45 *sq.* ἐς τὴν Ῥωμ. ἐσελθόντες *Edd. Pratuli Aug.* *L.* 51. Δικαιαρχίᾳ *h. l. Edd. cum Regg. male. Recte Aug.*

terreſtri itinere Romam profecti ſunt. *Ad ejus pacis nuncium, Urbs et univerſa Italia feſtis conclamationibus perſtrepuit:* lætabanturque omnes, liberatos ſe tandem inteſtino bello, & filiorum ad militiam delectibus, & præſidiariorum injuriis, mancipiorum transfugiis, agrorum vaſtationibus, agriculturæ ceſſatione, & ſuper omnia fame, quæ diro maxime modo eos preſſerat. Quapropter *tranſeuntibus imperatoribus ſacra vulgo faciebant, velut ſervatoribus.* Urbs quoque illuſtri pompa illorum adventum erat exceptura; ni, declinantes ejus rei invidiam, clam noctu Romam maluiſſent ingredi. Soli publicæ hilaritatis expertes erant, qui agros poſſidebant exulum eorum, quibus una cum Pompejo reditus ex fœdere erat impetratus: quippe qui putabant, paratos ſibi vicinos infenſiſſimos, & ad quamvis occaſionem exferturos malevolentiam. Ipſi autem hi *profugi*, qui Pompejum hactenus erant ſecuti, plerique omnes, paucis exceptis, Pompejo Puteolis ſalutato, *Romam ſtatim navigarunt.* Unde nova plebi fuit lætitia, adclamationeſque variæ, tot illuſtri-

Digitized by Google

-ικίλαι, τοσῶνδε αὐτοῖς ἐπιφανῶν ἐξ ἀέλπτου περισε-σωσμένων. A. U. 713.

LXXV. Ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ μὲν Καῖσαρ ἐς τὴν Κελτικὴν ἐξώρμα ταρασσομένην· ὁ δὲ Ἀντώνιος ἐπὶ τὸν πόλεμον τῶν Παρθυαίων. καὶ, αὐτῷ τῆς βουλῆς ψηφισαμένης εἶναι κύρια ὅσα ἔπραξέ τε καὶ πράξειεν, αὖθις στρατηγοὺς πανταχῇ περιέπεμπε, καὶ τ' ἄλλα ὡς ἐπενόει πάντα διεκόσμει. Ἵστη δέ πη καὶ βασιλέας, οὓς δοκιμάσειεν, ἐπὶ φόροις ἄρα τεταγμένοις· Πόντου μὲν, Δαρεῖον, τὸν Φαρνάκους, τοῦ Μιθριδάτου· Ἰδουμαίων δὲ καὶ Σαμαρέων, Ἡρώδην· Ἀμύνταν δὲ Πισιδῶν· καὶ Πολέμωνα μέρους Κιλικίας, καὶ ἑτέρους ἐς ἕτερα ἔθνη. τὸν δὲ στρατὸν, ὅσος ἔμελλεν αὐτῷ συγχειμάσειν, περιουσιάσαι τε βουλόμενος καὶ γυμνάσαι, τοὺς μὲν αὐτῶν ἐπὶ Παρθηνοὺς ἔπεμπεν, Ἰλλυρικὸν ἔθνος, Ἐπιδάμνῳ πάροικον, προθυμοτάτους γενομένους Βρούτῳ· τοὺς δ' ἐπὶ Δαρδανέας, ἕτερον Ἰλλυριῶν γένος, αἰεὶ Μακεδονίαν ἐπιτρέχον-

*Lin.* 58. πράξειαν *edit.* 2. 3. *cum MSStis Regiis.* *L.* 60. εἶδαν *mend. edit.* 1. *cum Regiis.* *Ibid.* ἐπενόει *Edd.* *Dedi lect. Aug.* *L.* 63. Ἀμύνταν *h. l. Edd.* *Recte Aug.* *L.* 66 *ſq.* ἐπὶ Παρθυαίους *Edd. ex Reg. B.* Παρθυηνοὺς *h. l. Aug. Reg. A.* Parthienos *Cand.* *Correxi mendam.*

-us viris præter ſpem redditis patriæ.

75. Poſthæc *Cæſar in Galliam*, turbis nonnihil agitatam, *fecit expeditionem*: ANTONIUS *ad bellum Parthicum profectus* eſt; &, quum *ſenatuſconſulto adprobata* fuiſſent *acta ejus tam futura quam præterita*, rurſus dimiſſis quaquaverſum ducibus legatiſque ſuis, reliqua cuncta, ut voluit, diſpoſuit. *Regeſque* nonnullis locis, certa utique tributa collaturos, *adpellavit* arbitratu ſuo: *Ponti*, *Darium*, Pharnacis filium, Mithridatis nepotem; *Idumæorum Samaritarumque*, *Herodem*; *Amyntam*, *Piſidarum*; *Polemonem*, partis *Ciliciæ*; alioſque, aliarum gentium. Exercitum autem, qui cum ipſo erat hibernaturus, ut lucris ſimul locupletaret, ſimul exercitaret, miſit in *Parthenos*, Illyricam gentem, Epidamno vicinam, Bruti quondam ſtudioſiſſimam; alium in *Dardanos*, hos quoque Illyrici generis, Macedoniam incurſare ſolitos; alios in Epiro

A. U. 715. τας· τοὺς δ' ἐν Ἠπείρῳ μένειν ἐκέλευεν, ὡς ἂν ἐν κύκλῳ πάντας ἔχῃ, μέλλων αὐτὸς ἐν Ἀθήναις χειμάσειν. ἔπεμπε δὲ καὶ Φουρνιον ἐς Λιβύην, τὰ ὑπὸ Σεξστίῳ τέλη τέσσαρα ἄξοντα ἐπὶ Παρθυαίους· οὐ γάρ πω πέπυστο αὐτὰ Λέπιδον ἀφῃρῆσθαι Σεξστίου.

LXXVI. Ταῦτα διαθέμενος, ἐχείμαζεν ἐν ταῖς Ἀθήναις μετὰ τῆς Ὀκταουίας, καθὰ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ τῆς Κλεοπάτρας· τὰ μὲν ἐκ τῶν στρατοπέδων ἐπιστελλόμενα ἐφορῶν μόνα, ἀφέλειαν δὲ ἰδιωτικὴν αὖθις ἐξ ἡγεμονίας καὶ σχῆμα τετράγωνον ἔχων, καὶ ὑπόδημα Ἀττικὸν, καὶ θύρας ἠρεμούσας· ἔξοδοί τε ἦσαν ὁμοίως ἄνευ σημείων αὐτῷ, σὺν δύο φίλοις καὶ σὺν ἀκολούθοις δύο, ἐς διδασκάλων διατριβὰς ἢ ἀκροάσεις. καὶ τὸ δεῖπνον ἦν Ἑλληνικὸν, καὶ μεθ' Ἑλλήνων ἡ χειμασία, πανηγύρεις τε σὺν θυμηδίᾳ μετὰ τῆς Ὀκταουίας· πολὺς γὰρ καὶ ἐς τήνδε ἐρρύη, ταχὺς ὢν ἐς ἔρωτας γυναικῶν. Λήγοντος δὲ τοῦ χειμῶνος, ὥσπερ ἑτέρου γενομένου, ἢ τι

6.

*Lin.* 71. ἔχοι *Edd. Prætuli Aug. Ven.* *Ibid.* μέλλει αὐτὸς *edit. oper. err.* *L.* 83. *Pro* χειμασία, *vix dubito, quin* γυμνασία *legendum: quæ eſt ſagax Muſgravii conjectura.* *Ibid. ſq.* πανηγύρεις τελῶν σὺν θυμ. *Edd. Verius Aug. Ven.*

juſſit præſtolari: ut diverſis circumcirca partibus omnes haud procul ab ipſo abeſſent, qui Athenas hiberna ſibi delegerat. Miſit & *Furnium* in Africam, qui Sextii quatuor legiones contra Parthos duceret: nondum enim cognoverat, *Lepidum* eas ademiſſe Sextio.

76. His ita diſpoſitis, *Athenis hiemavit Antonius cum Octavia*, ſicut ante Alexandriæ cum Cleopatra; literas tantum ab exercitibus adlatas inſpiciens, ceterum relicto imperatorio cultu, palliatus rurſum & phæcaſiatus Attico more, remotis a foribus ſalutatorum officiis, & procedens in publicum abſque inſignibus, duobus amicis comitatus & duobus famulis, ut profeſſores aut recitatores audiret. Cœnam quoque Græco more ſumebat, & partim exercitationibus vacabat cum Græcis hominibus, partim feſtis ludiſque ſe oblectabat cum Octavia; nam hanc quoque deperibat vir natura pronior ad mulierum amores. Exacta vero hieme, tamquam alius factus, ad militarem cultum

ἐσθὴς αὖθις, καὶ μετὰ τῆς ἐσθῆτος ἡ ὄψις, ἐνηλλάσσετο· καὶ πλῆθος ἦν ἀμφὶ τὰς θύρας αὐτίκα σημείων τε καὶ ἡγεμόνων καὶ δορυφόρων, καὶ φόβου πάντα μεστὰ καὶ καταπλήξεως· πρεσβεῖαί τε ἐσεδέχοντο, αἳ τέως ἠρέμουν κεκελευσμέναι, καὶ δίκαι διεκρίνοντο, καὶ νῆες καθείλκοντο, καὶ ἡ ἄλλη παρασκευὴ πᾶσα συνεκινεῖτο. *A. U. 716.*

LXXVII. Καὶ Ἀντώνιος μὲν ἀμφὶ ταῦτα ἦν. Καίσαρι δὲ καὶ Πομπηΐῳ διελύθησαν αἱ γενόμεναι σπονδαὶ, κατὰ μὲν αἰτίας, ὡς ὑπενοεῖτο, ἑτέρας· αἱ δὲ ἐς τὸ φανερὸν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐκφερόμεναι, αἵδε ἦσαν. Πελοπόννησον Ἀντώνιος μὲν ἐδίδου Πομπηΐῳ, κελεύων, ὅσα ἔτι ὤφελον αὐτῷ Πελοποννήσιοι δόντα, ἢ αὐτὸν ἀναδεξάμενον ἀποδώσειν, παραλαβεῖν, ἢ περιμεῖναι τὴν πρᾶξιν αὐτῶν. Ὁ δὲ οὐκ ἐδέχετο μὲν ἐπὶ τοῖσδε τὴν χώραν, ἡγούμενος αὐτῷ σὺν τοῖς ὀφλήμασι δεδόσθαι· χαλεπαίνων δὲ, ὡς ὁ Καῖσαρ ἔλεγεν, εἴτε ἐπὶ τούτοις, εἴτε κατὰ γνώμην ἄπιστον, εἴθ' ὑπὸ ζήλου τῶν ἑτέρων μεγάλους στρατοὺς

*Lin.* 91. κεκλευσμέναι *edit.* 3. *vit.* *L.* 95. ἐπενοεῖτο *edit.* 1. *male.*

rediit, perſonamque mutavit: rurſumque circa fores obverſabantur lictores, duces, & ſatellites, & ad terrorem omnia compoſita: tum legationes admittebantur, ad id tempus juſſu ipſius dilatæ; jus reddebatur; naves deducebantur; & reliquo militari adparatu ſtrepebant omnia.

77. In his dum Antonius occupatur, *inter Cæſarem Pompejumque turbata pax eſt*: cauſis, ut quidem ſuſpicabantur plerique, aliis; ſed, quas in publicum Cæſar efferebat, hæ fuere. *Peloponneſum Antonius Pompejo ceſſerat hac conditione* „ut, ſi jam ſtatim accipere vellet provinciam, ſolveret Antonio quæ Peloponneſii ei deberent, aut perſoluturum ſe reciperet; ſin id non placeret, tantiſper exſpectaret, dum pecuniæ illæ Antonii nomine coactæ eſſent." Jamvero *Pompejus* non accepit hac conditione provinciam, ratus eam una cum debitis pecuniis ſibi datam fuiſſe. Eamque rem (ut *Cæſar* ajebat) ægre ferens *Pompejus*; ſive ob id ipſum, ſive ſuapte perfidia, vel quod invideret alteris, magnos exercitus habentibus, vel quod,

Digitized by Google

A. U. 716.

ἐχόντων, εἴτε Μηνοδώρου διερεθίζοντος αὐτὸν ἀνοχὰς μᾶλλον ἢ βεβαίους σπονδὰς εἶναι νομίζειν, ναῦς ἄλλας ἐποιεῖτο, καὶ ἐρέτας συνέλεγε, καὶ τῷ στρατῷ ποτε ἐδημηγόρησε, χρῆναι παντὸς οὕνεκα παρασκευάζεσθαι. λῃστήριά τε αὖθις ἀφανῆ τὴν θάλασσαν ἠνώχλει, καὶ μικρὸν ἢ οὐδὲν ἄκος τοῦ λιμοῦ γεγένητο Ῥωμαίοις. ὥστε ἐβόων, οὐκ ἀπαλλαγὴν τῶν κακῶν, ἀλλ' ἐπίληψιν τετάρτου τυράννου κατὰ σπονδὰς γεγονέναι. Καὶ ὁ Καῖσαρ τινὰ λῃστήρια συλλαβὼν ἐβασάνιζεν, οἳ Πομπήιον σφᾶς ἔλεγον ἐπιπέμψαι· καὶ τάδε αὐτὰ ὁ Καῖσαρ τῷ δήμῳ προύφερε, καὶ ἐπέστελλεν αὐτῷ Πομπηίῳ. Ὁ δὲ ἐξελογεῖτο μὲν ὑπὲρ τούτων, ἀντενεκάλει δὲ Πελοποννήσου χάριν.

LXXVIII. Ὅσοι δὲ τῶν ἐπιφανῶν ἦσαν ἔτι παρὰ τῷ Πομπηίῳ, ὁρῶντες αὐτὸν αἰεὶ πειθόμενον τοῖς ἀπελευθέροις, διέφθειραν ἐνίους τῶν ἀπελευθέρων, εἴτε ἀπὸ σφῶν αὐτῶν, εἴτε ἐς χάριν Καίσαρος, ἐξοτρύνειν ἐπὶ

Lin. 15. προσέφερε Edd. Rectius Aug. L. 21 ſq. ἐξοτρ. ἐπὶ Μηνόδωρον Καίσαρα, ὡς ἔτι ἄρχοντι τὸν δεσπότην Edd. cum Regiis. Quidquid eſt inter ἐξοτρύνειν ἐπὶ l. 22. & Μηνοδώρου δύναμ. l. 23. per err. omiſit Aug. Delevi importunum nomen Καίσαρα, quod nec Cand. agnoſcit:

a Menodoro inſtigatus, non pacem hanc eſſe, ſed inducias tantum, putaret; parabat alias naves aliudque remigium, & exercitum quoque aliquando pro concione admonuit, omnino eſſe opus ut denuo bellum paretur. Rurſusque ex occultis receptaculis piratæ infeſtabant maria: & exiguum ac propemodum nullum adlatum erat urbanæ fami remedium. Quare *paſſim jactabatur* „non quæſitum nupera pace finem malorum, ſed adſumtum quartum tyrannidis ſocium." Et *Cæſar* captos aliquot piratas torſit, qui faſſi ſunt, ſe a Pompeio ſubmiſſos: idque ipſum Cæſar evulgavit populo, & ipſi *Pompejo* ſignificavit per literas. Sed ille quidem, de hac culpa ſe purgans, de Peloponneſo contra conqueſtus eſt.

78. Quotquot autem nobilium adhuc apud Pompejum hæſerant, ubi viderunt ſemper eum libertorum parere conſiliis, corruperunt aliquot ex eorum numero, ſive ultro, ſive in gratiam Cæſaris, ut

ηνοδώρῳ, ὡς ἐπὶ ἄρχοντι, τὸν δεσπότην. οἱ δὲ καὶ οὗτοι, φθόνῳ τῆς Μηνοδώρου δυνάμεως, ἑκόντες ἐποίουν. Καὶ Πομπήϊος μὲν ἐς ἀλλοτρίωσιν ὑπήγετο τοῦ Μηνοδώ-ου. Τῶν δ' αὐτῶν ἡμερῶν Φιλάδελφος, ὁ Καίσαρος ἀπελεύθερος, πρὸς τὸν Μηνόδωρον διέπλευσε, σίτου κο-μιδῆς οὕνεκα· καὶ Μικυλίων, ὁ πιστότατος τῷ Μηνοδώ-ρῳ, πρὸς Καίσαρα, περὶ αὐτομολίας τοῦ Μηνοδώρου· πισχνεῖτο δὲ ἐγχειριεῖν Σαρδὼ καὶ Κύρνον, καὶ τρία τέλη τρατοῦ, καὶ Φίλων πλῆθος ἕτερον. Καὶ τόδε, ὃν ἔργον ἴτε Φιλαδέλφου, εἴτε τῶν ἐς Μηνόδωρον παρὰ Πομπηΐου ιαβολῶν, ὁ Καῖσαρ οὐκ εὐθὺς μὲν, ἐδέξατο δ' ὅμως, γούμενος ἔργῳ τὴν εἰρήνην λελύσθαι. καὶ Ἀντώνιον ἐξ Ἀθηνῶν ἐς τὸ Βρεντέσιον ἐς ἡμέραν ῥητὴν παρεκάλει, συμ-ουλευσόμενος αὐτῷ περὶ τοῦδε τοῦ πολέμου· ναῦς τε ακρὰς ἐκ Ῥαβέννης, καὶ στρατὸν ἐκ τῆς Κελτικῆς, καὶ αρασκευὴν ἄλλην, ἐς τὸ Βρεντέσιον καὶ ἐς Δικαιάρχειαν

*ὅτι autem mutavi in ἐπὶ, quod & Cand. h. l. inveniſſe in ſuo Cod. videtur.* *L.* 26 *ſq. A* διέπλευσε *uſque* Μηνοδώρῳ *decem verba omiſit Reg. B.* *L.* 27. ὁ πιστότατος Μηνοδώρῳ *Edd. invit. MSS.* τῷ *adjeci ex Reg. A.* τῶν Μηνοδώρῳ *exhibet Aug.* *L.* 30. *Quin potius* καὶ ΨΙΛΩΝ πλῆθος, leviter armatorum multitudinem. *Ibid.* τόδε ἔργον *Edd. ex Reg. A.* τόδε ἦν ἔργον *Aug. Recte Reg. B.* *L.* 31. εἴτε ἐς Μηνοδ. *Edd.* τῶν *adjeci ex Aug.*

*ompejum irritarent contra Menodorum*, quaſi imperan-em ipſi domino. Id libenter li fecerunt, quippe inviden-es tantæ hominis potentiæ. tque ea ratione *a Menodoro Pompejus alienatus eſt*. Per oſdemque dies *Philadelphus*, Cæſaris libertus, navigavit ad Menodorum frumentationis ratia; & *Micylio* Menodori diſſimus amicus ad Cæſarem, turus de ejus transfugio. *fferebat* autem *Cæſari Me-odorus Sardiniam et Corſi-cam*, cum tribus legionibus, & magno amicorum numero. Eum favorem, ſive opera Phi-ladelphi, ſive Pompeji calum-niis paratum, *Cæſar* non ſta-tim quidem, *accepit* tamen, quum revera violatam pacem exiſtimaret. *Evocavitque An-tonium Athenis Brundiſium* ad definitum diem, ut de hoc bello conferret cum eo con-ſilia: ſimulque naves longas e Ravenna, & exercitum e Gallia, reliquumque adpara-tum, propere miſit Brundi-

A. U. ψιϛ.

ὀξέως περιέπεμπεν, ὡς ἑκατέρωθεν ἐπιπλευσομένους τῇ Σικελίᾳ, ἢν Ἀντωνίῳ συνδοκῇ.

LXXIX. Ὁ δὲ ἦλθε μὲν ἐς τὴν τεταγμένην ἡμέραν σὺν ὀλίγοις· Καίσαρα δὲ οὐχ εὑρὼν, οὐ περιέμεινεν, εἴτε τὴν γνώμην τοῦ πολέμου μεμψάμενος ὡς παράσπονδον, εἴτε τὴν Καίσαρος παρασκευὴν ἰδὼν πολλὴν οὖσαν, (οὐ γάρ ποτε αὐτοὺς ἀνέπαυε φόβων ἡ τῆς μοναρχίας ἐπιθυμία,) εἴτε τι σημεῖον δειδισάμενος. τῶν γὰρ περιπομένων αὐτοῦ τῇ σκηνῇ πρὸς θηρίων εὑρέθη τις δεδαπανημένος, ἄνευ τοῦ προσώπου μόνου, καθάπερ ἐς ἐπίδειξιν παραλελειμμένου, οὔτε τι βοήσας, οὔτε τινὸς τῶν συναναπαυομένων ᾐσθημένου· καὶ λύκον ἔλεγον οἱ Βρεντέσιοι πρὸ ἕω φανῆναι τῶν σκηνωμάτων ἐκθέοντα. Ἔγραφέ γε μὴν τῷ Καίσαρι, μὴ λύειν τὰ συγκείμενα, καὶ ἠπείλει Μηνόδωρον ἀπάξειν, ὡς ἑαυτοῦ δραπέτην· γεγένητο γὰρ Πομπηΐου Μάγνου· τὴν δὲ τοῦ Μάγνου περιουσίαν

*Lin.* 44. ἀνέπαυσε *Aug.* *L.* 48. *Pro* παραλελειμμένου, *quod reſ-deder. Aug.* & *Ven. dant mendoſe* διδαπανημένου *Edd.* & ademptu *Cand.* *Ibid.* *Verbis* οὔτε τι βοήσας *caret Aug. male.* *L.* 50. γεγένητο *Edd.* *Recte Aug. Reg. B.* *L.* 51. ἔγραφέ τε μὴν *Aug.*

ſium & Puteolos; ab utroque latere ſimul invaſurus Siciliam, ſi idem videretur Antonio.

79. Et *venit Antonius* ad ſtatutum diem, cum paucis: ſed *Cæſarem*, quum ibi non inveniret, *non exſpectavit*, ſive, quod non probaret bellum ſuſcipi contra fœdus; ſive quod inſignem videret Cæſaris adparatum; (cupiditas enim ſine ſocio imperandi utrumque numquam vacare ſollicitudine ſinebat;) ſive quod prodigio quodam fuerit territus. Nam unus ex eis, qui ad illius tentorium excubabant, repertus eſt a feris abſumtus, ſola facie excepta, quaſi in hoc relicta ut noſceretur homo: idque factum erat abſque ipſius clamore, nemineque commilitonum ſentiente: & Brunduſini ajebant, lupum ſe vidiſſe ſub diluculum procurrentem e tabernaculis. *Scripſit* tamen *Antonius Cæſari, ne a pactis diſcederet:* & minatus eſt, ad ſupplicium ſe rapturum *Menodorum*, ut *fugitivum* ſuum. Nam Pompejo Magno ſervierat homo: bona autem Magni

Antonius

περιουσίαν ὁ Ἀντώνιος ἐώνητο, νόμῳ πεπρασκομένην ὡς A. U.
πολεμίου. 716

LXXX. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἔπεμπεν ἐς Σαρδόνα καὶ Κύρνον τοὺς παραληψομένους ἃ Μηνόδωρος ἐνεχείριζεν· ἐκρατύνετο δὲ τὰ παράλια τῆς Ἰταλίας φρουρίοις πολλοῖς, μὴ αὖθις αὐτὰ ὁ Πομπήϊος ἐπιδράμοι· τριήρεις δὲ ἑτέρας ἐν Ῥώμῃ καὶ ἐν Ῥαβέννῃ προσέτασσε γίγνεσθαι, καὶ στρατὸν πολὺν ἐκ τῆς Ἰλλυρίδος μετεπέμπετο· Μηνόδωρόν τε ἐλθόντα, ἐλεύθερον εὐθὺς ἀπέφηνεν ἐξ ἀπελευθέρου, καὶ ὧν αὐτὸς ἤγαγε νεῶν ἐπέτρεπεν ἡγεῖσθαι, ὑποστρατηγοῦντα τῷ ναυάρχῳ Καλουϊσίῳ. Ταῦτα μὲν δὴ καθιστάμενος ὁ Καῖσαρ, καὶ παρασκευὴν ἔτι πλέονα συνάγων, ἐβράδυνε· καὶ τὸν Ἀντώνιον οὐ περιμείναντα ἐμέμφετο. τὴν δ' οὖσαν ἤδη παρασκευὴν ἐκέλευε Κορνιφίκιον ἐκ Ῥαβέννης μεταγαγεῖν ἐς Τάραντα. Κορνιφικίῳ μὲν δὴ χειμὼν περιπλέοντι ἐπιγίγνεται, καὶ μόνη τῶν νεῶν ἡ ναυαρχὶς, ἡ γενομένη Καίσαρι, διεφθάρη· καὶ ἔδοξε τοῦτ' ἐς τὰ μέλλοντα σημῆναι. Ἐπιπολαζούσης δὲ ὑπονοίας

*Lin.* 56. ἔπεμψεν *Edd. ex Reg. B. Secutus ſum Aug. Reg. A.* *L.* 65. συναγαγὼν *Edd. Prætuli Aug. Sic & Cand.* colligens.

Antonius emerat, ſub haſta jure belli vendita.

80. *Cæſar* vero in *Sardiniam Corſicamque* miſit qui eas inſulas a *Menodoro* acciperent: & oras Italiæ multis caſtellis munivit, ne rurſus incurſarentur a Pompejo: juſſitque alias triremes Romæ Ravennæque confici, & numeroſum exercitum accivit ex Illyrico. Tum *Menodorum*, quamprimum ad ſe venit, e *liberto* declaravit *ingenuum*; claſſemque ei, quam adduxerat, commiſit, ita ut legatus eſſet præfecto claſſis *Calviſio*. His rebus conſtituendis & ampliori adparatu faciendo quum eſſet remoratus; conqueſtus eſt de Antonio, quod ſe non exſpectaſſet. Quæ vero jam parata habebat, ea *Cornificium* Ravenna Tarentum juſſit tranſvehere. Hunc navigantem adorta tempeſtas, ſolam navim prætoriam fregit, Cæſari paratam: quæ res in *omen* tum verſa eſt. Quum vero vulgo adhuc ſuſpicarentur plerique, contra fœdus ſuſcli

A. U. 716.

ἔτι, ὡς παρασπόνδως ὁ πόλεμος ὅδε γίγνοιτο, τὴν ὑπόνοιαν ὁ Καῖσαρ ἐκλύων, ἐπέστελλε τῇ πόλει, καὶ τὸν στρατὸν αὐτὸς ἐδίδασκεν, ὅτι τὰς σπονδὰς ὁ Πομπήϊος λῃστεύων τὴν θάλασσαν ἀναλύσειε, καὶ τοῦθ' οἱ λῃσταὶ κατείποιεν αὐτοῦ, κατείποι δὲ καὶ Μηνόδωρος τὴν ὅλην γνώμην, μάθοι δὲ καὶ Ἀντώνιος, καὶ διὰ τοῦτο Πελοπόννησον οὐ δοίη.

LXXXI. Ὡς δὲ αὐτῷ τὰ ἐν χερσὶ ἕτοιμα γεγένητο, ἐπέπλει τῇ Σικελίᾳ, αὐτὸς μὲν ἐκ Τάραντος, Καλουΐσιος δὲ Σαβῖνος καὶ Μηνόδωρος ἀπὸ Τυρρηνίας· περιῄει δὲ καὶ τὸ πεζὸν ἐς Ῥήγιον, καὶ μετὰ σπουδῆς ἐταχύνετο ἅπαντα. Ὁ δὲ Πομπήϊος τῆς μὲν αὐτομολίας τοῦ Μηνοδώρου, ἐπιπλέοντος ἤδη Καίσαρος, ᾔσθετο. πρὸς δὲ τὸν ἑκατέρωθεν ἐπίπλουν, αὐτὸς μὲν ὑπέμεινεν ἐν Μεσσήνῃ τὸν Καίσαρα, Καλουϊσίῳ δὲ καὶ Μηνοδώρῳ τὸν ἔχθιστον τῷ Μηνοδώρῳ μάλιστα τῶν ἐξελευθέρων ἑαυτοῦ Μενεκράτη προσέτασσεν ἀπαντᾶν ἐπὶ στόλου πολλοῦ. Ὁ δὲ οὖν ὁ

*Lin. 77.* καὶ ὁ Ἀντων. *Reg. B. L. 85.* Μεσήνῃ *Aug. (ut conſtanter adhuc) cum Reg. A. & Reg. B. a prima manu. Tenui h. l. lectionem Edd. quam dedit Reg. B. ex emend. & cum qua mox in ſqq. ſæpius MSSti noſtri omnes conſentiunt. L. 86 ſq.* ἔχθιστον τῶν Μηνοδώρῳ *Aug.*

pi id bellum; *Cæſar*, ut eam ſuſpicionem eximeret, populum Romanum per literas, exercitum pro concione, edocuit: „fœdus a Pompejo eſſe violatum, qui per piratas infeſtarit maria; quod & ipſorum piratarum & Menodori confeſſione compertum ſit: nec ignorare id Antonium, ideoque Peloponneſum ei non tradidiſſe."

81. Deinde, poſtquam ſatis, quæ conſtituerat, parata fuerunt, claſſe *Siciliam petiit; ipſe Cæſar*, Tarento ſolvens; *Calviſius*, cum *Sabino* & *Menodoro*, ex Etruria: & pedeſtris quoque exercitus terreſtri itinere petiit Rhegium, & magna jam properatione agebantur omnia. Nec prius Pompejus ſenſit transfugiſſe Menodorum, quam adnavigante Cæſare. Utrimque autem imminente claſſe hoſtium, ipſe *Pompejus Meſſanæ exſpectavit Cæſarem: Calviſio Menodoroque oppoſuit* cum magna claſſe *Menecratem*, alium e libertis ſuis, ipſi Menodoro infenſiſſimum.

Digitized by Google

Μηνεκράτης ἐπιφαίνεται τοῖς πολεμίοις περὶ δείλην ἑσπέραν πελάγιος· καὶ οἱ μὲν ἐς τὸν κόλπον τὸν ὑπὲρ Κύμης συνέφυγον, καὶ τὴν νύκτα ἀνεπαύοντο, καὶ Μηνεκράτης ἐς Αἰναρίαν παρῆλθεν. ἠοῦς δὲ ἀρχομένης, οἱ μὲν τὸν κόλπον ἐν χρῷ παρὰ τὴν γῆν αὐτὴν μηνοειδεῖ στόλῳ παρέπλεον, ἵνα μὴ αὐτοῦ διεκπλέοιεν οἱ πολέμιοι. ὁ δὲ Μηνεκράτης αὐτοῖς αὖθις ἐπιφαίνεταί τε, καὶ εὐθὺς ἐπλησίαζεν ὑπὸ ῥύμης καὶ τάχους· δρᾷν δὲ οὐκ ἀναγομένους ἐς τὸ πέλαγος οὐδὲν μέγα ἔχων, ἐς τὴν γῆν ἐγχρίμπτειν ἐξεώθει. Οἱ δὲ ἐξώκελλόν τε ὁμοῦ, καὶ τὰς ἐμβολὰς ἀπεμάχοντο. ἦν δὲ τοῖς μὲν, ἐς τὸ πέλαγος ἀναχώρησίς τε καὶ ἐφόρμησις ὅτε βούλοιντο, καὶ σκαφῶν ἑτέρων ἀλλαγὴ παρὰ μέρος· οἱ δὲ, ἔκαμνον ἔκ τε τῶν πετρῶν ἐφ' ἃς ἐπώκελλον, καὶ ὑπὸ τῆς ἀκινησίας τῶν νεῶν· πεζομαχεῖν γὰρ πρὸς ναυμαχοῦντας ἐῴκεσαν, οὔτε διώκειν οὔτε ἐκκλίνειν ἔχοντες.

A. U. 716.

*Lin. 93. μηνοειδῆ mend. edit. 1. L. 94. ἵνα μὴ αὐτοὺς διεκπλ. videtur legendum. L. 96.* ὑπὸ ῥώμης καὶ ταχ. *Edd. Aug. quod corrigendum putavi. L. 5.* οὔτε ἐκκλίνειν οὔτε διώκειν *Edd. Cand. Prætulit Aug. & Reg. B. a prim. manu.*

Is ubi in conſpectum hoſtium in alto venit ſub veſperam; illi receperunt ſe in ſinum qui ſupra *Cumas* eſt, ibique noctem eam quieverunt; *Menecrates* adpulit *Aenariam*. Sub auroram vero *Calviſiani* oram ſinus lunata claſſe legebant, proxime continentem quantum poterant, ne perrumperetur claſſis ab hoſtibus. Tum rurſus in conſpectum venit *Menecrates*, moxque ſumma vi concitatis navibus adpropinquavit. Quoniam vero in altum non provehebantur adverſarii, quum aliud nihil magnopere poſſet, propius accedens naves eorum in terram propulit; ut illi ſimul in brevia inciderent, ſimul ab hoſtium impetu ſeſe defendere cogerentur. Hoſtibus autem facile erat in altum ſe recipere, & inde redintegrare impetum, & mutare etiam naves alias poſt alias: illis luctandum etiam cum ſcopulis erat, in quos impegerant, præterquam quod naves non poterant movere; atque ita factum eſt, ut *contra navalem pugnam terreſtri certamine* viderentur *contendere*, in quo nec perſequi nec refugere poſſent.



Digitized by Google

A. U. 716.

LXXXII. Ἐν δὲ τούτῳ Μηνόδωρος καὶ Μενεκράτης καθορῶσιν ἀλλήλους, καὶ, τὸν ἄλλον πόνον ἀφέντες, αὐτίκα μετ᾽ ὀργῆς καὶ βοῆς ἀλλήλοις ἐπέπλεον· ἐν τῷδε τὴν νίκην καὶ τὸ κεφάλαιον τοῦ πολέμου τιθέμενοι, ἐν ᾧ τις αὐτῶν κρατήσειν ἔμελλεν. αἱ μὲν δὴ νῆες ἀλλήλαις ὑπὸ ῥύμης ἐνέπεσον, καὶ συνέτριψαν, ἡ μὲν, τὸν ἔμβολον τῆς Μηνοδώρου νεὼς, ἡ δὲ, τὸν ταρσὸν τῆς Μενεκράτους. ἐπεὶ δὲ αὐταῖς ἑκατέρωθεν χεῖρες ἐπεβλήθησαν σιδηραῖ, τῶν μὲν νεῶν οὐδὲν ἔτι τὸ ἔργον ἦν, συνεστηκυίας ἑκατέρας· οἱ δὲ ἄνδρες, ὥσπερ ἐν γῇ, πόνου καὶ ἀρετῆς οὐδὲν ἀπέλειπον. ἀκόντιά τε γὰρ ἦν ἀθρόα, καὶ λίθοι, καὶ τοξεύματα ἐπ᾽ ἀλλήλους, καὶ ἐπὶ τὰς ναῦς καταῤῥάκτας ἐῤῥίπτουν ἐς τὸ ἐπιέναι δι᾽ αὐτῶν. ὑψηλοτέρας δ᾽ οὔσης τῆς Μηνοδώρου νεὼς, οἵ τε καταῤῥάκται τοῖς τολμῶσιν ἦσαν εὐεπιβατώτεροι, καὶ τὰ βαλλόμενα, ὡς ἀφ᾽ ὑψηλοῦ, βιαιότερα. Τεθνεώτων δ᾽ ἤδη πολλῶν, καὶ τῶν ὑπολοίπων κατατετρωμένων, ὁ μὲν Μηνόδωρος ὀβελῷ τὸν βραχίονα ἐτρώθη, καὶ ὁ ὀβελὸς ἐξῃρέθη· ὁ δὲ

*Lin.* 14. σιδηραὶ *Edd. Aug. Mutavi accentum.* σιδηραῖς *mend. Regii.* *L.* 16. ἀπέλιπον *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 20. καὶ τὰ καλούμενα *mend. Edd. Recte Aug. Cand.*

82. Inter hæc *Menodorus et Menecrates* mutuum in conſpectum veniunt; protinuſque, relicto cetero prælio, cum ira clamoreque *ſe petunt invicem*: videbaturque, uter eorum vinceret, ejus claſſis fore victoriam. Horum igitur naves, magno ſtatim impetu colliſæ, mulctaverunt ſe invicem, quaſſato roſtro navis *Menodori*, & gubernaculo *Menecratis*. Injectis deinde utrimque ferreis manibus, naves jam ceſſabant, inhærentes ſibi: ſocii vero navales, non aliter quam in terra pugnantes, nihil ſibi ad ſummam contentionem alacritatemque fecerunt reliquum: impetebant enim ſe ſagittis, ſaxis, jaculis, ponteſque injiciebant per quos transſcenderent. Et quoniam *Menodori* navis eminebat altius, pontes ejus facilius permeabantur a viris audacibus, & tela inde miſſa, ut e loco ſuperiori, incidebant vehementius. Jamque multis cæſis, ſauciatis reliquis, *Menodorus* veruto per brachium trajectus eſt, quod

Digitized by Google

Μενεκράτης τὸν μηρὸν ἀκοντίῳ πολυγλώχινι Ἰβηρικῷ ὁλοσιδήρῳ, καὶ οὐκ ἦν ἐξελεῖν αὐτὸ σὺν ἐπείξει. ἀχρεῖος οὖν ὁ Μενεκράτης ἐς μάχην γενόμενος, ἐπέμενε καὶ ὥς, τοὺς ἄλλους ἐποτρύνων· μέχρι, λαμβανομένης τῆς νεὼς, ἐς τὸν βυθὸν τοῦ πελάγους ἑαυτὸν ἔρριψε, καὶ τὴν μὲν ναῦν ὁ Μηνόδωρος ἀνεδήσατο, καὶ ἐς τὴν γῆν ἀπέπλευσεν, οὐδὲν ἔτι δρᾶν οὐδ᾽ ἐκεῖνος δυνάμενος. A. U. 716.

LXXXIII. Καὶ τὸ λαιὸν τῆς ναυμαχίας οὕτως ἐπεπράχει. ἐκ δὲ τοῦ δεξιοῦ, Καλουΐσιος μὲν, διαπλέων ἐς τὸ λαιὸν, ἀπετέμετό τινας τῶν Μενεκράτους νεῶν, καὶ ἐκφυγούσας εἰς τὸ πέλαγος ἐδίωκε. Δημοχάρης δ᾽, ὁ τοῦ Μενεκράτους συνεξελεύθερός τε καὶ ὑποστράτηγος, ταῖς λοιπαῖς τοῦ Καλουϊσίου συμπεσὼν, τὰς μὲν ἐς φυγὴν ἐτρέπετο, τὰς δὲ ἐς πέτρας συνήρραξε, καὶ, τῶν ἀνδρῶν ἐξαλομένων, ἐνεπίμπρα τὰ σκάφη· μέχρι Καλουΐσιος ἐκ τῆς διώξεως ἐπανιὼν, τάς τε φευ-

*Lin. 25.* ἐξελεῖν αὐτῷ *Reg. A.* αὐτὸν *mend. Aug.* *L. 28.* τοῦ πελάγου *mend. Edd. Recte Aug.* *L. 29.* ἀνεδύσατο *Edd. mend. invit. MSS.* *L. 31.* Καὶ τὸ μὲν λαιὸν *Edd. non male, ſed invitis MSStis.* καὶ τὸν λαιὸν *Reg. B. a pr. manu.* καὶ τὸ παλαιὸν *Reg. A. & Reg. B. a ſec. manu. Secutus ſum Aug. Ven.* *L. 33.* ἀπετέμοντο *Edd. Prætuli Aug. Reg. B.* *L. 35.* συνελεύθερος *Aug.*

mox extractum eſt e vulnere: at *Menecrates* in femur ictus eſt hamato jaculo Hiſpanico ſoliferreo, quod non potuit eximi celeriter. Itaque quum pugnare amplius non poſſet, tamen ſic quoque durabat, exhortans alios; donec, navi ſua capta, *in mare ſe dedit præcipitem*. Menodorus captivam navem, religatam a ſua, pertraxit ad terram: nec amplius quidquam ipſe potuit efficere.

83. Hæc in ſiniſtro cornu *navalis pugnæ* geſta ſunt. E dextro *Calviſius* ad ſiniſtrum navigans, aliquot Menecratis naves intercluſit a ceteris, fugientesque in altum perſecutus eſt. Interim *Demochares*, libertus & ipſe Pompeji, tunc *legatus Menecratis*, reliquas Calviſianas adgreſſus, partim fugavit, partim in ſaxa compulſas fregit; & poſtquam exſilierant navales ſocii, naves ipſas cremavit. Tum *Calviſius*, a perſecutione reverſus, ſuas fugientes reduxit,



Digitized by Google

A. U. 716.

γούσας τῶν ἰδίων ἐπανήγαγε, καὶ τὰς ἐμπιπραμένας ἐκώλυσε. καὶ νυκτὸς ἐπιλαβούσης, ηὐλίσαντο πάντες ἔνθα καὶ τῆς προτέρας. Ἡ μὲν δὴ ναυμαχία ἐς τοῦτο ἐτελεύτα, καὶ προὔχεν ἐν αὐτῇ τὰ Πομπηΐου παρὰ πολύ. Δημοχάρης δὲ βαρυθυμῶν ἐπὶ τῷ θανάτῳ Μενεκράτους, ὡς ἐπὶ ἥττῃ μεγίστῃ, (δύο γὰρ οἵδε ἦσαν μάλιστα τῷ Πομπηΐῳ θαλάσσης ἐργάται, Μενεκράτης τε καὶ Μηνόδωρος·) ἅπαντα μεθεὶς, -- εὐθὺς ἐς Σικελίαν ἔπλει, καθάπερ οὐ τὸ Μενεκράτους σῶμα, καὶ ναῦν μίαν, ἀλλὰ τὸν στόλον ὅλον, ἀποβαλών.

LXXXIV. Ὁ δὲ Καλουΐσιος, ἕως μὲν ἐπιπλευσεῖσθαι τὸν Δημοχάρην προσεδόκα, παρέμενεν ἔνθαπερ ὥρμιστο, ναυμαχεῖν οὐ δυνάμενος· αἵ τε γὰρ κράτισται τῶν νεῶν αὐτῷ διωλώλεσαν, καὶ αἱ ἕτεραι πρὸς ναυμαχίαν εἶχον ἀχρείως. ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν οἰχόμενον ἐς Σικελίαν, ἐπεσκεύαζε τὰς ναῦς, καὶ παρέπλει τὴν γῆν, τοὺς κόλπους ἐξελίσσων. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐκ μὲν Τάραντος ἐς τὸ Ῥήγιον

*Lin.* 47. *Ubi* hiatus *ſignum poſui, ibi Edd. & MSS. dant* ΕΚ ΚΕΡΩΝ, *quod* ἐκ Κέρων *expreſſerunt edit.* 1. 2. ἐκ κέρων *edit.* 3. ex acie *Cand. & poſt eum Gelen. An* ἐκ Κύμης αἴρων *ſcripſit Appianus? Hoc enim malim, quam* ἐκ Κυμῶν *cum Muſgravio. An* ΕΚ ΚΑΠΡΕΩΝ? *L.* 53. διολώλεσαν *edit.* 2. 3.

ceterarumque incendium inhibuit. Superveniente nocte, quiſque ad pridianam ſuam ſtationem rediit. Hic finis fuit *navalis* illius *prælii*; in quo multo quidem potior fuit Pompejanorum fortuna. Sed *Demochares*, morte Menecratis, ut clade maxima, contriſtatus, (nam horum duorum, Menecratis ac Menodori, præcipua opera ſemper in rebus maritimis uſus erat Pompejus) omiſſis omnibus rebus, recta *Siciliam repetiit*, haud ſecus ac ſi non Menecratis corpus & navim unam, ſed integram claſſem, amiſiſſet.

84. *Calviſius*, quamdiu Democharem contra ſe denuo venturum ſuſpicatus eſt, in ſua ſtatione manſit, ad redintegrandam pugnam minime idoneus: nam optima quæque ex ejus navibus perierat, ceteræ ad pugnam inutiles erant factæ. Poſtquam autem intellexit, in Siciliam eum abiiſſe; reparatis navibus, oram legebat, ne ſinus quidem trajiciens. Alia parte *Cæſar*, a Tarento *Rhegium* cum bene

Digitized by Google

διεπεπλεύκει ναυσὶ πολλαῖς καὶ στρατῷ πολλῷ, καὶ Πομπήϊον περὶ Μεσσήνην κατειλήφει, ναῦς ἔχοντα τεσσαράκοντα μόνας· ὥστε αὐτῷ παρῄνουν οἱ φίλοι, ὡς ἐν καιρῷ μάλιστα, ἐπιθέσθαι τῷ Πομπηΐῳ μετὰ τοσοῦδε στόλου, ναῦς ἔχοντι ὀλίγας, μέχρι τὸ λοιπὸν ἐκείνῳ ναυτικὸν οὐ πάρεστιν. ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο, Καλουΐσιον περιμένων, καὶ λέγων οὐκ εὔβουλον εἶναι τὸ ῥιψοκίνδυνον, ἔνθα συμμαχίαν ἄλλην προσδοκῴη. Ὡς δὲ Δημοχάρης ἐς Μεσσήνην κατέπλευσεν, ὁ μὲν Πομπήϊος αὐτόν τε Δημοχάρην καὶ Ἀπολλοφάνην, καὶ τόνδε ἀπελεύθερον ἑαυτοῦ, ναυάρχους ἀπέφηνεν ἀντὶ Μηνοδώρου καὶ Μενεκράτους. A. U. 716.

LXXXV. Ὁ δὲ Καῖσαρ περὶ τῶν συμβεβηκότων ἀμφὶ τῇ Κύμῃ πυθόμενος, ἐξέπλει τὸν πορθμὸν, ὑπαντήσων τῷ Καλουϊσίῳ. ἀνύσαντι δ' αὐτῷ τοῦ πόρου τὸ πλέον, καὶ Στυλίδα ἤδη παραπλέοντι, καὶ ἐς τὸ Σκύλλαιον ἐπικάμπτοντι, ἐκθορὼν ἐκ τῆς Μεσσήνης ὁ Πομπήϊος, ἐξή-

*Lin. 57.* ἐπεπλεύκει *Edd. Prætuli Aug. Ven.* *L. 58.* ἐπὶ Μεσσήνην *Edd. invitis MSStis, qui recte* περὶ *dederunt. In* Μεσσήνη *h. l. & mox iterum iterumque cum Edd. conſentiunt MSSti noſtri. L. 59.* αὐτῷ *abeſt ab Aug. & Ven.* *L. 71.* Σκύλαιον *Edd. Prætuli Aug.* *L. 72.* ἐκθορῶν *Aug. Reg. A.*

magna claſſe exercituque profectus, prope Meſſanam Pompejum adſecutus eſt, quadraginta tantum navibus inſtructum. Itaque hortabantur amici, ut per tam opportunam maxime occaſionem Pompejum, tam paucas naves habentem, claſſe inſtructiſſima adgrederetur, priuſquam ceteræ illius naves advenirent. Sed parere conſilio noluit *Cæſar*, *exſpectans Calviſium*, negansque conſultum exponere ſe periculo, quo tempore uberiora exſpectaret auxilia. *Pompejus*, poſtquam Demochares Meſſanam reverſus eſt, & ipſum *Democharem* & *Apollophanem*, qui ex libertorum ſuorum pariter numero erat, *claſſi præfecit*, loco Menecratis & Menodori.

85. *Cæſar* vero nunciato detrimento ad Cumas accepto, enavigavit fretum, occurſurus Calviſio. Jamque ſuperata majore freti parte, præter *Columnam Rheginam* navigabat, curſumque flectebat verſus *Scyllæum*; quum *Pompejus*, e Meſſana ſubito ad-

A. U. 716. πλετο τῶν ὑστάτων, καὶ τὰς πρόπλους ἐδίωκε, καὶ πάσαις ἐνέβαλλε, καὶ ἐς μάχην προυκαλεῖτο. Αἱ δὲ, καίπερ ἐνοχλούμεναι, ἐς μὲν ναυμαχίαν οὐκ ἐπέστρεφον, Καίσαρος οὐκ ἐῶντος, εἴτε δείσαντος ἐν στενῷ ναυμαχεῖν, εἴτ᾽ ἐπιμένοντος οἷς ἀπ᾽ ἀρχῆς διεγνώκει, μὴ ναυμαχεῖν δίχα τοῦ Καλουϊσίου. γνώμῃ δὲ αὐτοῦ παρά τε τὴν γῆν ὑπεχώρουν ἅπασαι, καὶ ἐπ᾽ ἀγκυρῶν ἐσάλευον, καὶ κατὰ πρῷραν ἀπεμάχοντο τοὺς ἐπιόντας. Δημοχάρους δ᾽ ἐπιστήσαντος δύο ναῦς περὶ ἑκάστην, ἐθορυβοῦντο ἤδη, πρός τε τὰς πέτρας ἀρασσόμενοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους, θαλάσσης τε ἐνεπίμπλαντο· καὶ διεφθείροντο μετὰ ἀργίας καὶ αἵδε, ὥσπερ αἱ περὶ Κύμην, ὁρμοῦσαί τε καὶ ἐμβαλλόμεναι πρὸς ἐχθρῶν ἐπιπλεόντων καὶ ἀναχωρούντων.

LXXXVI. Ὁ μὲν δὴ Καῖσαρ ἐξήλατο τῆς νεὼς ἐπὶ τὰς πέτρας, καὶ τοὺς ἐκνέοντας ἐκ τῆς θαλάσσης ἀνελάμβανε, καὶ ἐς τὸ ὄρος ἄγων παρέπεμπε. Κορνιφίκιος δὲ

*Lin. 75.* ἐς μὲν ναυαρχίαν *mend. Edd. Recte Aug. Cand. L. 82.* ἀλλήλας *Aug. Bene, ſi &* ἀρασσόμεναι *daret. L. 83.* ἐνεπίπλαντο *Aug. L. 85. Septem verba, quæ ab Aug. & Ven. ignorantur, intrudunt Edd. cum Regiis; ſic:* καὶ ἀναχωρούντων ἔμελλον· ἐπεὶ οὐδέ πω καίτοι γ᾽ ἀπώλετο. *In Reg. B. autem eſt* ἔμελλ᾽ ἐπεὶ *&c. In Reg. A.* ἔμελλε ἐπεὶ *&c. L. 87.* θαλάττης *Edd: Tenui Aug. Reg. B.*

volans, laceſſens poſtremas naves, perſequens præcedentes, cunctas denique adgreſſus, *provocavit ad prælium.* Illæ, quamvis infeſtatæ, ad pugnam ſe non inſtruxerunt, non permittente *Cæſare*; ſive quod non auderet pugnare in anguſtiis, ſive quod maneret in propoſito non pugnandi abſente Calviſio. Juſſit autem, ut ad littus omnes ſe reciperent, jactiſque fluitarent ancoris, & a prora propugnarent, ſi quis invaderet. *Demochare* vero binis navibus invehente in ſingulas, perturbatæ jam Cæſarianæ in ſaxa impingebant, & inter ſe collidebantur, replebanturque mari; & peribant hæ quoque, ſicut illæ in Cumano prælio, nihil audentes, ſed immotæ manentes, quum continuo hoſtium impetu incurſantium atque recurſantium infeſtarentur.

86. Ac *Cæſar* quidem *in ſaxa e navi deſiliit*, & enatantes e mari excipiebat, recipienteſque ſe in montem deducebat. Ceterum *Corni-*

Digitized by Google

καὶ ὅσοι ἄλλοι στρατηγοὶ ἦσαν αὐτοῦ, παρακαλέσαντες ἀλλήλους, ἄνευ προστάγματος ἀπέρρηξαν τὰ ἀγκύρια, καὶ ἀνήχθησαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ὡς δέον τι δρῶντας παθεῖν μᾶλλον, ἢ ἑστῶτας ἀμαχεὶ τοῖς ἐπιχειροῦσι προκεῖσθαι. τόλμῃ τε παραβόλῳ πρῶτον ὁ Κορνιφίκιος τὴν ναυαρχίδα τοῦ Δημοχάρους κατέσεισε καὶ εἷλε· καὶ Δημοχάρης μὲν ἐς ἑτέραν ἐξήλατο. τοιούτου δὲ ὄντος τοῦ πόνου καὶ τοῦ φθόρου, ἐπεφαίνοντο ἐκ πόντου προσπλέοντες ἤδη Καλουΐσιός τε καὶ Μηνόδωρος· καὶ αὐτοὺς οἱ μὲν τοῦ Καίσαρος οὐχ ἑώρων, οὔτε ἀπὸ γῆς οὔτε ἐκ θαλάσσης. πελαγιώτεροι δὲ ὄντες οἱ τοῦ Πομπηΐου, κατεῖδον, καὶ ἰδόντες ἀνεχώρουν· συνεσκόταζε γὰρ ἤδη, καὶ κεκμηκότες ἀκμῆσιν οὐκ ἐθάῤῥουν συμπλέκεσθαι. Τοῦτο μὲν δὴ συγκύρημα τοῖς ὑπολοίποις ἐκ τοῦ τέως ἀχρείου χρηστὸν ἐπιγίγνεται. A. U. 716.

LXXXVII. Νυκτὸς δὲ ἐπιλαβούσης, οἱ μὲν ἐκ τῶν νεῶν

*Lin.* 89. *παρακαλέσαντες edit.* 2. 3. *Reg. B. Prætuli Aug. Reg. A. edit.* 1. *L.* 90. *ἀπέῤῥιψαν τὰ ἀγκυρ. Edd. Rectius Aug. L.* 92 *ſq. ἐπιχειρ. προκειμένους mend. Edd. Recte Aug. Ven. L.* 94. *Pro Δημοχάρους h. l. mend. Regii Δημάρχου. L.* 1 *ſq. κεκμηκόσι ἀκμῆσι Edd. Recte Aug. Ven. Cand.*

*ficius*, & quotquot alii duces aderant, cohortati ſe mutuo, injuſſu imperatoris, abruptis ancoralibus, in altum contra hoſtes evecti ſunt; rati, ſatius eſſe pugnando vinci, quam ſtando impune ſuſtinere impetus inſultantium. Ac brevi quidem *Cornificius* mira audacia prætoriam Democharis concuſſam cepit; *Demochares*que in aliam navem exſiliit. Inter hos vero labores cladeſque adparuerunt tandem adventantes per mare *Calviſius et Menodorus*; qui tamen a Cæſarianis non conſpecti ſunt, neque ab illis qui in terram exſcenderant, neque ab his qui in mari adhuc erant. Sed *Pompejani*, qui a terra aberant longius, eos conſpexerunt, & ad eorum adſpectum ſeſe receperunt. Jam enim adpetebat veſpera, nec audebant feſſi cum recentibus congredi. Qui caſus peropportune reliquis periclitantibus accidit.

87. Ingruente nocte, quicunque e navibus in terram evaſerant, in montes confu-

A. U. 716.

ἐκπεσόντες, ἐς τὰ ὄρη συνέφευγον, καὶ πυρὰ πολλὰ ἔκαιον, σύμβολα τοῖς ἔτι οὖσιν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ διενυκτέρευον οὕτως ἄσιτοι καὶ ἀθεράπευτοι καὶ πάντων ἐνδεεῖς. καὶ αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ, ὁμοίως ἔχων, παρεκάλει, περιθέων, ἐς τὴν ἕω καρτερῆσαι. ταλαιπωρουμένῳ δὲ αὐτῷ περὶ ταῦτα Καλουΐσιος μὲν οὐδ᾽ ὣς ἐγιγνώσκετο προσπλέων, οὐδὲ ἀπὸ τῶν νεῶν τι χρηστὸν ἐγίγνετο, ἀσχολουμένων περὶ τὰ ναυάγια. Ὑπὸ δὲ ἑτέρου δαίμονος ἀγαθοῦ τὸ τρισκαιδέκατον τέλος ἐπλησίαζε διὰ τῶν ὀρῶν, καὶ περὶ τοῦ κακοῦ πυθόμενοι, τοὺς κρημνοὺς, τῷ πυρὶ τῆς ὁδοῦ τεκμαιρόμενοι, διέδραμον. καὶ καταλαβόντες τὸν αὐτοκράτορα σφῶν καὶ τοὺς συμφυγόντας, ὧδε ἔχοντας καμάτου καὶ τροφῶν ἀπορίας, ἐθεράπευον, ἄλλους ἄλλοι διαλαβόντες, οἱ δὲ ταξίαρχοι τὸν αὐτοκράτορα ἐς αὐτοσχέδιον σκηνὴν ἐσαγαγόντες, οὐδενὸς τῶν οἰκετῶν αὐτῷ θεραπευτήρων παρόντων, ὡς ἐν νυκτὶ καὶ τοσῷδε ταράχῳ διερριμμένων. Περιπέμψας δ᾽ εὐθὺς

*Lin.* 9. καὶ αὐτὸς ὁ Καῖσαρ *Reg. B.* *L.* 13. ἀσχολουμένῳ *Edd. mend. Recte Aug.* *Ib.* ὑπὲρ τὰ ναυάγια *Edd. & MSS. nostri. Emendavi cum Musgravio.* *L.* 15. κλημνοὺς *vit. edit.* I. *L.* 19. *Pro* ἄλλους *dat* ἄλλη *Aug.*

gerunt; accenſiſque multis ignibus ſigna dabant his qui in mari etiam nunc erant; ſicque pernoctabant ſine cibo, ſine cura corporis, egeni rerum omnium. Quos *Cæſar*, non meliori ſorte ipſe uſus, circumcurſando hortabatur, ut uſque mane durarent. Ac ne tum quidem, his cum incommodis colluctans, cognovit adventum Calviſii; nec a navibus quidquam erat præſidii, occupatis circa *naufragia*. Sed alio quodam proſpero eventu, decima tertia legio tunc adpropinquabat per montes: quæ, audita clade, per aſpreta, qua ignes eundum ſignificabant, contendens, reperit imperatorem ſuum & qui cum illo refugerant, feſſos & victu carentes. Itaque diviſis operis, alii alios curandos ſuſceperunt: ipſumque imperatorem centuriones extemporaneo tabernaculo exceperunt, domeſticis famulis omnibus deſtitutum, quos noctis caligo tantuſque tumultus diſperſerat. Tum *Cæſar*, dimiſſis ſtatim circum-

Digitized by Google

ταυταχῆ τοὺς ἐξαγγέλλοῦντας ὅτι σώζοιτο, πυνθάνεται A. U.
Καλουϊσίου σὺν ταῖς πρόπλοις καταπλέοντα· καὶ, ὡς 716.
ἐπὶ δύο χρηστοῖς καὶ ἀδοκήτοις, ἀνεπαύετο.

LXXXVIII. Ἅμα δ᾽ ἡμέρᾳ τὴν θάλασσαν ἐφορῶν, ἐθεᾶτο ναῦς ἐμπεπρησμένας τε καὶ ἡμιφλέκτους ἔτι καὶ ἡμικαύστους, ἄλλας τε λελυμένας, ἱστίων τε ὁμοῦ καὶ πηδαλίων καὶ σκευῶν ἔμπλεων τὸ πέλαγος, καὶ τῶν ἔτι σωζομένων τὰ πολλὰ πεπονηκότα. προστησάμενος οὖν τὸν Καλουϊσίου στόλον, ἐπεσκεύαζε τὰ ἐπείγοντα τῶν σκαφῶν πλαγιάσας, ἠρεμούντων καὶ τῶν πολεμίων, εἴτε διὰ Καλουΐσιον, εἴτε αὖθις ἀναγομένοις ἐπιθέσθαι διεγνωκότων. Ὧδε δὲ ἐχόντων ἑκατέρων, ἐκ μέσης ἡμέρας νότος ἐμπεσὼν ἤγειρε κῦμα βίαιον ἐν ῥοώδει καὶ στενῷ χωρίῳ. Πομπήϊος μὲν οὖν ἐν Μεσσήνῃ λιμένων ἔνδον ἦν· αἱ δὲ τοῦ Καίσαρος νῆες αὖθις περὶ τραχεῖαν ἀκτὴν

*Lin.* 24. σὺν ταῖς πρεκόλοις Edd. *Verum dedit Aug.* *L.* 25. δύο caret Reg. B. *L.* 28. *Pro* λελυμένας *Cand. expreſſit* λελειμμένας dereli-ctas, *perperam.* *L.* 29. ἔμπλεον *Aug. ſed* ο *ex* ω *fere factum videtur.* *L.* 30. πεπονηκότα *Aug. male.* *L.* 31 *ſq. An* ἐπεσκεύαζε τὰ ἐπίλοιπα τῶν σκαφῶν? *An poſt* ἐπείγοντα *excidit nonnihil?* *L.* 32. *De* πλαγιάσας *dubitabat Muſgravius, nec mihi ſatis conſtat. Cogitaveram* πελαγίους, in ipſo mari refecit.

quaque qui incolumem ſe nunciarent, nuncium mox ipſe accepit de Calviſii cum præcurſoriis navibus adventu: atque ſic duobus lætis eventibus ex inſperato recreatus, quieti ſe dedit.

88. Prima vero luce, mare inſpiciens *Cæſar*, vidit incenſas naves & ambuſtas & ſemicrematas, rurſus alias fractas, & nare velis, gubernaculis, armamentiſque nauticis repletum; tum ex his, quæ ſupererant, navibus, male adfectas pleraſque. Itaque, *Calviſii* claſſe ante naves ſuas præſidii cauſa collocata, reparabat ea quæ præſens remedium maxime requirebant, obliquo curſu interim juxta oram navigans. Et otium tunc erat ab hoſtibus, ſive propter Calviſii adventum, ſive quod eos tum demum rurſus, quum in altum forent provecti, adgredi conſtituiſſent. In hoc rerum ſtatu *Auſter* exortus meridie *vehementes fluctus movit in freto* anguſto & ſuapte natura rapido. Ac tum Pompejus quidem in Meſſanenſi portu erat: *Cæſarianæ* vero *naves rurſus* circa littus aſpe-

Digitized by Google

A. U. 716. καὶ δύσορμον ἀρασσόμεναι, ταῖς τε πέτραις καὶ ἀλλήλαις ἐπεφέροντο, οὐδὲ τῶν πληρωμάτων σφίσιν ὅσα διακρατεῖν ἐντελῶν ὄντων.

LXXXIX. Μηνόδωρος μὲν οὖν, ἀρχόμενον τὸ δεινὸν ἐλπίσας πλεονάσειν, ἐς τὸ πελαγιώτερον ἀνήχθη, καὶ ἐπ' ἀγκυρῶν διεσάλευεν· ἀσθενέστερον δὲ ἔχων τὸ κῦμα διὰ τὸν βυθὸν, εἰρεσίᾳ ὅμως καὶ πρὸς τόδε ἐνίστατο καρτερῶς μὴ παραφέρεσθαι. καί τινες αὐτὸν ἐμιμοῦντο ἕτεροι. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος, οἰόμενοι ταχέως τὸ πνεῦμα ἐνδώσειν, ὡς ἐν ἔαρι, τὰς ναῦς ἑκατέρωθεν ἀγκύραις ἔκ τε τοῦ πελάγους καὶ ἀπὸ τῆς γῆς διεκράτουν, καὶ κοντοῖς ἐξεώθουν ἀπ' ἀλλήλων. Τραχυτέρου δὲ τοῦ πνεύματος γενομένου, συνεκέχυτο πάντα, καὶ συνετρίβοντο αἱ νῆες, τὰς ἀγκύρας ἀπορρηγνύουσαι, καὶ ἐς τὴν γῆν ἐπ' ἀλλήλαις τινασσόμεναι. βοή τε ἦν παμμιγὴς, δεδιότων ὁμοῦ καὶ οἰμωζόντων, καὶ παρακελευόντων ἀλλήλοις ἐς ἀνήκεσ-

*Lin. 44.* πρὸς τῷδε *Aug. Sic & Cand.* praeterea. *L. 47.* ἀγκύραις *Edd. invitis MSS. errore oper. ex edit. 1. propagato. L. 51.* ἐπ' ἀλλήλας *Aug. quod ex* ἐπ' ἀλλήλαις *ductum videtur.* ἀπ' ἀλλήλων [illegible] *Reg. B. L. 53.* παρακελεύοντων *Aug. Ibid.* παρακελευόντων ἐς ἀνήκεστον ἀλλήλους *Edd.* ἀλλήλοις *recte dedit Reg. A. cum Aug. & Ven. Seriem verborum mutavi ex Aug. Ven.*

rum & importuoſum quatiebantur, & cum *in ſaxa* tum in ſe invicem *illidebantur*; carentes etiam ſupplemento nautico, eoque gubernatu difficiliores.

89. *Menodorus* igitur, ſimul atque incepit malum, veritus ne in horas creſceret, longius receſſit a littore, jactiſque in ſalo ancoris fluitavit: & quum in profundo leniores eſſent fluctus, etiam contra hos remorum vi contendebat, ne tranſverſus ad terras ageretur. Idque ejus exemplum nonnulli quoque ex aliis imitabantur. Sed reliqua multitudo, rati ventum cito remiſſurum, ut ſolet verno tempore, utrimque naves infrenaverunt ancoris, tam ab alto, quam a littore; contiſque protrudebant, ne inter ſe colliderentur. Sed *vento ſæviente* amplius, *conturbata ſunt omnia:* abruptiſque ancoris naves collidebantur, & in terram aliæ ſuper alias excutiebantur. Itaque clamores varii miſcebantur, paventium, ejulantium, fruſtra ſui-

Digitized by Google

οὐ γὰρ ἐφικνοῦντο ἔτι τῶν λεγομένων, οὐδὲ κυβερνήτης ἰδιώτου διέφερεν, οὔτε κατ' ἐπισ]ήμην, οὔτε προσ]άσσων. ἀλλ' ὁ φθόρος ἦν ὅμοιος, ἔν τε ταῖς ναυσὶν αὐταῖς, καὶ ὅτε τις αὐτῶν ἐκπέσοι, κύματι καὶ κλύδωνι καὶ ξύλοις ἀρασσομένων. ἔγεμε γὰρ ἡ θάλασσα ἱσ]ίων, καὶ ξύλων, καὶ ἀνδρῶν, καὶ νεκρῶν. εἰ δέ τις καὶ τάδε διαφυγὼν ἐκνήχοιτο ἐπὶ τὴν γῆν, συνηράσσοντο καὶ οἵδε ἐπὶ τὰς πέτρας ὑπὸ τοῦ κύματος. Ὡς δὲ καὶ τὸ σπάσμα τὴν θάλασσαν ἐλάμβανεν, ὃ συνήθως ἐπιγίγνεται τῷδε τῷ πορθμῷ, τοὺς μὲν ἀήθεις καὶ τόδε ἐξέπλησσε, τὰ δὲ σκάφη τότε μάλισ]α περιφερόμενα συνέπιπ]εν ἀλλήλοις. Καὶ τὸ πνεῦμα ἐς νύκ]α χαλεπώτερον ἐγίγνετο, ὥσ]ε μηδὲ κατὰ φῶς ἔτι, ἀλλ' ἐν σκότῳ διόλλυσθαι. *A. U.* 716.

XC. Οἰμωγαί τε ἀνὰ τὴν νύκ]α πᾶσαν ἦσαν, καὶ τῶν οἰκείων μετακλήσεις, ἀνά τε τὴν γῆν διαθεόντων καὶ τοὺς ἐν τῇ θαλάσσῃ καλούντων ἐξ ὀνόματος, καὶ θρηνούντων ὅτε μὴ ἐπακούσειαν, ὡς ἀπολωλότας· ἐμ-

*Lin. 58. An* ἱσ]ῶν*? L. 64.* περιφερόμενα *mend. Edd. Recte Aug. Ven. L. 70.* ὅταν *Edd.* ὅτε *rectius Aug. & Reg. B. a prim. manu.*

dos cohortantium; nemo enim exaudiri præ tanto ſtrepitu poterat: nec inter gubernatorem & vulgarem nautam quidquam intererat; non artes, non mandata proderant: ſed par erat omnium clades, quum alii in ipſis navibus perirent, alii, qui navibus exciderant, inter fluctus undaſque & fragmina navium eliderentur. Fluitabant enim toto mari *naufragia navium ac virorum*, partim vivorum, partim exſtinctorum: & quod ſi ex illis aliquis ad terram enataſſet, ibi quoque ad ſaxa adlidebatur a fluctibus. Ut vero æſtus etiam acceſſit, familiaris huic freto, inſuetos novus terror occupavit, & navigia tum maxime hac illac raptata inter ſeſe arietabant. Denique ſub noctem increbeſcebat etiam ventus; ut jam ne in luce quidem amplius, ſed in tenebris, perirent.

90. Itaque per totam noctem ejulatus audiebantur clamoreſque cum eorum, qui, in littore diſcurrentes, ſuos in mari luctantes invocabant nominibus, eoſdemque, ſi non audirent, ut defunctos

Digitized by Google

A. U. 716. πάλιν τε ἑτέρων ἀνὰ τὸ πέλαγος ὑπερκυπτόντων τὸ κῦμα, καὶ ἐς βοήθειαν τοὺς ἐν τῇ γῇ παρακαλούντων. Ἀμήχανα δὲ πάντα ἦν ἑκατέροις· καὶ οὐχ ἡ θάλασσα μόνη τοῖς ἐς αὐτὴν ἐσελθοῦσι καὶ ὅσοι τῶν νεῶν ἐπεβεβήκεσαν ἔτι, ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ τοῦ κλύδωνος οὐχ ἧσσον ἦν ἀπορωτέρα, μὴ σφᾶς τὸ κῦμα συναράξειεν ἐπὶ τὰς πέτρας. ἐμόχθουν τε χειμῶνι τῶν πώποτε μάλιστα καινοτρόπῳ, γῆς ὄντες ἀγχοτάτω, καὶ τὴν γῆν δεδιότες, καὶ οὔτε ἐκφυγεῖν αὐτὴν ἔχοντες ἐς τὸ πέλαγος, οὔτε ὅσον ἀλλήλων διαστῆναι. ἡ γὰρ στενότης ἡ τοῦ χωρίου, καὶ τὸ φύσει δυσέξοδον αὐτοῦ, καὶ κλύδων ἐμπεσὼν, καὶ τὸ πνεῦμα ὑπὸ τῶν περικειμένων ὀρῶν ἐς θυέλλας περικλώμενον, καὶ ὁ τοῦ βυθοῦ σπασμὸς ἐπὶ πάντα εἰλούμενος, οὔτε μένειν, οὔτε φεύγειν ἐπέτρεπε. τό τε σκότος ἠνώχλει νυκτὸς μάλιστα μελαίνης. ὅθεν ἔθνησκον, οὐδὲ καθορῶντες ἀλλήλους ἔτι, οἱ μὲν θορυβούμε-

*Lin. 72. ἐν γῇ Edd. Adjeci artic. ex Aug. L. 77. ἐμόχθ. τε χειμ. edit. 1. mend. cum Regiis. L. 78. καινῷ τρόπῳ Edd. & MSS. noſtri. Non dubitavi, perſpicacem Muſgravii recipere emendationem. L. 80. ὅσον carent Aug. Ven. Cand.*

complorabant; tum rurſus aliorum, extra fluctus caput adtollentium, & opem eorum, qui in terra eſſent, flagitantium. Verum utrique pariter nil proficere poterant: nam non mare ſolum intractabile erat ſive intrantibus ſive his qui in navibus adhuc manebant; ſed in ipſo etiam littore non minus, quam mediis in undis, periculum erat, ne quis a fluctibus correptus ſaxis illideretur. Adeoque *inaudito tempeſtatis genere vexabantur*, ut terræ proximi terram tamen timerent, neque vero in altum ab ea refugere ne tantillum quidem, quantum ad vitandam colliſionem ſufficeret, valerent. Namque loci anguſtia, alioquin etiam difficilis permeantibus, exortaque tempeſtas, & ventus a circumſitis montibus in turbines refractus, ſimulque vorticoſus profundi maris æſtus, nec manere ſinebat nec fugere. Eaque omnia gravabantur tenebris noctis obſcuriſſimæ. Quapropter moriebantur homines, ne conſpicui quidem invicem; alii tumultuantes clamantes

νοι καὶ βοῶντες, οἱ δ' ἐφ' ἡσυχίας παριέμενοι, καὶ τὸ δεινὸν ἐκδεχόμενοι, καὶ συνεργοῦντες ἐς αὐτὸ ἔνιοι, ὡς ἀπολούμενοι πάντως. γενόμενον γὰρ τὸ κακὸν κρεῖσσον ἐπινοίας, καὶ τὴν ἐκ τῶν παραλόγων αὐτοὺς ἐλπίδα ἀφῃρεῖτο· μέχρι ποτὲ ἄφνω τὸ πνεῦμα, προσιούσης ἡμέρας, διελύετο, καὶ μεθ' ἡλίου ἐπιτολὴν πάμπαν ἐμαραίνετο. Καὶ τὸ κῦμα ὅμως καὶ τότε, τοῦ πνεύματος ἐκλυθέντος, ἐπὶ πολὺ ἐτραχύνετο· καὶ τὸ δεινὸν οὐδ' ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ποτὲ τηλικοῦτον ἐμνημονεύετο γενέσθαι. γενόμενον δὲ ἔθους τε καὶ νόμου κρεῖσσον, διέφθειρε τῶν Καίσαρος νεῶν καὶ ἀνδρῶν τὸ πλέον. A. U. 716.

XCI. Ὁ δὲ, καὶ τῆς προτεραίας ἡμέρας πολλὰ τῷ πολέμῳ βλαβεὶς, καὶ δύο τοῖσδε συμπτώμασιν ὁμοῦ συνενεχθεὶς, ἐπὶ τὸ Ἱππώνειον εὐθὺς ᾔει διὰ τῶν ὀρῶν, νυκτὸς αὐτῆς ἐκείνης κατὰ σπουδὴν, οὐχ ὑφιστάμενος τὴν συμφορὰν, ἐν ᾧ μηδὲν εἶχεν ἐπικουρεῖν. καὶ φίλοις καὶ στρατηγοῖς ἐπέστελλε πᾶσι, διὰ χειρὸς εἶναι, μή τις

*Lin. 94. ἐς πολὺ Edd. Expreſſi Aug. L. 95. ἐγχωρίων Aug. quod perinde eſt. χωρίων Reg. A. truncata voce. Ibid. τηλικούτου mend. Edd. ex Reg. B. Recte Reg. A. Aug. Ven. L. 1. Ἰππώνειον ed. 2. 3. cum leni ſpir. mend. & invitis MSStis. Sic & deinde conſtanter.*

ue, alii ſilentio necem expectantes, quidam etiam accelerantes ſibi perniciem, cuus effugium nullum omnino ernebant. Nam *magnitudo ıali, cogitationem ſuperans*, mnem etiam fortuitæ ſalutis ɔem adimebat: donec tanem, adpetente jam luce, epente ventus remiſit, & ſole everſo plane elanguit. Atımen, quieſcente licet ven, diu etiam tum ſævierunt uctus: ac tantam undarum evitiam ne indigenæ quidem nquam fuiſſe meminerant. Ea igitur *tempeſtas, modum omnem moremque tranſgreſſa, majorem partem navium virorumque Cæſaris abſumſit.*

91. *Cæſar*, quum ſuperioris diei prælio magnam jam cladem eſſet paſſus, accedente continuo altera hac calamitate, impatiens infortunii, cui opem ferre nullam poterat, eadem illa nocte per montes *Vibonem* properavit. Inde miſſis ad omnes amicos duceſque ſuos epiſtolis, hortatus eos eſt, ut in promtu eſſent, ne, ut in rebus ad-

A. U. 716.

αὐτῷ καὶ ἑτέρωθεν, ὡς ἐν κακοπραγίᾳ, γένοιτο ἐπιβουλή. Περιέπεμπε δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην ἅπασαν τῆς Ἰταλίας τὰ παρόντα πεζὰ, μὴ ἐπιτολμήσειε καὶ τῇ γῇ διὰ τὴν εὐτυχίαν ὁ Πομπήιος. Ὁ δὲ οὔτε περὶ τῆς γῆς ἐνενόησεν, οὔτε τοῖς λειψάνοις τοῦ ναυαγίου παροῦσιν, ἢ ἀπιοῦσι καταστάντος τοῦ κλύδωνος, ἐπεχείρησεν. ἀλλ' ὑπεριδὼν ἐκ τῶν δυνατῶν διαζωννυμένους τὰ σκάφη, καὶ ἀνέμῳ διαπλέοντας ἐς τὸ Ἱππώνειον· εἴτε τὴν συμφορὰν ἀρκεῖν οἱ νομίζων, εἴτ' ἄπειρος ὢν νίκην ἐπεξελθεῖν, εἴθ' (ὥσπερ εἴρηταί μοι καὶ ἑτέρωθι) ἐπιχειρεῖν ὅλως μαλακὸς ὢν, καὶ μόνον ἐγνωκὼς ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιπλέοντας.

XCII. Καίσαρι δὲ οὐδ' ἐς ἥμισυ τῶν νεῶν περιεσώθη, καὶ τοῦτο σφόδρα πεπονηκός. καταλιπὼν δ' ὁμῶς αὐτοῦ τινας ἐπιμελεῖσθαι, ἐπὶ Καμπανίαν ᾔει δυσφορῶν· οὔτε γὰρ ἄλλας ναῦς εἶχε, δεόμενος πολλῶν, οὔτε χρόνον ἐς ναυπηγίαν, ἐπειγόμενος ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, καὶ τοῦ δήμου

Lin. 11. *Cum in edit. 2. oper. errore fuiſſet* διαζωννυμένους, *propagatus eſt error in edit. 3.* L. 17. πεποιηκός *mend. Aug.* L. 18. ἐπιμελεῖσθαι *oper. err. edit. 3.* ἐπιμελλεῖσθαι *Aug. mend.*

verſis, aliunde etiam novæ contra ipſum exorirentur inſidiæ. Pedeſtres autem copias, quas circa ſe habuit, dimiſit per Italiæ littora; ne *Pompejus*, hoc ſucceſſu elatus, continentem auderet invadere. Sed ille nec de Italia quidquam cogitavit, nec reliquias naufragii, vel præſentes, vel abeuntes ſedata tempeſtate, adgreſſus eſt. Itaque Cæſariani, ſuccinctis utcumque poterant navibus, ſecundo vento Vibonem delati ſunt, nil impediente Pompejo; ſive quod ſatis adflictos putaret, ſive neſciret uti victoria; ſive, ut alias dixi, omnino ad aliena invadenda ſegnis, contentus eſſet ſua defendere.

92. *Cæſaris* autem *navium ne dimidium quidem ſuperfuit*, & id ipſum vehementer quaſſatum. Relictis tamen nonnullis curæ navium præfectis, ipſe in Campaniam abiit, ægre animo adfectus. Nam neque naves alias habebat, quum multis opus eſſet, neque tempus ad fabricam ſuppetebat, urgente fame, & populo rurſus importunis vo-

cibus

δήμου περὶ συμβάσεων αὖθις ἐνοχλήσαντος, καὶ τὸν πόλεμον ἐπιτωθάσαντος ὡς παράσπονδον. χρημάτων τ' ἔχρῃζε, καὶ ἠπόρει, Ῥωμαίων οὔτε εἰσφερόντων, οὔτε τοὺς πόρους ἐώντων, οὓς ἐπινοήσειε. Δεινὸς δὲ ὢν ἀεὶ τὸ συμφέρον συνιδεῖν, ἔπεμπε Μαικήναν ἐς Ἀντώνιον, μεταδιδάξοντα περὶ ὧν ἔναγχος ἐπεμέμφοντο ἀλλήλοις, καὶ ἐς συμμαχίαν ὑπαξόμενον. εἰ δὲ μὴ πείσειεν, ἐπενόει, τοὺς ὁπλίτας ὁλκάσιν ἐπιβήσας ἐς Σικελίαν περαιοῦν, καὶ τὴν θάλασσαν μεθεὶς, κατὰ γῆν τὸν πόλεμον συνίστασθαι. Οὕτω δ' ἀθύμως ἔχοντι αὐτῷ, ἀγγέλλεται ὁ Ἀντώνιος συνθέμενος συμμαχήσειν, καὶ νίκη κατὰ Κελτῶν τῶν Ἀκυϊτανῶν ἐπιφανὴς, ἣν Ἀγρίππας ἄγων ἐφάνη. Οἵ τε φίλοι, καὶ τῶν πόλεων τινες, αὐτῷ ναῦς ὑπισχνοῦντο, καὶ ἐποίουν. Ὁ μὲν δὴ καὶ τῆς λύπης ἀνίη, καὶ λαμπροτέραν τῆς προτέρας παρασκευῆς συνεπήγνυτο.

A. U. 717.

*Lin. 25 ſq. μεταδιδάξαντα Regii, Aug. Tenui emendationem C. Steph. L. 27. εἰ μὴ δὲ πεισ. Edd. ex Reg. B. Prætuli Reg. A. Aug. L. 32. Pro ἄγων legendum fortaſſe ἀγωνιζόμενος viſum erat Muſgravio. ἄγων ἐφάνη (ſic) mend. Aug. L. 34. ἀνίη edit. 2. 3. mend. ἀνίει Regii, ex ἀνίει corruptum: quod malim, cum Muſgravio. In ἀνίει cum C. Stephan. conſentit Aug.*

cibus pacem flagitante, bellumque hoc ut contra fœdera ſuſceptum vituperante. Pecuniis quoque opus erat, quarum in magna Cæſar fuit inopia; populo Romano neque conferente quidquam, neque ſinente uti illis artibus, quas ad exigendam pecuniam ille excogitaverat. Tum *Cæſar*, ingenioſus ſemper ad perſpicienda quæ rei ſuæ conducerent, *Mæcenatem miſit ad Antonium*, qui melius edoctum de recens exortis inter ipſos controverſiis, ad belli ejus ſocietatem pertraheret. Id ſi minus ſucceſſiſſet; cogitaverat legiones onerariis in Siciliam trajicere, omiſſoque mari, in terra bellum gerere. His curis anxio nuncius perfertur, Antonium ſocietatem non recuſare, ſimulque *victoria* nunciatur *de Aquitanis* egregia, *Agrippæ auſpiciis parta*. Amici etiam nonnullæque civitates ei naves pollicebantur, & fabricabant. Sic *Cæſar* omiſſa mœſtitia, *magnificentiores* jam *claſſis adparatus*, quam quæ prius illi fuerat, *faciebat*.



Digitized by Google

A. U. 718.

XCIII. Ἀρχομένου δ᾽ ἦρος, ὁ μὲν Ἀντώνιος ἐξ Ἀθηνῶν ἐς Τάραντα διέπλει ναυσὶ τριακοσίαις, τῷ Καίσαρι συμμαχήσων, ὡς ὑπέσχητο. Ὁ δ᾽ ἐνήλλακτο τὴν γνώμην, καὶ ἐς τὰς ἔτι γινομένας αὐτῷ ναῦς ἀνεβάλλετο. καλούμενος δὲ αὖθις, ὡς ἐπὶ ἕτοιμα καὶ ἀρκοῦντα τὰ Ἀντωνίου, ἑτέρας ἀσχολίας προὔφερε· καὶ δῆλος ἦν ἢ αὖθις ἐπιμεμφόμενός τι τῷ Ἀντωνίῳ, ἢ τῆς συμμαχίας διὰ τὴν εὐπορίαν τὴν οἰκείαν ὑπερορῶν. Χαλεπαίνων δ᾽ ὁ Ἀντώνιος, ἐπέμενεν ὅμως, καὶ αὖθις αὐτὸν ἐκάλει. τῇ τε γὰρ χορηγίᾳ τοῦ ναυτικοῦ κάμνων, καὶ στρατοῦ χρῄζων ἐπὶ Παρθυαίους Ἰταλοῦ, Καίσαρι τὰς ναῦς ἐπενόει διαλλάξαι· εἰρημένον μὲν ἐν ταῖς συνθήκαις, ἑκάτερον ξεναλογεῖν ἐκ τῆς Ἰταλίας, δυσχερὲς δ᾽ ἐσόμενον αὐτῷ, Καίσαρος τὴν Ἰταλίαν εἰληχότος. Ὀκταουΐα οὖν ἐχώρει πρὸς Καίσαρα, διαιτήσουσα αὐτοῖς. Καὶ ὁ μὲν, ἐγκαταλε-

*Lin. 47.* εἰρημένων *Aug. ſed ab alia manu* ι *ſuperſcriptum. L. 48 ſq.* ἐσόμενον αὐτοῖς καὶ βαρὺ, τὴν Ἰταλίαν εἰληχότος *Edd. Pro* καὶ βαρὺ, *dederunt* Καίσαρος *Aug. Ven. Cand. (quamquam in Aug. ante* Καίσαρος *etiam verba* καὶ βαρὺ *ab alia manu in marg. adjecta ſunt.)* αὐτοῖς *vero in* αὐτῷ *mutandum putavi. L. 50 ſq.* ἐγκαταλεῖφθαι *vit. edit. 3.*

93. Ineunte autem vere *Antonius ex Athenis Tarentum* cum trecentis navibus adpulit, *Cæſari auxilium laturus*, ut promiſerat. Sed *Cæſar* jam mutaverat conſilium, exſpectandumque ajebat, dum nova claſſis eſſet perfecta. Rurſuſque invitatus, ut Antonii adparatu, ſuffecturo ad id bellum, uteretur, excuſabat ſe, diſtineri aliis negotiis: ut ſatis adpareret, aut turſus aliquid querelarum eum habere contra Antonium, aut ejus auxilia contemnere contentum propriis facultatibus. Id indigne ferens *Antonius*, tamen eodem loco manſit, denuoque illum vocavit. Nam, quum gravatim ſumtus in claſſem faceret, & ad Parthicum bellum opus haberet Italicis legionibus, commutare claſſem cum parte legionum Cæſaris cogitabat. Quamquam enim ex fœdere utrique poteſtas erat delectus habendi per Italiam, difficile hoc *Antonio* erat futurum, quia Italiam Cæſar ſorte tenebat. Quamobrem *Octavia profecta* eſt *ad Cæſarem*, *arbitra inter fratrem maritumque* futura. Cui *Cæſar* dixit, deſertum ſe ab Antonio in il-

λεῖφθαι τοῖς κινδύνοις, ἔλεγε, τοῖς ἐν πορθμῷ καταλαβοῦσιν. Ἡ δὲ, ἐκλελύσθαι τοῦτο διὰ Μαικήνα. Ὁ δὲ, τὸν Ἀντώνιον, ἔφη, καὶ Καλλίαν ἀπελεύθερον ἐς Λέπιδον ἐκπέμψαι, συντιθέμενον τῷ Λεπίδῳ κατὰ Καίσαρος. Ἡ δὲ, συνειδέναι Καλλίαν περὶ γάμων ἀπεσταλμένον· βουληθῆναι γὰρ Ἀντώνιον πρὸ τῶν Παρθυϊκῶν ἐκδεδόσθαι τὴν θυγατέρα τῷ παιδὶ Λεπίδου, καθάπερ ὡμολόγητο. Καὶ τάδε μὲν ἡ Ὀκταουία. Ἀντώνιος δὲ καὶ τὸν Καλλίαν ἔπεμπεν, ἐς βάσανον τῷ Καίσαρι διδούς· ὁ δὲ οὐκ ἐδέξατο μὲν, ἀφίξεσθαι δὲ ἔφη, καὶ συμμίξειν Ἀντωνίῳ μεταξὺ Μεταποντίου καὶ Τάραντος, μέσον ἔχων ποταμὸν τὸν ἐπώνυμον. A. U. 718.

XCIV. Κατὰ δαίμονα δ᾽ ἀμφοτέρων προσιόντων τῷ ῥεύματι, Ἀντώνιος ἐκ τῆς ἀπήνης καταθορὼν, ἔς τι τῶν παρορμούντων σκαφῶν ἐσήλατο μόνος, καὶ ἐπέρα πρὸς τὸν Καίσαρα, πιστεύων ὡς φίλῳ. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἰδὼν,

*Lin. 60 ſq.* μεταξὺ Ποντίου *Edd. truncato nomine, cum Reg. B. Recte Reg. A. Aug. Cand. L. 61 ſq.* ποταμὸν τὸ ἰυώνυμον *Edd.* τὸν *recte dedit Reg. A. cum Aug. Pro* ἐυώνυμον *repoſui* ἐπώνυμον. *Sic Cand.* fluv. ejuſdem nominis. *L. 64.* καταθορῶν *Edd. ex Reg. A. Praetuli Aug. Reg. B. L. 65.* καὶ, *ante* ἐπέρα, *caret edit. 3. oper. err.*

ſis periculis fuiſſe, quæ in freto Siculo ſubiiſſet. Retulit illa, crimen hoc jam in colloquio cum Mæcenate fuiſſe dilutum. Rurſus conqueſtus eſt *Cæſar*, Calliam libertum ab Antonio ad Lepidum eſſe miſſum, ut fœdus contra Cæſarem iniret. Cui *Octavia* reſpondit, ſcire ſe, Calliam miſſum ut de connubiis ageret: voluiſſe enim Antonium, antequam contra Parthos expeditionem ſuſciperet, elocare filiam filio Lepidi, quemadmodum promiſiſſet. Hæc adſeverante *Octavia*, Calliam quoque Cæſari miſit *Antonius*, ut tormentis veritatem exprimeret: quem ille non accepit, dicens, in *colloquium ſe venturum cum Antonio inter Metapontum et Tarentum*, quo loco fluvius ejuſdem nominis medius interfluit.

94. Ad eum fluvium quum eodem forte tempore uterque adveniſſet, *Antonius* e carpento deſiliens, in lintrem ibi ſtantem ſolus inſiliit: trajiciebatque ad Cæſarem, credens ut amico. Id *Cæſar* ubi



Digitized by Google

A. U. 718. ἀντεμιμεῖτο, καὶ ξυμβάλλουσιν ἀλλήλοις κατὰ τὸ ῥεῦμα, καὶ διήριζον, ἑκάτερος ἐκβῆναι βουλόμενος ἐς τὴν ὄχθην τοῦ ἑτέρου. ἐνίκα δὲ ὁ Καῖσαρ, ὡς καὶ πρὸς τὴν Οκταουΐαν ἥξων ἐς Τάραντα· ἐπί τε τῆς ἀπήνης Αντωνίου τῇ συνήδρευεν αὐτῷ, καὶ ἐν Τάραντι ἐς τὴν καταγωγὴν αὐτοῦ παρῆλθέ τε ἀφύλακτος, καὶ τὴν νύκτα ὁμοίως ἀνεπαύετο χωρὶς δορυφόρων παρ᾽ αὐτῷ. τὰ δ᾽ ὅμοια καὶ παρ᾽ Αντωνίου τῆς ἐπιούσης ἐπεδείκνυντο. Οὕτως αὐτοῖς ἦν συνεχὴς ἡ μεταβολὴ, πρός τε τὰς ὑπονοίας, διὰ φιλαρχίαν, καὶ ἐς τὰς πίστεις, ὑπὸ χρείας.

XCV. Τὸν μὲν οὖν ἐπίπλουν τὸν ἐπὶ Πομπήϊον ὁ Καῖσαρ ἐς νέωτα ἀνεβάλλετο. ὁ δ᾽ Αντώνιος ἐπιμένειν διὰ Παρθυαίους οὐ δυνάμενος· ἀντέδοσαν ὅμως ἀλλήλοις, Καίσαρι μὲν ὁ Αντώνιος ναῦς ἑκατὸν εἴκοσιν, ἃς αὐτίκα οἱ πέμψας ἐς Τάραντα παρέδωκεν, Αντωνίῳ δὲ ὁ Καῖσαρ δισμυρίους Ιταλοὺς ὁπλίτας, οὓς ἐπιπέμψειν ὑπισχνεῖτο. ἐδωρήσατο δὲ καὶ Οκταουΐα τὸν ἀδελφὸν, αἰτήσασα

*Lin. 74. ἀπεδείκνυντο Edd. ex Reg. A. Prætuli Reg. B. cum quo facit Aug. licet mendoſe det ἐπιδείκνυντο.*

vidit, imitatus eſt. Itaque in ipſo flumine ſibi obvii, contendunt inter ſe, & uterque in ripam alterius vult exſcendere. Vicit Cæſar, quippe Octaviam quoque conventurus Tarenti: conſeditque in eodem carpento cum Antonio, & Tarenti in ejus diverſorium conceſſit abſque ſatellitio, & ſic pernoctavit apud eum, nullos corporis cuſtodes ſecum habens. Eadem omnia ſequenti die fecit *Antonius*. Ita continenter levi momento mutabantur, vel ad ſuſpiciones, propter imperandi cupiditatem, vel ad mutuam fiduciam, quoties uſus poſtularet.

95. Ceterum expeditionem contra Pompejum Cæſar in annum ſequentem diſtulit: Antonius vero, quum diutius morari propter Parthos non poſſet, permutationem tamen cum Cæſare inſtituit. *Cæſari Antonius* CXX *naves* continuo Tarentum miſſas *tradidit*: pro quibus *Cæſar illi viginti legionariorum millia* pollicitus eſt miſſurum ſe ex Italia. *Octavia* quoque fratrem donavit impetratis ab

Digitized by Google

παρ' Ἀντωνίου, δέκα φασήλοις τριηρετικοῖς, ἐπιμίκτοις A. U.
ἔκ τε φορτίδων νεῶν καὶ μακρῶν· καὶ τὴν Ὀκταουίαν ὁ 718.
Καῖσαρ, χιλίοις λογάσι σωματοφύλαξιν, οὓς ἐπιλέξαιτο Ἀντώνιος. Ἐπεὶ δὲ ὁ χρόνος αὐτοῖς ἔληγε τῆς ἀρχῆς, ἣ τοῖς τρισὶν ἐψήφιστο ἀνδράσιν, ἑτέραν ἑαυτοῖς ὥριζον πενταετίαν, οὐδὲν ἔτι τοῦ δήμου δεηθέντες. Οὕτω μὲν οὖν διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ὁ Ἀντώνιος εὐθὺς ἐς τὴν Συρίαν ἠπείγετο, τὴν Ὀκταουίαν παρὰ τῷ ἀδελφῷ καταλιπὼν μετὰ θυγατρὸς ἤδη γενομένης αὐτοῖς.

XCVI. Μηνόδωρος δὲ, εἴτε τις ὢν φύσει παλιμπροδότης, εἴτε δείσας τήν ποτε ἀπειλὴν Ἀντωνίου, ἀπάξειν αὐτὸν εἰπόντος ὡς ἀνδράποδον πολεμοποιὸν, εἴτε ἐλασσόνων ἀξιοῦσθαι νομίζων παρ' ἃ προσεδόκησεν, εἴτε τῶν ἄλλων αὐτὸν ἐξελευθέρων τοῦ Πομπηίου συνεχῶς ὀνειδιζόντων ἐς ἀπιστίαν δεσπότου, καὶ παρακαλούντων ἐπανελθεῖν· Μενεκράτους ἀποθανόντος, πίστιν αἰτήσας καὶ

*Lin. 84.* τριηρετικοῖς *mend. Edd. cum MSStis, quod correxi.* τριηρητικοῖς *legit Bayf.* *L. 88.* ἐπεψήφιστο *Edd. Praetuli Aug.* *L. 89.* οὗτοι μὲν (*ſic, cum accentu acuto*) *mend. Edd. cum Regiis & Aug. Mutavi in* οὕτω, eoque modo *Cand.* *L. 96 ſq.* παρ' ἃ *uſque* ἐξελευθέρων *omiſit Reg. B.* *L. 98 ſq.* ἀπανελθεῖν *Edd. invit. MSS. operarum errore, ex edit. 1. propagato.* *L. 99.* Τιμοκράτους ἀποθ. *mend. Edd. ex Regiis. Recte Aug. Ven. Cand.*

Antonio decem *phaſelis triremibus:* quod navis genus medium eſt inter longas & onerarias. *Cæſar* viciſſim Octaviam mille ſelectis donavit ſatellitibus, Antonio delectu eorum permiſſo. Et quoniam *Triumviratus tempus*, ſenatuſconſulto præſcriptum, exierat, *prorogarunt ſibi ipſi* poteſtatem in aliud quinquennium, nihil morati plebis ſuffragia. Atque ita diſceſſerunt: & *Antonius* recta *properabat in Syriam*, Octavia apud fratrem relicta, cum filiola quæ jam ipſis nata erat.

96. Ceterum *Menodorus*, ſive quod natura eſſet reciprocus proditor; ſive minas Antonii veritus, qui, ad ſupplicium ſe eum, ut turbulentum mancipium, rapturum, aliquando dixerat; ſive minora ſpe conſecutus præmia; ſive permotus continuis ceterorum Pompeji libertorum opprobriis, perfidiam objectantium, & ad officium revocantium; exſtincto Menecrate,

A. U. 718. λαβὼν, ηὐτομόλησε πρὸς Πομπήϊον σὺν ἑπτὰ ναυσὶ, Καλουισίου τοῦ ναυάρχου τοῦ Καίσαρος διαλαθών. ἐφ' ᾧ τὸν Καλουίσιον ὁ Καῖσαρ ἀπέλυσε τῆς ναυαρχίας, καὶ ἀντικατέστησεν Ἀγρίππαν. Ἐπεὶ δ' ἕτοιμος ἦν ὁ στόλος, ἐκάθαιρεν αὐτὸν ὁ Καῖσαρ ὧδε. Οἱ μὲν βωμοὶ ψαύουσι τῆς θαλάσσης, καὶ ἡ πληθὺς αὐτοὺς περιέστηκε κατὰ ναῦν, μετὰ σιωπῆς βαθυτάτης· οἱ δὲ ἱερουργοὶ θύουσι μὲν ἑστῶτες ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ τρὶς ἐπὶ σκαφῶν περιφέρουσιν ἀνὰ τὸν στόλον τὰ καθάρσια, συμπεριπλεόντων αὐτοῖς τῶν στρατηγῶν, καὶ ἐπαρωμένων, ἐς τάδε τὰ καθάρσια, ἀντὶ τοῦ στόλου, τὰ ἀπαίσια τραπῆναι· νείμαντες δὲ αὐτὰ, μέρος ἐς τὴν θάλασσαν ἀπορρίπτουσι, καὶ μέρος ἐς τοὺς βωμοὺς ἐπιθέντες ἅπτουσι, καὶ ὁ λεὼς ἐπευφημεῖ. Οὕτω μὲν Ῥωμαῖοι τὰ ναυτικὰ καθαίρουσιν.

XCVII. Ἔμελλε δ' ὁ μὲν Καῖσαρ ἐκ Δικαιαρχείας, ὁ δὲ Λέπιδος ἐκ Λιβύης, Ταῦρος δ' ἐκ Τάραντος ἐπιπλεύσεσθαι τῇ Σικελίᾳ, ὡς ἂν αὐτὴν ἐξ ἠοῦς ὁμοῦ καὶ δύσεως καὶ μεσημβρίας περιλάβοιεν. καὶ τῆς ἀναγωγῆς

ſide impetrata, *ad Pompejum rurſus transfugit*, cum ſeptem navibus, non ſentiente præfecto claſſis Calviſio. Quam ob cauſam *Calviſio claſſis præfecturam Cæſar abſtulit, et in Agrippam tranſtulit.* Abſolutam deinde *claſſem luſtravit* hunc in modum: „Altaria ſtant in extremo littore: naves plenæ claſſiariis ordine circumſtant, cum altiſſimo ſilentio: ſacrifici, ſtantes ad mare, mactant victimas, moxque in ſcaphis ter circum claſſem luſtralia exta circumferunt, navigantibus una & ducibus, comprecantibuſque, ut in ea luſtramina a claſſe avertantur infauſta omnia; diviſis deinde luſtralibus extis, partem in mare projiciunt, partem adolent in altaribus, fauſta ominante multitudine." *Hoc modo Romani claſſes ſuas luſtrare ſolent.*

97. Statutum autem erat, ut *Cæſar a Puteolis, Lepidus ex Africa, Taurus a Tarento*, diverſis claſſibus *Siciliam invaderent*; ut hoſtem ab oriente pariter & occidente meridieque circumvenirent: &

Digitized by Google

τοῦ Καίσαρος ἡ ἡμέρα προείρητο πᾶσι, καὶ ἦν δεκάτη τροπῶν θερινῶν, ἥν τινα Ῥωμαῖοι νουμηνίαν ἔχουσι τοῦ μηνὸς, ὃν ἐπὶ τιμῇ τοῦ Καίσαρος τοῦ προτέρου Ἰούλιον ἀντὶ Κυϊντιλίου καλοῦσι. τήνδε μὲν ὁ Καῖσαρ ὥρισε τὴν ἡμέραν, οἰωνιούμενος ἴσως διὰ τὸν πατέρα, νικηφόρον αἰεὶ γενόμενον. Ὁ δὲ Πομπήϊος Λεπίδῳ μὲν ἀντέτασσε Πλέννιον ἐν Λιλυβαίῳ, τέλος ὁπλιτῶν ἔχοντα, καὶ ἄλλο πλῆθος ἐσκευασμένον κούφως· τὴν δὲ πρὸς ἕω καὶ δύσιν ἀκτὴν τῆς Σικελίας πᾶσαν ἐφρούρει, καὶ νήσους μάλιστα Λιπάραν τε καὶ Κοσσύραν, ἵνα μήτε Κοσσύρα Λεπίδῳ, μήτε Λιπάρα Καίσαρι, ἐνορμίσματα ἢ ναύσταθμα γένοιτο εὔκαιρα ἐπὶ τῇ Σικελίᾳ. τὸ δ᾽ ἄριστον τοῦ ναυτικοῦ ἐν Μεσσήνῃ συνεῖχεν, ἐφεδρεῦον ὅπῃ δεήσειεν. Οὕτω μὲν ἑκάτεροι παρασκευῆς εἶχον.

XCVIII. Γενομένης δὲ τῆς νουμηνίας, ἀνήγοντο πάντες ἅμα ἠοῖ· Λέπιδος μὲν ἐκ Λιβύης χιλίαις ὁλκάσι, καὶ μακραῖς ἑβδομήκοντα, καὶ τέλεσι στρατοῦ δυώδεκα, καὶ ἱππεῦσι Νομάσι πεντακισχιλίοις, καὶ ἑτέρᾳ πα-

*Lin.* 14. *Malim* οἱ Ῥωμαῖοι. *L.* 25 *ſq.* Plinium *conſtanter vocat Cand.* *L.* 32. Μισήνῃ *h. l. rurſus Aug.*

prædictus omnibus eſt dies, quo ſoluturæ eſſent claſſes. Is dies fuit decimus post æſtivum ſolſtitium, quo Romani *Calendas* agunt menſis ejus qui in ſuperioris Cæſaris honorem *Julius* adpellatur, quum prius *Quintilis* vocaretur. Hunc diem Cæſar præſtituit, fauſtum ratus fortaſſe propter patrem, perpetuo victorem. *Pompejus* vero *Lepido oppoſuit Plennium ad Lilybaum*, cum legione una & alia leviter armatorum multitudine. Orientale autem occidentaleque Siciliæ latera præſidiis muniit, & inſulas præſertim *Liparam* & *Coſſyram*, ne vel Coſſyra Lepido, vel Lipara Cæſari, portus aut ſtationes opportunas præberent contra Siciliam. Robur autem claſſis Meſſanæ continebat, quæ in omnes occaſiones eſſet intenta. Hi fuerunt utriuſque partis adparatus.

98. Poſtquam autem Calendæ venere, prima aurora omnes ſolverunt: *Lepidus* ex Africa mille onerariis, longis ſeptuaginta, cum legionibus duodecim, & equitum Numidarum quinque millibus, mul-



Digitized by Google

A. U. 718. ρασκευῇ πολλῇ· Ταῦρος δ' ἐκ Τάραντος, ταῖς Ἀντωνίου ναυσὶν ἐξ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα δύο μόναις καὶ ἑκατὸν, ἐπεὶ τῶν λοιπῶν οἱ ἐρέται χειμῶνος ἐτεθνήκεσαν· ὁ δὲ Καῖσαρ, ἐκ Δικαιαρχείας, θύων ἅμα καὶ σπένδων ἀπὸ τῆς ναυαρχίδος νεὼς ἐς τὸ πέλαγος ἀνέμοις εὐδίοις, καὶ Ἀσφαλείῳ Ποσειδῶνι, καὶ ἀκύμονι θαλάσσῃ, συλλήπτορας αὐτῷ κατὰ ἐχθρῶν πατρῴων γενέσθαι. πρόπλοι δ' αὐτῷ τινες τοὺς μυχοὺς τῆς θαλάσσης διηρεύνων, καὶ Ἄππιος μετὰ πλήθους νεῶν ὀπισθοφυλάκων εἵπετο. Τρίτῃ δὲ τῆς ἀναγωγῆς ἡμέρᾳ νότος ἐμπεσὼν, Λεπίδου μὲν ὁλκάδας ἀνέτρεψε πολλάς· ὡρμίσθη δὲ ὅμως ἐς Σικελίαν, καὶ Πλέννιον ἐν Λιλυβαίῳ πολιορκῶν, τινὰς τῶν πόλεων ὑπήγετο, καὶ ἑτέρας ἐβιάζετο. Ταῦρος δὲ, ἀρχομένου τοῦ πνεύματος, ἐς Τάραντα ἐπαλινδρόμει. Ἀππίου δ' ἄρτι τὸ Ἀθηναῖον ἄκρον περιπλέοντος, αἱ μὲν συνετρίβοντο τῶν νεῶν ἀμφὶ ταῖς πέτραις, αἱ δ' ἐς τέλ-

*Lin.* 43. Ἀσφαλίῳ *Aug.* *L.* 44. πρόπλουν *Edd. cum Reg. B. ex emendatione Gu. Budæi*, πρόπλουν *Reg. A. & Reg. B. a prima manu.* πρόπλοι *recte Ven. & Aug. a prim. manu, quod in Aug. perperam dein alia manus in* πρόπλευν *mutavit.* *L.* 49. Πλίννιον *h. l. Aug.* *L.* 51. ἐπαλινδρόμει *Aug. non male.* *L.* 52. Ἀθηναῖον *Edd. Cod. Verius Aug.*

toque alio adparatu: *Taurus* Tarento ex Antonianis CXXX navibus duas tantum ſupra centum eduxit, quum reliquarum remigium anteacta hiems abſumſiſſet. *Cæſar* Puteolis ſolvit, ſacra ſimul faciens, & ex prætoria navi in mare *libans Ventis ſerenis*, *tutelari Neptuno*, *et tranquillo Mari*, ut propitii ſibi contra paternos inimicos faverent. Præcurſoriæ nonnullæ, ab illo præmiſſæ, ſinus maris ſcrutabantur: poſtremum navium agmen *Appius* cogebat cum præſidio. Tertio vero die poſtquam ſolverant, exortus *Auſter multas onerarias Lepidi ſubvertit*: tenuit tamen Siciliam, & Plennium intra Lilybæum oppugnavit, oppidaque aliquot partim vi, partim deditione, in fidem recepit. *Taurus*, mox ubi reflare ventus cœpit, Tarentum reverſus eſt. *Appio* vero circa Minervæ promontorium navigante, pars navium illiſa eſt ſcopulis, pars in brevia

Digitized by Google

ματα ἐξώκελλον ὑπὸ ῥύμης, αἱ δὲ καὶ διεῤῥίφησαν οὐκ ἀσινεῖς. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἀρχομένου μὲν τοῦ χειμῶνος, ἐς τὸν Ελεάτην κόλπον ἐρυμνὸν ὄντα συμπεφεύγει, χωρὶς ἑξήρους μιᾶς, ἣ περὶ τῇ ἄκρᾳ διελύθη. Λιβὸς δὲ τὸν νότον μεταλαβόντος, ὁ κόλπος ἐκυμαῖτο, ἐς τὴν ἑσπέραν ἀνεῳγμένος· καὶ οὔτε ἐκπλεῦσαι δυνατὸν ἦν ἔτι πρὸς ἐναντίον τοῦ κόλπου τὸ πνεῦμα, οὔτε κῶπαι κατεῖχον, οὔτε ἄγκυραι, ἀλλ᾽ ἐς ἀλλήλας ἢ ἐς τὰς πέτρας ἐνηράσσοντο αἱ νῆες· καὶ νυκτὸς ἦν ἔτι τὸ δεινὸν ἀτοπώτερον. A. U. 718.

XCIX. Ενδόντος δέ ποτε τοῦ κακοῦ, τὰ νεκρὰ ἔθαπτεν ὁ Καῖσαρ, καὶ τοὺς τραυματίας ἐθεράπευε, καὶ τοὺς ἐκνέοντας ἐνέδυε, καὶ ὥπλιζεν ἑτέροις ὅπλοις, καὶ τὸν στόλον ἅπαντα ἐκ τῶν ἐνόντων ἀνελάμβανε. διεφθάρατο δ᾽ αὐτῷ νῆες, βαρεῖαι μὲν ἕξ, κουφότεραι δὲ ἓξ καὶ εἴκοσι, λιβυρνίδες δὲ ἔτι πλείους. καὶ ἐς τάδε διορθούμενα τριάκοντα ἡμέρας ἀναλώσειν ἔμελλεν, ἤδη τοῦ θέρους προκόπτοντος. ὅθεν ἦν ἄριστον αὐτῷ τὸν πόλεμον ἐς τὸ μέλλον θέρος ἀναβαλέσθαι. Ενοχλουμένου δὲ τοῦ

*Lin.* 54. ἐξώκελλον *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 56. Ελαίτην κόλπον *Edd. Aug. Correxi, monente etiam Cluv. Recte Cand.* Eleatem ſinum. *L.* 71. ἀναβάλλεσθαι *Edd. ex Reg. A. Prætuli Aug. Reg. B.*

magno impetu impegit, reliquæ non ſine damno disjectæ ſunt. *Cæſar*, oriente tempeſtate, *in Eleatem ſinum* natura tutum confugit, excepta una hexere, quæ circa promontorium fecit naufragium. Quum vero Auſtro ſucceſſiſſet *Africus*, ſinus ad occidentem apertus turbabatur fluctibus: &, reflante jam vento neque exire ſinu, neque aut remis aut ancoris ſiſti *naves* poterant, ſed *vel ad ſaxa vel inter ſe collidebantur*: quod malum adventu noctis auctum eſt.

99. Tandem ſedato infortunio, *Cæſar* mortuos ſepeliit, vulneratos curavit, enatantes veſtivit aliiſque armis inſtruxit, & univerſam claſſem pro præſentibus viribus reficere inſtituit. *Perierant* autem *naves* graviores ſex, leviores ſex & viginti, liburnicæ plures etiam. His incommodis farciendis opus erat triginta dierum ſpatio; & vergebat jam æſtas. Unde optimum fuerat, differre bellum in æſtatem proximam. Sed

A. U. 718. ρασκευῇ πολλῇ· Ταῦρος δ᾽ ἐκ Τάραντος, ταῖς Ἀντωνίου ναυσὶν ἐξ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα δύο μόναις καὶ ἑκατὸν, ἐπεὶ τῶν λοιπῶν οἱ ἐρέται χειμῶνος ἐτεθνήκεσαν· ὁ δὲ Καῖσαρ, ἐκ Δικαιαρχείας, θύων ἅμα καὶ σπένδων ἀπὸ τῆς ναυαρχίδος νεὼς ἐς τὸ πέλαγος ἀνέμοις εὐδίοις, καὶ Ἀσφαλείῳ Ποσειδῶνι, καὶ ἀκύμονι θαλάσσῃ, συλλήπτορας αὐτῷ κατὰ ἐχθρῶν πατρῴων γενέσθαι. πρόπλοι δ᾽ αὐτοῦ τινες τοὺς μυχοὺς τῆς θαλάσσης διηρεύνων, καὶ Ἄππιος μετὰ πλήθους νεῶν ὀπισθοφυλάκων εἵπετο. Τρίτῃ δὲ τῆς ἀναγωγῆς ἡμέρᾳ νότος ἐμπεσὼν, Λεπίδου μὲν ὁλκάδας ἀνέτρεψε πολλάς· ὡρμίσθη δὲ ὅμως ἐς Σικελίαν, καὶ Πλέννιον ἐν Λιλυβαίῳ πολιορκῶν, τινὰς τῶν πόλεων ὑπήγετο, καὶ ἑτέρας ἐβιάζετο. Ταῦρος δὲ, ἀρχομένου τοῦ πνεύματος, ἐς Τάραντα ἐπαλινδρόμει. Ἀππίου δ᾽ ἄρτι τὸ Ἀθήναιον ἄκρον περιπλέοντος, αἱ μὲν συνετρίβοντο τῶν νεῶν ἀμφὶ ταῖς πέτραις, αἱ δ᾽ ἐς τέλ-

*Lin.* 43. Ἀσφαλίῳ *Aug.* *L.* 44. πρόπλουν *Edd. cum Reg. B. ex emendatione Gu. Budæi.* πρόπλουν *Reg. A.* & *Reg. B. a prima manu.* πρόπλοι *recte Ven.* & *Aug. a prim. manu, quod in Aug. perperam dein alia manus in* πρόπλουν *mutavit.* *L.* 49. Πλίννιον *b. l. Aug.* *L.* 51. ἐπαλινδρόμει *Aug. non male.* *L.* 52. Ἀθηναίων *Edd. Cand. Verius Aug.*

toque alio adparatu: *Taurus* Tarento ex Antonianis CXXX navibus duas tantum ſupra centum eduxit, quum reliquarum remigium anteacta hiems abſumſiſſet. *Cæſar* Puteolis ſolvit, ſacra ſimul faciens, & ex prætoria navi in mare *libans Ventis ſerenis, tutelari Neptuno, et tranquillo Mari*, ut propitii ſibi contra paternos inimicos faverent. Præcurſoriæ nonnullæ, ab illo præmiſſæ, ſinus maris ſcrutabantur: poſtremum navium agmen *Appius* cogebat cum præſidio. Tertio vero die poſtquam ſolverant, exortus *Auſter multas onerarias Lepidi ſubvertit*: tenuit tamen Siciliam, & Plennium intra Lilybæum oppugnavit, oppidaque aliquot partim vi, partim deditione, in fidem recepit. *Taurus*, mox ubi reflare ventus cœpit, Tarentum reverſus eſt. *Appio* vero circa Minervæ promontorium navigante, pars navium illiſa eſt ſcopulis, pars in brevia

Digitized by Google

ματα ἐξώκελλον ὑπὸ ῥύμης, αἱ δὲ καὶ διεῤῥίφησαν οὐκ ἀσινεῖς. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἀρχομένου μὲν τοῦ χειμῶνος, ἐς τὸν Ἐλεάτην κόλπον εὔορμον ὄντα συμπέφευγει, χωρὶς ἑξήρους μιᾶς, ἣ περὶ τῇ ἄκρᾳ διελύθη. Λίβος δὲ τὸν νότον μεταλαβόντος, ὁ κόλπος ἐκυκᾶτο, ἐς τὴν ἑσπέραν ἀνεῳγμένος· καὶ οὔτε ἐκπλεῦσαι δυνατὸν ἦν ἔτι πρὸς ἐναντίον τοῦ κόλπου τὸ πνεῦμα, οὔτε κῶπαι κατεῖχον, οὔτε ἄγκυραι, ἀλλ' ἐς ἀλλήλας ἢ ἐς τὰς πέτρας ἐνηράσσοντο αἱ νῆες· καὶ νυκτὸς ἦν ἔτι τὸ δεινὸν ἀτοπώτερον. *A. U. 718.*

XCIX. Ἐνδόντος δέ ποτε τοῦ κακοῦ, τὰ νεκρὰ ἔθαπτεν ὁ Καῖσαρ, καὶ τοὺς τραυματίας ἐθεράπευε, καὶ τοὺς ἐκνέοντας ἐνέδυε, καὶ ὥπλιζεν ἑτέροις ὅπλοις, καὶ τὸν στόλον ἅπαντα ἐκ τῶν ἐνόντων ἀνελάμβανε. διεφθάρατο δ' αὐτῷ νῆες, βαρεῖαι μὲν ἕξ, κουφότεραι δὲ ἓξ καὶ εἴκοσι, λιβυρνίδες δὲ ἔτι πλείους. καὶ ἐς τάδε διορθούμενα τριάκοντα ἡμέρας ἀναλώσειν ἔμελλεν, ἤδη τοῦ θέρους προκόπτοντος. ὅθεν ἦν ἄριστον αὐτῷ τὸν πόλεμον ἐς τὸ μέλλον θέρος ἀναβαλέσθαι. Ἐνοχλουμένου δὲ τοῦ

*Lin. 54.* ἐξώκελλον *Edd. Præfuli Aug.* *L. 56.* Ἐλεάτην κόλπον *Edd. Aug. Correxi, monente etiam Cluv. Recte Cand.* Eleatem ſinum. *L. 71.* ἀναβάλλεσθαι *Edd. ex Reg. A. Præfuli Aug. Reg. B.*

magno impetu impegit, reliquæ non ſine damno disjectæ ſunt. *Cæſar*, oriente tempeſtate, *in Eleatem ſinum* natura tutum confugit, excepta una hexere, quæ circa promontorium fecit naufragium. Quum vero Auſtro ſucceſſiſſet *Africus*, ſinus ad occidentem apertus turbabatur fluctibus: &, reflante jam vento neque exire ſinu, neque aut remis aut ancoris ſiſti *naves* poterant, ſed *vel ad ſaxa vel inter ſe collidebantur*: quod malum adventu noctis auctum eſt.

99. Tandem ſedato infortunio, *Cæſar* mortuos ſepeliit, vulneratos curavit, enatantes veſtivit aliiſque armis inſtruxit, & univerſam claſſem pro præſentibus viribus reficere inſtituit. *Perierant* autem *naves* graviores ſex, leviores ſex & viginti, liburnicæ plures etiam. His incommodis ſarciendis opus erat triginta dierum ſpatio; & vergebat jam æſtas. Unde optimum fuerat, differre bellum in æſtatem proximam. Sed

A. U. 718.

δήμου ταῖς ἀπορίαις, ἐπεσκεύαζε τὰς ναῦς ἐς τὴν γῆν ἀνέλκων μετὰ ἐπείξεως, καὶ τὰ πληρώματα τῶν διεφθαρμένων ἐς τὰς παρὰ Ταύρῳ ναῦς κενὰς ἐξέπεμπε. Ὡς δὲ ἐπὶ συμφορᾷ μείζονι, Μαικήναν μὲν ἐς Ῥώμην ἐξέπεμπε διὰ τοὺς ἐπτοημένους ἔτι πρὸς τὴν μνήμην Πομπηίου Μάγνου· οὐ γὰρ αὐτοὺς ἐξελελοίπει ἡ δόξα τοῦ ἀνδρὸς τούτου. τοὺς δὲ κληρούχους αὐτὸς ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν ἐπέτρεχε, καὶ ἐκ τοῦ φόβου τῶν γεγονότων ἀνελάμβανε. Διέδραμε δὲ καὶ ἐς Τάραντα, καὶ τὸ ναυτικὸν εἶδε τὸ ὑπὸ Ταύρῳ, καὶ ἐς Ἱππώνειον ἦλθε, καὶ τὰ πεζὰ παρηγόρησε, καὶ τὴν τῶν νεῶν ἐπισκευὴν ἐπέσπερχε· καὶ πλησίον ἦν ἤδη καὶ ὁ δεύτερος ἐς Σικελίαν ἐπίπλους.

C. Ὁ δὲ Πομπήιος οὐδ᾽ ἐπὶ τοιᾷδε εὐκαιρίᾳ τοσοῖσδε ναυαγίοις ἐπιχειρεῖν ἠξίου· ἀλλ᾽ ἔθυε μόνον Θαλάσσῃ καὶ Ποσειδῶνι, καὶ υἱὸς αὐτῶν ὑφίστατο καλεῖσθαι, πειθόμενος, οὐκ ἄνευ θεοῦ δὶς οὕτω θέρους πταῖσαι τοὺς πολεμίους. Φασὶ δ᾽ αὐτὸν, ὑπὸ τῶνδε χαυνούμενον, καὶ τὴν συνήθη τοῖς αὐτοκράτορσι χλαμύδα ἐκ φοινικῆς ἐς κυανῆν

*Lin. 72.* ταῖς, ἐς ναῦς, *carent Edd. Dedit Reg. A. cum Aug.*

quum populus laboraret inopia, ſubductas *naves Cæſar reparavit* celeriter, & ſocios navales recollectos ex naufragiis, Tauro in ſupplementum vacuarum navium tranſmiſit. Simul poſt hunc tanti momenti caſum Mæcenatem Romam miſit, propter conſternatos ob nondum abolitam ex animis civium Pompeji Magni memoriam. Novos autem colonos ipſe, magna feſtinatione Italiam obeundo, recreabat a pavore. Pari celeritate Tarentum quoque adcurrit, ut Tauri claſſem inviſeret; indeque Vibonem profectus, legiones affatus, bono eſſe animo juſſit; & adparatum navium acceleravit, brevi *Siciliam denuo invaſurus.*

100. *Pompejus*, ne hac quidem tot naufragiorum occaſione uſus, tantum *Salo Neptunoque ſacra fecit: quorum etiam filium adpellari ſe ſuſtinuit*; perſuaſus, non ſine deo bis ita per æſtivos menſes hoſtem adverſis tempeſtatibus adflictum. Fertur que eum, his ſucceſſibus inflatum, mutaſſe *paludamentum* quoque imperatorium, *cæruleum*

μεταλλάξαι, εἰσποιούμενον ἄρα τῷ Ποσειδῶνι. Ἐλπίσας δ' ἀναζεύξειν τὸν Καίσαρα, ὡς ἐπύθετο ναυπηγούμενόν τε καὶ ἐπιπλευσούμενον αὖθις αὐτοῦ θέρους, ἐξεπλήσσετο μὲν, ὡς ἀμάχῳ γνώμῃ καὶ παρασκευῇ πολεμῶν· Μηνόδωρον δὲ μετὰ νεῶν ἑπτὰ, ὧν ἤγαγεν, ἔπεμπε κατασκεψόμενον τὰ νεώλκια τοῦ Καίσαρος, καὶ δράσοντα ὅ τι καὶ δύναιτο. Ὁ δὲ, καὶ τέως ἀχθόμενος οὐκ ἀποδοθείσης αὐτῷ τῆς ναυαρχίας, καὶ τότε αἰσθόμενος ὅτι δι' ὑποψίαν μόνων ἠξίωτο ὧν ἤγαγε νεῶν, ἐπεβούλευεν αὖθις αὐτομολίαν. A. U. 718.

CI. Ἐπινοῶν δὲ πρότερον, ὡς ἐς πάντα οἱ συνοῖσον, ἀνδραγαθίσασθαι, διέδωκε τοῖς συμπλέουσιν ὅσον εἶχε χρυσίον, καὶ διέπλευσεν εἰρεσίᾳ τρισὶν ἡμέραις πεντακοσίους ἐπὶ χιλίοις σταδίους, καὶ τοῖς προφύλαξι τῶν ναυπηγουμένων Καίσαρι νεῶν, οἷα σκηπτὸς ἀφανῶς ἐμπίπτων, καὶ ἐς ἀφανὲς ἀναχωρῶν, ᾕρει κατὰ δύο καὶ

*Lin. 95. νεόλκια Edd. Rectius Aug. L. 98. μόνον Aug. L. 1. Pro πρότερον dat τρόπον mend. Reg. A. L. 2. ἀνδραγαθήσασθαι Reg. A. Ibid. τοῖς πλέουσιν Aug. Ven. L. 5. οἷα σκηπτὸς ἐπιφανῶς mend. Edd. Recte Aug. Ven. Cand. L. 6. ᾕρει καὶ δύο καὶ τρεῖς Edd. ex Reg. A. Verum ded. Reg. B. Aug. Utrumque perſpecte viderat Muſgrav.*

*que* ſumſiſſe *pro coccineo*, adoptatum a Neptuno ſcilicet. Quum vero Cæſarem omnino nunc quieturum ſperaſſet; ut audivit, inſtaurata claſſe rediturum eadem æſtate in Siciliam, perculſus eſt, quod adverſus, inexpugnabilem & animum & adparatum ſibi eſſet bellum gerendum; Menodorumque cum ſeptem quas adduxerat navibus ſpeculatum miſit ad navalia Cæſaris, damnum ſimul illaturum quantum poſſet. Sed *Menodorus*, jam ante dolens non redditum ſibi claſſis imperium, tum vero ſentiens, propter ſuſpicionem ſolas quas adduxerat naves ſibi creditas, *rurſus transfugiendi cepit conſilium.*

101. Quoniam autem in quemvis eventum utile fore cogitabat, ſi prius virtutis aliquod ſpecimen edidiſſet; ſociis navalibus quidquid auri habebat diſtribuit, eremigatiſque intra triduum CXC paſſuum millibus, in præſidiarias navium quæ Cæſari fabricabantur, fulminis in morem, repentinus irruit; earumque jam duas, jam tres, protinus

A. U. 718.

τρεῖς ναῦς τῶν Φυλακίδων· καὶ τὰς ὁλκάδας, αἳ τὸν σῖτον ἔφερον, ὁρμούσας ἢ παραπλεούσας, κατέδυεν ἢ ἀνεδεῖτο ἢ ἐνεπίμπρη. θορύβου δὲ πάντα μεστὰ διὰ Μηνόδωρον ἦν, Καίσαρος ἀπόντος ἔτι καὶ Ἀγρίππα· καὶ γὰρ οὗτος ἐπὶ ὕλην ἐπεπόρευτο. γαυρούμενος δὲ ὁ Μηνόδωρος, ἐξώκειλέ ποτε τὴν ναῦν ἑκὼν ἐς ἕρμα γῆς ἁπαλῆς σὺν καταφρονήσει, καὶ ὑπεκρίνετο αὐτὴν ὑπὸ τοῦ πηλοῦ κατέχεσθαι· μέχρι, τῶν πολεμίων ἐκ τῶν ὁρῶν καταθεόντων, ὡς ἐπὶ Μηνοδώρου θήραν ἕτοιμον, ἀνακρουσάμενος ᾤχετο σὺν γέλωτι, καὶ τὸν στρατὸν τοῦ Καίσαρος ἀνία κατεῖχε σὺν θαύματι. ὡς δὲ ἱκανῶς ἐπεδέδεικτο, οἷος ἐχθρός τε καὶ φίλος εἴη, Ῥέβιλλον μὲν ἑλὼν, ἄνδρα ἀπὸ βουλῆς, μεθῆκε, μνώμενος ἤδη τὸ μέλλον.

CII. Μινδίῳ δὲ Μαρκέλλῳ, τῶν ἑταίρων τινὶ τῶν Καίσαρος, φίλος ἐν τῇ προτέρᾳ γεγονὼς αὐτομολίᾳ, τοὺς μὲν ἀμφ᾽ αὐτὸν ἔφη, τὸν Μίνδιον βουλεύειν αὐτομολίαν καὶ προδοσίαν. τοῖς δὲ πολεμίοις προσπελάσας, ἠξίου

*Lin.* 14 *ſq.* καθεράντων *mend. Reg. A.* *L.* 19. μνώμενος *Edd. ex Reg. A. & Reg. B. a ſec. man. Recte Aug. Ven. Reg. B. a pr. man.*

in occultum ſe rurſus prori-piens, opprimebat; & oneraria quoque frumentum vehentes, vel in ſtationibus vel in curſu deprehenſas, alias mergebat, alias capiebat, alias incendebat. Itaque terrore *Menodori* repleta erant omnia: & nec Cæſar aderat, nec Agrippa, qui in ſylvas ad parandam materiam fuerat profectus. Aliquando etiam jactantius illudens hoſtibus *Menodorus*, contemtim in brevia impegit navem ubi mollius ſolum erat, in luto ſe hærere fingens; tum vero, velut ad paratam prædam e monte decurrentibus hoſtibus, retro acta navi cum riſu abiit, mœrentibus æque ac ſtupentibus Cæſarianis. Poſtquam vero ſatis oſtendit, quantum rebus momentum vel hoſtis adferre poſſet vel ſocius; *Rebilum* ſenatorem captum dimiſit, ad futura parans initium.

102. Moxque de *Mindio Marcello*, Cæſaris familiari, cujus amicitiam in priori transfugio ſibi quæſierat, ſparſit rumorem apud ſuos, proditionem eum moliri & transfugium. Tum ad hoſtes ipſe adpellens propius, poſtulavit, cum Mindio in parva quadam

Μίνδιον αὐτῷ συνελθεῖν ἔς τινα νησίδα, ἐπὶ λόγοις συνοίσουσι. Καὶ συνελθόντι ἔλεγεν, οὐδενὸς ἀκούοντος ἑτέρου, φυγεῖν μὲν ἐς Πομπήϊον, ὑβριζόμενος ὑπὸ τοῦ τότε ναυάρχου Καλουϊσίου· τὴν δὲ ναυαρχίαν Ἀγρίππου μεταλαβόντος, ἐπανελεύσεσθαι πρὸς Καίσαρα οὐδὲν ἀδικοῦντα, εἰ πίστιν αὐτῷ κομίσειεν ὁ Μίνδιος παρὰ Μεσσάλα, τοῦ τὴν ἀποδημίαν Ἀγρίππα διοικοῦντος. ἔφη δ', ἐπανελθὼν μὲν, ἰάσεσθαι λαμπροῖς τὸ ἁμάρτημα ἔργοις· μέχρι δὲ τῶν πίστεων, λυμανεῖσθαί τινα τῶν Καίσαρος ὁμοίως, ἐς τὸ ἀνύποπτον. Καὶ ὁ μὲν αὖθις ἐλυμαίνετο. Μεσσάλας δ' ἐνεδοίασε μὲν, ὡς ἐπὶ αἰσχρῷ· ἐνέδωκε δ' ὅμως, εἴτε πολέμου ταῦτ' εἶναι νομίζων ἀνάγκας, εἴτε καὶ τῆς Καίσαρος γνώμης τι προμαθὼν ἢ τεκμηράμενος. Καὶ Μηνόδωρος μὲν αὖθις ηὐτομόλει, καὶ τὸν Καίσαρα ἐλθόντα προσπίπτων, ἠξίου συγγνῶναι μὴ λέγοντι τὰς αἰτίας τῆς φυγῆς. ὁ δὲ ἐς μὲν σωτηρίαν αὐτῷ συνεγίνωσκε διὰ τὰς σπονδὰς, καὶ ἀφανῶς ἐφυλάσ- A. U. 718.

*Lin. 30 ſq.* ἔφη δὲ παρελθὼν *Edd. Reſtitui Aug. L. 31.* ἰάσασθαι *Edd. Prætuli Aug. L. 40 ſq. Malim* ἐφύλασσε αὐτὸν, *quod & Muſgravio video placuiſſe.*

inſula ſibi permitti colloquium de rebus utrique parti profuturis. Quo impetrato colloquio, remotis arbitris, ait: „ſe prius ad Pompejum refugiſſe, coactum injuriis illatis ſibi a Calviſio, claſſis præfecto: nunc præfectura in Agrippam translata, rediturum ad Cæſarem, non male de ſe meritum; modo Mindius fidem ſibi adferret a *Meſſala*, *Agrippæ abſentis vicario.*" Promiſitque „ſe poſt reditum reſarturum peccatum ſuum egregiis facinoribus: ſed uſque dum fidem accepiſſet, infeſtaturum etiam nunc Cæſarianos ut antea, ob cavendam ſuſpicionem." Digreſſus deinde, infeſtus fuit more ſolito. *Meſſala vero* dubitavit aliquantiſper, ut de re parum honeſta: tandem conceſſit tamen, ſive has belli neceſſitates exiſtimans, ſive de Cæſaris mente præmonitus conjecturamve faciens. Sic *Menodorus rurſus transfugit*, accidenſque *ad genua Cæſaris* oravit, ut veniam ſibi daret, nec fugæ cauſas requireret. Ille, propter datam fidem, incolumitatem ei donavit: ſed occulte obſervari hominem juſſit; triremium vero

A. U. 718.

στετο· τοὺς δὲ τριηράρχους αὐτοῦ μεθίει χωροῦντας ὅποι θέλοιεν.

CIII. Ἑτοίμου δὲ τοῦ στόλου γενομένου, αὖθις ὁ Καῖσαρ ἀνήγετο, καὶ ἐς Ἱππώνειον παραπλεύσας, δύο τέλη μὲν πεζῶν Μεσσάλαν ἔχοντα περᾶν ἐκέλευσεν ἐς Σικελίαν ἐπὶ τὸ Λεπίδου στρατόπεδον, καὶ σταθμεύειν ἐς τὸν κόλπον διελθόντα τὸν εὐθὺ Ταυρομενίου· τρία δ᾽ ἔπεμπεν ἐπὶ Στυλίδα καὶ πορθμὸν ἄκρον, ἐφεδρεύειν τοῖς ἐσομένοις· Ταῦρον δ᾽ ἐς τὸ Σκυλάκιον ὄρος, ὃ πέραν ἐστὶ Ταυρομενίου, περιπλεῖν ἐκ Τάραντος ἐκέλευε. Καὶ ὁ μὲν περιέπλει, διεσκευασμένος ἐς μάχην ὁμοῦ καὶ εἰρεσίαν· καὶ τὰ πεζὰ αὐτῷ παρωμάρτει, προερευνώντων τήν τε γῆν ἱππέων, καὶ λιβυρνίδων τὴν θάλασσαν. Καὶ ὁ Καῖσαρ ὧδε ἔχοντι, ἐξ Ἱππωνείου ἐπιδραμὼν, ἐπιφαίνεται κατὰ τὸ Σκυλάκιον, καὶ τὴν εὐταξίαν ἀποδεξάμενος, ἐπανῆλθεν ἐς τὸ Ἱππώνειον. Ὁ δὲ Πομπήιος, ὥς μοι προείρηται, τάς τε ἐς τὴν νῆσον ἀποβάσεις ἐφυ-

*Lin.* 41. τοὺς μὲν τριηρ. *Edd. ex Reg. B.* δὲ *recte ded. Reg. A. Aug.* *L.* 47. Ταυρομενίου *Edd. Prætuli Aug. & ſic mox iterum iterumque.* *L.* 48. Στυλίδα *Aug.* Στυλίδια *Reg. B. mend. utrumque.*

ejus præfectos, quocumque vellent, abire permiſit.

103. Parata deinde claſſe, *Cæſar* ſolvit iterum: adpulſuſque Vibonem, *Meſſalam* duas legiones transjicere in Siciliam juſſit, quæ cum *Lepidi* exercitu conjunctæ transirent in ſinum qui *prope Tauromenium* eſt, ibique ſtationem agerent. Tres vero alias legiones ad *Columnam Rheginam* miſit in extremum fretum, occaſionem exſpectaturas. *Taurum ad Scylacium montem*, qui eſt ex adverſo Tauromenii, e Tarento circumnavigare juſſit. Id ille fecit, paratus cum ad remigationem tum ad prælium, proſequentibus terreſtri itinere copiis pedeſtribus, & præmiſſis equitibus, qui terram, liburnicisque, quæ mare, explorarent. Ad eum ſic iter facientem *Cæſar* Vibone adcurrit, & prope Scylacium eum offendit: adprobatoque ordine, Vibonem rediit. At *Pompejus*, ut diximus, diſpoſitis circa loca omnia ad exſcendendum in inſulam op-

λιμένων ἁπάσας, καὶ τὰς ναῦς ἐν Μεσσήνῃ συνεῖχεν, ὡς βοηθήσων ὅποι δεήσειε. A. U. 718.

CIV. Καὶ οἱ μὲν ἐν τούτῳ παρασκευῆς ἦσαν. Λεπίδῳ δ᾽ αὖθις ἐκ Λιβύης ἦγον αἱ ὁλκάδες τὰ λοιπὰ τοῦ στρατοῦ τέλη τέσσαρα· καὶ αὐταῖς ὑπήντα πελάγιος ἐκ Πομπηΐου Παπίας, καὶ διέφθειρεν ὡς φιλίους δεχομένας· ᾤοντο γάρ σφίσι τὰς Λεπίδου συναντᾶν. αἱ δὲ βραδέως τε ὑπὸ τοῦ Λεπίδου καθείλκοντο, καὶ ὕστερον αὐτὰς προσιούσας αἱ ὁλκάδες ὡς καὶ τάσδε ἄλλας πολεμίας ἐξέκλιναν· ἕως αἱ μὲν ἐκαύθησαν, αἱ δ᾽ ἐλήφθησαν, αἱ δ᾽ ἀνετράπησαν, αἱ δ᾽ ἐς Λιβύην ἀνέπλευσαν. τοῦ δὲ στρατοῦ δύο μὲν τέλη διώλετο ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ εἴ τινες αὐτῶν ἐξενήχοντο, καὶ τούσδε Τισιηνὸς, ὁ τοῦ Πομπηΐου στρατηγὸς, ἐκνέοντας ἐπὶ τὴν γῆν διέφθειρεν· οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς Λέπιδον κατήχθησαν, οἱ μὲν αὐτίκα, οἱ δ᾽ ὕστερον. καὶ Παπίας ἀπέπλευσε πρὸς Πομπήϊον.

CV. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς μὲν Στρογγύλην, ἣ τῶν πέντε

*Lin.* 58. *Rurſus* Μεσσήνῃ *Aug.* *L.* 66. προσιούσας, αἱ ὁλκάδες *Edd.* αἱ (*ſic*) ὁλκάδας *Reg. A.* *Recte Aug. Reg. B.* *Ibid.* καὶ τὰς ἄλλας *Reg. A.* *L.* 70. Τισίνιος *h. l. Edd.* Τισίηνος *MSS. & Cand.*

portuna præſidiis, claſſem Meſſanæ continebat, ſuccurſurus quocumque opus foret.

104. Dum ea ſic utrimque parantur, *Lepido* rurſus ex Africa reliquæ quatuor legiones tranſportabantur onerariis. Quibus in alto factus obviam *Pompejanus dux Papias*, eaſdem oppreſſit, quum tamquam amicus ab illis fuiſſet exceptus; putaverant enim, a Lepido miſſas naves ſibi occurrere. Sed tardius ſuas deduxerat *Lepidus*: quas ipſas deinde advenientes declinarunt *onerariæ*, quod hoſtiles has quoque crederent. Ita ex onerariis illis aliæ *captæ* ſunt, aliæ *crematæ ſubmerſæve*; nonnullæ in Africam reverſæ ſunt. Ex legionibus duæ perierunt in mari, & ſi qui militum enatarunt, eos *Tiſienus Pompeji legatus* terram prenſantes confecit: reliquus exercitus ad Lepidum delatus eſt, vel tunc, vel poſtea. Tum vero Papias ad Pompejum abnavigavit.

105. *Cæſar, in Strongylen*, unam e quinque inſulis Aeo-

Digitized by Google

*A. U.* 718. νήσων ἐστὶ τῶν Αἰόλου, παντὶ τῷ στόλῳ διέπλευσεν ἐξ Ἱππωνείου, προερευνωμένης αὐτῷ τῆς θαλάσσης. στρατὸν δὲ ἐπὶ μετώπου τῆς Σικελίας πλέονα ἰδὼν ἔν τε Πελωριάδι καὶ Μύλαις καὶ Τυνδαρίδι, εἴκασεν αὐτὸν παρεῖναι Πομπήϊον· καὶ τὰ μὲν ἐνθάδε Αγρίππᾳ διαστρατηγεῖν ἐπέτρεψεν, αὐτὸς δὲ ἐς τὸ Ἱππώνειον αὖθις ἀπέπλει, καὶ ἐς τὸ τοῦ Ταύρου στρατόπεδον ἐξ Ἱππωνείου σὺν τρισὶ τέλεσι μετὰ Μεσσάλα διετρόχαζεν, ὡς Ταυρομένιον αἱρήσων ἀπόντος ἔτι τοῦ Πομπηίου, καὶ τὰς ἐμβολὰς αὐτῷ διχόθεν παρέξων. Αγρίππας μὲν οὖν ἀπὸ Στρογγύλης εἰς Ἱερὰν διέπλει, καὶ, τῶν Πομπηίου φρουρῶν αὐτὸν οὐχ ὑποστάντων, εἷλε τὴν Ἱερὰν, καὶ τῆς ἐπιούσης ἔμελλεν ἐπιχειρήσειν ἐς Μύλας Δημοχάρει τῷ Πομπηίου, τεσσαράκοντα ναῦς ἔχοντι. Ὁ δὲ Πομπήϊος τὸ βίαιον ὑφορώμενος τοῦ Αγρίππα, ἔπεμπε τῷ Δημοχάρει ναῦς ἄλλας πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἀπὸ Μεσσήνης, ἐξελεύθερον ἄγοντα Ἀπολλοφάνη, καὶ αὐτὸς ἐφείπετο ἄλλαις ἑβδομήκοντα. CVI. Αγρίππας

*Lin.* 75. νησῶν *Edd. cum Regiis, mend.* *L.* 78. Μυλαῖς *h. l. Regii & Aug. male.* *Ibid.* Τυνδαρίδι *edit.* 2. 3. *oper. errore.* *L.* 80 *ſq.* ἐπέπλει *Edd. Rectius Aug. Reg. B.* *L.* 87. ἔμελλον *ed.* 3. *oper. err.* *Ibid.* Μυλὰς *h. l. Reg. B. Aug.*

liis, Vibone *cum tota claſſe trajecit.* Quumque præmiſſis per mare exploratoriis liburnicis cognoviſſet, frontem Siciliæ multis copiis circa Pelorum & Mylis & Tyndaride præſideri, conjectavit ipſum adeſſe Pompejum. Itaque relicto ibi *Agrippa*, qui rebus gerendis præeſſet, ipſe Vibonem reverſus, mox inde in caſtra Tauri tranſcurrit cum Meſſala & tribus legionibus; cogitans Tauromenium præcipere, per Pompeji abſentiam, eumque adeo a duobus lateribus adgredi. *Agrippa* igitur a Strongyle Hieram trajecit, eamque cepit, pulſis Pompeji præſidiariis; ſequenti die *Mylas* tentaturus, & *Democharem* invaſurus, qui ſtationem ibi cum triginta Pompeji navibus habebat. Pompejus, timens Agrippæ ferociam, alias quadraginta quinque naves a Meſſana miſit Demochari, duce liberto *Apollophane*, quem ipſe cum aliis ſeptuaginta ſequutus eſt.

106. *Agrippa*

Digitized by Google

CVI. Ἀγρίππας δ᾽ ἔτι νυκτὸς ἐξ Ἱερᾶς ἀνήγετο ταῖς ἡμίσεσι τῶν νεῶν, ὡς Παπίᾳ μόνῳ ναυμαχήσων. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰς Ἀπολλοφάνους εἶδε, καὶ τὰς ἑβδομήκοντα ἑτέρωθι· Καίσαρι μὲν αὐτίκα ἐδήλου Πομπήϊον ἐπὶ τῶν Μυλῶν εἶναι σὺν τῷ πλέονι ναυτικῷ, τὰς δὲ βαρείας αὐτὸς ἦγε κατὰ μέσον, καὶ τὸν ἄλλον στόλον ἐξ Ἱερᾶς ἐκάλει κατὰ σπουδήν. Ἐσκεύαστο δ᾽ ἀμφοτέροις πάντα λαμπρῶς, καὶ πύργους ἐπὶ τῶν νεῶν εἶχον κατά τε πρώραν καὶ κατὰ πρύμναν. Ὡς δὲ αὐτοῖς αἵ τε παρακελεύσεις, οἵας εἰκὸς ἦν, ἐγεγένηντο, καὶ τὰ σημεῖα κατὰ ναῦς ἦρτο, ἐξώρμων ἐπ᾽ ἀλλήλους, οἱ μὲν κατὰ μέτωπον, οἱ δ᾽ ἐς περικύκλωσιν, σύν τε βοῇ καὶ ῥοθίῳ νεῶν καὶ καταπλήξει ποικίλῃ. ἦν δὲ καὶ τὰ σκάφη Πομπηΐῳ μὲν βραχύτερα καὶ κοῦφα καὶ ὀξέα ἐς τὰς ἐφορμήσεις τε καὶ περίπλους· Καίσαρι δὲ μείζω καὶ βαρύτερα, καὶ παρ᾽ αὐτὸ καὶ βραδύτερα, βιαιότερα δὲ ὅμως ἐμπεσεῖν, καὶ τρωθῆναι δυσπαθέστερα. τῶν τε *A. U. 718*

*Lin. 92. Mire h. l. & in reliqua hujus pugnæ hiſtoria* Papias *pro* Demochare *memoratur : niſi forte diverſa ejuſdem hominis nomina fuerunt. L. 96 ſq.* ἐπὶ τῶν μυχῶν *Regii, Aug. L. 3 ſq.* κατὰ ναῦν *Ven.* κατὰ ναῦ ἦν τὸ *Aug.* (*ſic, pro* ναῦν ἦρτο.)

106. *Agrippa* ante lucem ex Hiera ſolvit cum dimidia parte navium, quaſi cum ſolo *Papia* [*Demochare* ?] pugnaturus. Ubi vero & *Apollophanis* claſſem vidit, & illam aliam ſeptuaginta navium; continuo ſignificavit Cæſari, *Pompejum cum majore claſſis parte eſſe ad Mylas*; ipſeque cum gravibus navibus medium agmen tenuit, & reliquam claſſem celeriter ex Hiera advocavit. Erat autem utrimque adparatus magnificus, impoſitis a prora puppique turribus. Ut vero, poſt ſolitam cohortationem, ſignum per ſingulas naves elatum eſt, *committitur prælium*: & alteri in frontem faciebant impetum; alteri circumvenire hoſtem tendebant, magno cum virorum tum navium ſtrepitu, terroreque multiplici. Erant autem naves Pompeji *minores*, leves, & ad incurſandum circumveniendumque hoſtem agiles: *Cæſaris* vero *majores* gravioreſque, & ob id ipſum tardiores; ſed ad ictus cum inferendos validiores, tum ſuſtinendos firmiores. Milites

A. U. 718.

ἀνδρῶν, οἱ μὲν, ναυτικώτεροι τῶν Καίσαρος ἦσαν· οἱ δὲ, σθεναρώτεροι. καὶ κατὰ λόγον οἱ μὲν οὐκ ἐμβολαῖς, ἀλλὰ μόναις περιόδοις, ἐπλεονέκτουν, καὶ ταρσοὺς τῶν μειζόνων ἢ πηδάλια ἀνέκλων, ἢ κώπας ἀνέκοπτον, ἢ ἀπεχώριζον ὅλως τὰ σκάφη, καὶ ἔβλαπτον ἐμβολῆς οὐχ ἧσσονα· οἱ δὲ τοῦ Καίσαρος αὐταῖς ἐμβολαῖς ὡς βραχυτέρας ἀνέκοπτον ἢ κατέσειον ἢ διέῤῥηγνυον, καὶ, ὅτε συμπλακεῖεν, ἔβαλλόν τε ὡς ταπεινοτέρας ἀφ' ὑψηλοῦ, καὶ κόρακας ἢ χεῖρας σιδηρᾶς εὐκολώτερον ἐπεῤῥίπτουν. οἱ δὲ, ὅτε βιασθεῖεν, ἐξήλλοντο ἐς τὸ πέλαγος· καὶ τούσδε μὲν τὰ ὑπηρετικὰ τοῦ Πομπηΐου περιπλέοντα ἀνελάμβανεν.

CVII. Ὁ δὲ Ἀγρίππας ἵετο μάλιστα εὐθὺ τοῦ Παπίου, καὶ αὐτῷ κατὰ τὴν ἐπωτίδα ἐμπεσὼν, κατέσεισε τὴν ναῦν, καὶ ἐς τὰ κοῖλα ἀνέῤῥηξεν· ἡ δὲ τοὺς τε

*Lin.* 12. ἀσθεναρώτεροι *Reg. B.* *Ibid* σθεναρώτεροι κατὰ λόγον· οἱ μὲν *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 14. *Pro* πηδάλια *dant mend.* πήδημα *Edd. Verum del. Aug. Ven.* *Ibid.* ἀνέκλων *Reg. A. mend.* *L.* 15. ἀπεχώρουν *Edd.* ἀπεχώριζον *dedit Aug.* retrahebant *Cand.* *L.* 16. αὐταῖς ἐμβολαῖς *Aug.* *L.* 17 *ſq.* καὶ, *ante* ὅτε, *abeſt ab Edd. & MSS. Adjeci ex Cand.* *L.* 19. σιδηρὰς *Edd. Mutavi accentum cum Reg. B. Aug.* *Ibid.* εὐκωλότερον *mend. Edd. Recte Aug.* *L.* 23. ἵστο *Edd. cum Regiis, ut ſæpius alias. Rectius Aug.*

vero hinc robore præſtabant; illinc rei navalis peritia. Proinde *Pompejani* non concurrendo, ſed circumcurſando, ſuperabant; ac majorum navium jam palmas vel gubernacula refringebant, jam remos plane detergebant, aut etiam omnino ſeparabant navigia, nec minus detrimenti illis, quam ſi roſtris percuſſiſſent, adferebant. At *Cæſariani* ipſis roſtrorum ictibus hoſtiles naves, utpote minores, inhibebant, aut quaſſabant, aut diffringebant; &, quoties colluctabantur cominus, miſſilibus e ſuperiori loco humiliores obruebant, injectiſque corvis aut ferreis manibus retinebant eas facilius. Quorum impetum quoties non ferebant amplius illi, in pelagus exſiliebant, & a ſcaphis Pompejanorum, in hoc ipſum diſcurſantibus, recolligebantur.

107. *Agrippa* autem in *Papiæ navim* maxime impetum direxit: ictamque ſub prora & concuſſam perfregit ad carinam uſque; ut & qui

Digitized by Google

ἐν τοῖς πύργοις ἀπεσείσατο, καὶ τὴν θάλασσαν ἀθρόως ἐδέχετο, καὶ τῶν ἐρετῶν οἱ μὲν θαλαμίαι πάντες ἀπελήφθησαν, οἱ δ' ἕτεροι τὸ κατάστρωμα ἀναῤῥήξαντες ἐξενήχοντο. Παπίας δὲ ἐς τὴν παρορμοῦσαν ἀναληφθεὶς, αὖθις ἐπῄει τοῖς πολεμίοις. Καὶ ὁ Πομπήιος, ἐξ ὄρους ἐφορῶν τὰς μὲν ἰδίας μικρὰ ἐπωφελούσας, καὶ ψιλουμένας τῶν ἐπιβατῶν ὅτε συμπλακεῖεν, Ἀγρίππα δὲ τὸν ἕτερον στόλον ἐξ Ἱερᾶς προσπλέοντα, ἀναχωρεῖν ἐσήμηνε σὺν κόσμῳ· καὶ ἀνεχώρουν ἐπιόντες τε καὶ ἀναστρέφοντες ἀεὶ κατ' ὀλίγον. Ἀγρίππα δ' ἐπιβαρήσαντος αὐτοῖς, ἔφυγον, οὐκ ἐς τοὺς αἰγιαλοὺς, ἀλλ' ὅσα τῆς θαλάσσης οἱ ποταμοὶ τεναγώδη πεποιήκεσαν. A. U. 718.

CVIII. Καὶ Ἀγρίππας, κωλυόντων αὐτὸν τῶν κυβερνητῶν μεγάλαις ναυσὶν ἐς ὀλίγον ὕδωρ ἐπιπλεῖν, πελάγιος ἐπ' ἀγκυρῶν ἐσάλευεν, ὡς ἐφορμιούμενος τοῖς πολεμίοις, καὶ νυκτομαχήσων εἰ δέοι. τῶν φίλων δ'

*Lin.* 27. θαλαμῖται *Edd. invitis MSStis & Cand.* *L.* 31. ἀφορῶν *Edd. Prætuli Aug.* *L.* 32 *ſq.* τὸν ἱερὸν στόλον *mend. Edd. Adjectivum plane omiſit Cand. Verum dedit Aug.*

in ejus turribus ad propugnandum conſtiterant, excuterentur, & mare, copioſe in navem admiſſum, remigum infimum ordinem totum obrueret, reliqui perfracta contabulatione natando evaderent. *Papias*, in proximam navim receptus, rurſus in prælium rediit. Tum *Pompejus*, e monte conſpicatus ſuas parum proficere, &, quoties cominus res gereretur, ſocios navales amittere, *Agrippæ* vero jam reliquam partem claſſis ex Hiera ſuccurrere, ſignum ſuis dedit, ut ſervatis ordinibus ſe reciperent. Idque illi fecerunt; & ſimul pugnando etiam tum, ſimul paulatim recedendo, ſubduxerunt ſe e prælio. Agrippa vero acrius inſtante, refugerunt, non ad proxima quæque litora, ſed qua limo fluviis illato mollitum erat ſolum.

108. Tum *Agrippa*, a gubernatoribus vetitus ne magnas naves locis vadoſis committeret, in alto jactis ancoris conſtitit, imminens hoſtibus; & noctu quoque, ſi opus eſſet, prælium redintegraturus. Monentibus autem ami-

A. U. 718. αὐτῷ παραινούντων, μὴ ἀλόγῳ θυμῷ συμφέρεσθαι, μηδὲ τὸν στρατὸν ἐκτρύχειν ἀγρυπνίᾳ καὶ πόνῳ, μηδὲ πιστεύειν πολυχειμῶνι θαλάσσῃ, μόλις ἑσπέρας ἀνεζεύγνυε. Καὶ οἱ Πομπηϊανοὶ ἐς τοὺς λιμένας παρέπλεον, τριάκοντα μὲν τῶν σφετέρων νεῶν ἀποβαλόντες, πέντε δὲ καταδύσαντες τῶν πολεμίων, καὶ βλάψαντες ἄλλα ἱκανὰ, καὶ βλαβέντες ὅμοια. Καὶ αὐτοὺς ὁ Πομπήϊος ἐπαινῶν, ὅτι τηλικαύταις ναυσὶν ἀντέσχον, τειχομαχῆσαι μᾶλλον ἔφασκεν ἢ ναυμαχῆσαι, καὶ ὡς νενικηκότας ἐδωρεῖτο· καὶ ἐπήλπιζεν, ἐν τῷ πορθμῷ διὰ τὸν ῥοῦν, κουφοτέρους ὄντας, περιέσεσθαι, καὶ αὐτὸς ἔφη τι προσθήσειν ἐς τὸ τῶν νεῶν ὕψος. Τοῦτο μὲν δὴ τῆς ναυμαχίας τέλος ἦν τῆς περὶ Μύλας Ἀγρίππα καὶ Παπίᾳ γενομένης.

CIX. Τὸν δὲ Καίσαρα ὁ Πομπήϊος, ὥσπερ ἦν, ὑπολαβὼν ἐς τὸ Ταύρου στρατόπεδον οἴχεσθαι, καὶ ἐπιχειρήσειν τῷ Ταυρομενίῳ, μετὰ δεῖπνον εὐθὺς ἐς Μεσσήνην περιέπλει, μέρος ἐν ταῖς Μύλαις ὑπολιπὼν, ἵνα αὐτῷ

*Lin. 42. θυμῷ συνιστρέφεσθαι Edd. Prætuli Aug. L. 44. πολυ ἀχύμενι Edd. Recte rurſus Aug. L. 58. Ταυρομενίῳ h. l. Aug. cum Edd. & Regiis: & ſic ſæpius deinceps per diphthongum ει.*

